εἰ μὴ ἄπει τουτῶθεν. ἴδ' αὖ πάλιν ἄδε ποθέρπει.
αἴθ' ἦς μοι ῥοικὸν τὸ λαγωβόλον, ὥς τυ πατάξω.

ΒΑΤΤΟΣ.

θᾶσαί μ' ὦ Κορύδων ποττῶ Δίος. ἀ γὰρ ἄκανθα
ἁρμοῖ μ' ὧδ' ἐπάταξ' ὑπὸ τὸ σφυρόν· ὡς δὲ βαθεῖαι
ταὶ 'τρακτυλλίδες ἐντί· κακῶς ἀ πόρτις ὄλοιτο.
ἐς ταύταν ἐτύπαν χασμεύμενος. ἦ ῥά γε λεύσσεις;

BATTUS.

Animum recipio: pelle deorsum vitulos: nam oleæ
Ramos rodunt infelices. Heus, abi hinc tu albe.

CORYDON.

Heus, abi Cymætha ad tumulum: an non audis?
Veniam, per Pana, malam rem tibi daturus,
Nisi abis isthinc. Ecce iterum illa accedit
Utinam mihi esset curvum pedum, ut te verberarem!

BATTUS.

Aspice me ô Corydon, per Jovem. Nam spina
Modo hic me sauciavit sub malleolo: quam vero altæ
Atractylides sunt! male pereat vitula.
In hanc enim inhians sauciatus sum. Nunquid cernis?

ΚΟΡΥΔΩΝ.

ναὶ, ναὶ, τοῖς ὀνύχεσσιν ἔχω τέ νιν· ἄδε καὶ αὐτά.

ΒΑΤΤΟΣ.

ὀσσίχον ἐστὶ τὸ τύμμα, καὶ ἀλίκον ἄνδρα δαμάσδει.

ΚΟΡΥΔΩΝ.

εἰς ὄρος ὄκχ' ἕρπεις, μὴ ἀνάλιπος ἔρχεο Βάττε·
ἐν γὰρ ὄρει ῥάμνοι τε καὶ ἀσπάλαθοι κομόωντι.

ΒΑΤΤΟΣ.

εἰπ' ἄγε μ' ὦ Κορύδων, τὸ γερόντιον ἦ ῥ' ἔτι μύλλει
τήναν τὰν κυάνοφρυν ἐρωτίδα, τᾶς ποκ' ἐκνίσθη;

ΚΟΡΥΔΩΝ.

ἀκμάν ὦ δειλαῖε· πρώαν γε μὲν αὐτὸς ἐπενθών,

CORYDON.

Certe, certe, et unguibus eam teneo: atque hæc ipsa est.

BATTUS.

Quam exigua plaga est: et quantum virum superat!

CORYDON.

Ad montem quando vadis ne discalcéatus eas Batte:
In montibus enim rubi et tribuli virent.

BATTUS.

Dic age mihi Corydon, senecio ille num adhuc molit
Illud nigro supercilio scortillum quod olim deperibat?

CORYDON.

Admodum quidem, ô miser: nuper ipse interveniens

καὶ ποτὶ τᾷ μάνδρᾳ κατελάμβανον, ἅμος ἐνήργει.

ΒΑΤΤΟΣ.

εὖγ' ὦνθρωπε φιλοῖφα· τό τοι γένος ἢ σατυρίσκοις
ἐγγύθεν, ἢ Πάνεσσι κακοκνάμοισιν ἐρίσδει.

Juxta stabulum deprehendi in ipso opere.

BATTUS.

Euge, ô homo lascive: natura quidem tua aut cum Satyris
Proxime, aut cum Panibus, quibus exilia crura sunt, certat.

ΥΠΟΘΕΣΙΣ

ΤΟΥ ΠΕΜΠΤΟΥ ΕΙΔΥΛΛΙΟΥ.

Τοῦτο τὸ Εἰδύλλιον δραματικώτερόν ἐστι. προσδιαλέγονται δὲ ἀλλήλοις ἐπὶ Ἰταλίας, καὶ περὶ εὐμουσίας ἐρίζουσιν, ὅ τε αἰπόλος Κομάτας, ὃς Εὐμάρα τοῦ Συβαρίτα νέμει τὰς αἶγας· καὶ ὁ ποιμὴν Λάκων, ὃς Θουρίου τοῦ Συβαρίτα νέμει τὰ θρέμματα. Ἔχει δὲ ὁ μὲν Κομάτας κόρην ἐρωμένην Ἀλκίππην τοὔνομα· ὁ δὲ Λάκων, ἐρώμενον Εὐμήδην· καὶ ἔπαθλον τῆς νίκης τίθενται, ὁ μὲν αἰπόλος τράγον, ὁ δὲ ποιμὴν ἀμνόν· Μόρσωνα δὲ τῶν ᾠδῶν κριτὴν αἱροῦνται· Τελεσάντων δὲ τὴν ἅμιλλαν, ὁ κριτὴς Μόρσων τῷ αἰπόλῳ τὴν νίκην ἀπονέμει. Ἐπιγράφεται μὲν οὖν τοῦτο τὸ Εἰδύλλιον, Ὁδοιπόροι μέν, διὰ τὸ ἐν ὁδῷ φιλονεικεῖν· Βουκολιασταὶ δὲ, διὰ τὸ βουκολιάζεσθαι, ἤγουν βουκολικῶς ᾄδειν αὐτούς.

—o—

ARGUMENTUM

EIDYLLII QUINTI.

Hoc Eidyllion magis Dramaticum est. Colloquuntur autem inter se in Italia, et de præstantia in arte Musica certant, caprarius Comates, qui Eumaræ Sybaritæ capras pascit; et pastor Lacon, qui Thurii Sybaritæ pecora pascit. Habet autem Comatas puellam amasiam Alcippen nomine: Lacon vero amasium Eumedem. Et præmium certaminis constituunt, caprarius hircum, pastor autem agnum. Morsonem vero cantionum judicem deligunt. Finito autem certamine, judex Morson caprario victoriam tribuit. Inscribitur igitur hoc Eidyllion Viatores, quod in via rixentur: Bucoliastæ vero, quod carmen Bucolicum canant.

ΟΔΟΙΠΟΡΟΙ Η ΒΟΥΚΟΛΙΑΣΤΑΙ,

ΕΙΔΥΛΛΙΟΝ Ε'.

ΚΟΜΑΤΑΣ ΚΑΙ ΛΑΚΩΝ.

ΑΙΓΕΣ ἐμαὶ τῆνον τὸν ποιμένα τὸν Συβαρίταν
φεύγετε τὸν Λάκωνα· τό μευ νάκος ἐχθὲς ἔκλεψεν.

VIATORES seu BUCOLIASTÆ.

EIDYLLION QUINTUM.

COMATAS ET LACON.

CAPRÆ meæ, pastorem illum Sybaritam
Fugite Laconem: is enim meam pellem heri furatus est.

ΛΑΚΩΝ.

οὐκ ἀπὸ τὰς κράνας σίττ' ἀμνίδες; οὐκ ἐσορῆτε
τόν μευ τὰν σύριγγα πρώαν κλέψαντα Κομάταν;

ΚΟΜΑΤΑΣ.

τὰν ποίαν σύριγγα; τὺ γὰρ πόκα, δῶλε Σιβύρτα,
ἐκτάσω σύριγγα; τί δ'; οὐκέτι σὺν Κορύδωνι
ἀρκεῖ τοι καλάμας αὐλὸν ποππύσδεν ἔχοντι;

ΛΑΚΩΝ.

τάν μοι ἔδωκε Λύκων, ὦ 'λεύθερε. τὶν δὲ τὸ ποῖον
Λάκων ἐκκλέψας ποκ' ἔβα νάκος; εἰπὲ Κομάτα·
οὐδὲ γὰρ Εὐμάρᾳ τῷ δεσπότᾳ ἦς τοι ἐνεύδεν.

ΚΟΜΑΤΑΣ.

τὸ Κροκύλος μοι ἔδωκε, τὸ ποικίλον, ἀνίκ' ἔθυσε

LACON.

An non â fonte fugitis agnæ? non videtis
Comatem qui mihi nuper fistulam furatus est?

COMATAS.

Qualem fistulam? tu enim, serve Sibyrtæ,
Quando possedisti fistulam? Quid? annon cum Corydone
Tibi satis est, sibilare arundinis cannulam tenenti?

LACON.

Quam mihi dedit Lycon, ô ingenue. Tibi vero qualem
Lacon furatus pellem quondam abiit? dic Comata;
Neque enim Eumaræ hero tuo fuit *pellis* in qua dormiret.

COMATAS.

Quam Crocylus mihi dedit, maculosam, tunc cum sacrificaret

ταῖς Νύμφαις τὰν αἶγα· τὺ δ', ὦ κακέ, καὶ τόκ' ἐτάκευ
βασκαίνων, καὶ νῦν με τὰ λοίσθια γυμνὸν ἔθηκας.

ΛΑΚΩΝ.

οὔ, μ' αὐτὸν τὸν Πᾶνα τὸν ἄκτιον, οὐ σέ γε Λάκων
τὰν βαίταν ἀπέδυσ' ὁ Καλαίθιδος· ἢ κατὰ τήνας
τᾶς πέτρας, ὤνθρωπε, μανεὶς ἐς Κρᾶθιν ἁλοίμαν.

ΚΟΜΑΤΑΣ.

οὐ μὰν οὔτ' αὐτὰς τὰς λιμνάδας, ὦ γαθέ, Νύμφας,
αἵτ ἐμὶν ἵλαοί τε καὶ εὐμενέες τελέθοιεν,
οὔ τευ τὰν σύριγγα λαθὼν ἔκλεψε Κομάτας.

ΛΑΚΩΝ.

αἴ τοι πιστεύσαιμι, τὰ Δάφνιδος ἄλγε' ἀροίμαν.

Nymphis capram: tu vero improbe et tunc contabescebas
Invidens, et nunc postremo *me* nudum fecisti.

LACON.

Non, per ipsum Pana littoralem, non tibi Lacon
Vestem exuit, filius Calæthidis: aut *si fallo, utinam* de hac
Rupe, ô amice, furore correptus, in Crathin saliam.

COMATAS.

Non certe, non, per ipsas nymphas palustres, ô bone:
(Quæ mihi placatæ et benevolæ sint)
Non tuam fistulam furtim sustulit Comatas.

LACON.

Si tibi credam, dolores Daphnidis perferam.

ἀλλ' οὖν αἴκα λῇς ἔριφον θέμεν, ἐντὶ μὲν οὐδὲν
ἱερὸν· ἀλλά γέ τοι διαείσομαι, ἔστε κ' ἀπείπῃς.

ΚΟΜΑΤΑΣ.

ὗς ποτ' Ἀθαναίαν ἔριν ἤρισεν· ἠνίδε κεῖται
ὤριφος· ἀλλ' ἄγε, καὶ τὺ τὸν εὔβοτον ἀμνὸν ἔρειδε.

ΛΑΚΩΝ.

καὶ πῶς, ὦ κινα δεῦ, τᾷδ' ἔσσεται ἐξ ἴσου ἄμμιν; 25
τίς τρίχας ἀντ' ἐρίων ἐποκίξατο; τίς δὲ παρεύσας
αἰγὸς πρωτοτόκοιο, κακὰν κύνα δήλετ' ἀμέλγεν;

ΚΟΜΑΤΑΣ.

ὅστις νικασεῖν τὸν πλατίον, ὡς τὺ, πεποίθει,
σφὰξ βομβέων τέττιγος ἐναντίον· ἀλλὰ γὰρ οὔ τοι
ὤριφος ἰσοπαλής· τὺ, ἴδ' ὁ τράγος οὗτος, ἔρισδε. 30

Sed enim, si vis hædum deponere, nihil est
Sacri, *quod te vetet*, sed cantu tecum certabo, quoad renuncies.

COMATAS.

Sus contra Minervam certamen suscipit: ecce depositus est
Hædus: age, tu quoque pinguem agnum depone.

LACON.

Et quomodo, ô astute, hâc erit ex æquo nobis? 25
Quis pilos pro lana detondeat? quis, cum adsit
Capra quæ primum peperit, malam canem velit mulgere?

COMATAS.

Is qui sicut tu propinquum se superaturum confidit.
Vespa strepens contra cicadam. Sed non *sit sane*
Hædus par: tu vero (ecce hircus iste) certa. 30

ΛΑΚΩΝ.

μὴ σπεῦδ'· οὐ γάρ τοι πυρὶ θάλπεαι· ἄδιον ἁσῇ
τᾷδ' ὑπὸ τὰν κότινον καὶ τἄλσεα ταῦτα καθίξας.
ψυχρὸν ὕδωρ τηνεὶ καταλείβεται· ὧδε πεφύκη
ποία, χἀ στιβὰς ἅδε, καὶ ἀκρίδες ὧδε λαλεῦντι.

ΚΟΜΑΤΑΣ.

ἀλλ' οὔ τι σπεύδω· μέγα δ' ἄχθομαι, εἰ τύ με
τολμῇς
ὄμμασι τοῖς ὀρθοῖσι ποτιβλέπεν, ὄν ποκ' ἐόντα
παῖδ' ἔτ' ἐγὼν ἐδίδασκον· ἴδ' ἀ χάρις ἐς τὶ ποθέρπει·
θρέψαι καὶ λυκιδεῖς, θρέψαι κύνας, ὥς τυ φάγωντι.

ΛΑΚΩΝ.

καὶ πόκ' ἐγὼ παρὰ τεῦ τι μαθὼν καλὸν ἢ καὶ ἀκούσας
μέμναμ', ὦ φθονερὸν τὺ καὶ ἀπρεπὲς ἀνδρίον αὕτως;

LACON.

Ne festina: neque enim igni ureris. Suavius cantabis
Hic sub oleastro, et ad sylvam hanc assidens.
Gelida unda illic fluit; hîc enata est
Herba, et thorus hic, et locustæ hîc murmurant.

COMATAS.

Atqui non festino: sed moleste admodum fero, quod tu me audes
Oculis rectis aspicere: quem olim, cum esses
Puer adhuc, ego docui: en gratia quo recidit.
Nutri catulos lupinos, nutri canes, ut te devorent.

LACON.

Quando unquam à te boni aliquid didici, vel audivi
Quod meminerim, ô tu invide, et prorsus inepte homuncio?

ΚΟΜΑΤΑΣ.

ἀνίκ' ἐπύγιζόν τυ, τὺ δ' ἄλγεες· αἱ δὲ χίμαιραι
αἴδε κατεβλῆχῶντο, καὶ ὁ τράγος αὐτὰς ἐτρύπη.

ΛΑΚΩΝ.

μὴ βάθιον τήνω πυγίσματος, ὑβὲ, ταφείης·
ἀλλὰ γὰρ ἔρφ' ὧδ', ἔρπε, καὶ ὕστατα βωκολιαξῇ.

ΚΟΜΑΤΑΣ.

οὐχ ἑρψῶ τηνεί· τοῦτῳ δρύες, ὧδε κύπειρος,
ὧδε καλὸν βομβεῦντι ποτὶ σμάνεσσι μέλισσαι.
ἔνθ' ὕδατος ψυχρῶ κρᾶναι δύο· ταὶ δ' ἐπὶ δένδρων
ὄρνιχες λαλαγεῦντι· καὶ ἀ σκιὰ οὐδὲν ὁμοία
τᾷ παρὰ τίν· βάλλει δὲ καὶ ἀ πίτυς ὑψόθε κώνους.

COMATAS.

Tunc cum pædicabam te, et tu dolebas: capellæ autem
Istæ balabant: caper vero eas terebrabat.

LACON.

Ne profundius illa pædicatione, ô gibbose, sepeliaris:
Sed huc veni, veni, et postremo cantabis.

COMATAS.

Non ibo illuc: hic quercus, hic cyperus est,
Hic suaviter susurrant apes circum alvearia:
Hic et aquæ gelidæ fontes duo sunt, ipsæque super arbores
Volucres garriunt, et umbra nihil similis est
Illi quæ apud te est. Dejicit vero et pinus superne nuces.

ΛΑΚΩΝ.

ἦ μὰν ἀρνακίδας τε καὶ εἴρια τᾷδε πατησεῖς,
αἴκ' ἔνθῃς, ὕπνῳ μαλακώτερα· ταὶ δὲ τραγεῖαι,
ταὶ παρὰ τὶν, ὄσδοντι κακώτερον ἢ τύ περ ὄσδεις.
στασῶ δὲ κρατῆρα μέγαν λευκοῖο γάλακτος
ταῖς ϕύμφαις· στασῶ δὲ καὶ ἀδέος ἄλλον ἐλαίω.

ΚΟΜΑΤΑΣ.

αἰ δέ κε καὶ τὺ μόλῃς, ἀπαλὰν πτέριν ὧδε πατησεῖς,
καὶ γλάχων' ἀνθεῦσαν· ὑπεσσεῖται δὲ χιμαιρᾶν
δέρματα, τῶν παρὰ τὶν μαλακώτερα τετράκις ἀρνῶν.
στασῶ δ' ὀκτὼ μὲν γαυλὼς τῷ Πανὶ γάλακτος,
ὀκτὼ δὲ σκαφίδας μέλιτος πλέα κηρί' ἐχοίσας.

LACON.

Atqui pelles agninas, et lanam hic calcabis,
Si veneris, somno molliorem: pelles vero hircinæ
Quæ apud te sunt, pejus olent quam tu oles.
Statuam vero cratera magnum albi lactis
Nymphis, statuam et alium dulcis olei.

COMATAS.

Si autem et tu veneris, teneram filicem hic calcabis,
Et pulegium florens: substernentur vero caprarum
Pelles molliores quadruplo quam quæ apud te sunt agninæ.
Statuam vero octo quidem alveos lactis Pani,
Et octo cymbia mellis plenos favos habentia.

ΛΑΚΩΝ.

αὐτόθε μοι ποτέρισδε, καὶ αὐτόθι βωκολιάσδευ·
τὰν σαυτοῦ πατέων, ἔχε τὰς δρύας. ἀλλὰ τίς ἄμμε,
τίς κρινεῖ; αἴθ' ἔνθοι ποθ' ὁ βωκόλος ὧδε Λυκώπας.

ΚΟΜΑΤΑΣ.

οὐδὲν ἐγὼ τήνω ποτιδεύομαι· ἀλλὰ τὸν ἄνδρα,
αἰ λῆς, τὸν δρυτόμον βωστρήσομες, ὃς τὰς ἐρείκας
τήνας τὰς παρὰ τὶν ξυλοχίσδεται· ἐντὶ δὲ Μόρσων.

ΛΑΚΩΝ.

βωστρέωμες. Κ. τύ κάλει νιν. Λ. ἴθ' ὦ ξένε, μικκὸν ἄκουσον
τᾷδ' ἐνθών· ἄμμες γὰρ ἐρίσδομες ὅστις ἀρείων
βωκολιαστάς ἐντι. τὺ δ', ὦ 'γαθὲ, μήτ' ἐμὲ, Μόρσων,

LACON.

Istinc mecum certa, et isthic Bucolicum carmen cane:
Proprium locum calcans, tene quercus. Verum quis nos,
Quis judicabit? utinam jam huc veniat boum pastor Lycopas.

COMATAS.

Nihil ego illo opus habeo. Sed virum,
Si vis, lignorum sectorem vocemus, qui ericas
Illas apud te findit. Est vero Morson.

LACON.

Vocemus. C. Tu accerse eum. L. Age hospes paulisper audi,
Huc accedens. Nos enim certamus, uter melior
Bucolicus cantor sit. Tu vero, care Morson, neque me

ἐν χάριτι κρίνῃς, μήτ' ὢν τύ γα τοῦτον ὀνάσῃς.

ΚΟΜΑΤΑΣ.

ναὶ, ποτὶ τᾶν Νυμφᾶν, Μόρσων φίλε, μήτε Κομάτᾳ
τὸ πλέον ἰθύνῃς, μήτ' ὢν τύ γα τῷδε χαριζῇ.
ἄδε τοι ἀ ποίμνα τῷ Θουρίῳ ἐντὶ Σιβύρτα·
Εὐμάρα δὲ τὰς αἶγας ὁρῇς, φίλε, τῷ Συβαρίτα.

ΛΑΚΩΝ.

μη τύ τις ἠρώτα, ποττῶ Διὸς, αἴτε Σιβύρτα,
αἴτ ἐμον ἐντι κάκιστε τὸ ποίμνιον; ὡς λάλος ἐσσί.

ΚΟΜΑΤΑΣ.

βέντισθ' οὗτος, ἐγὼ μὲν ἀλαθέα πάντ' ἀγορεύω,
κούδὲν καυχέομαι· τὺ δ' ἄγαν φιλοκέρτομος ἐσσί.

Per gratiam judices, neque porro istum juves.

COMATAS.

Ita per Nymphas, ita Morson. Neque Comatæ
Plus juris tribuas, nec etiam Laconi huic gratificeris.
Istud vero ovile Thurini est Sibyrtæ.
Eumaræ vero Sybaritæ capras, amice, hic vides.

LACON.

Num te rogabat aliquis, per Jovem, an Sibyrtæ,
An meus grex sit, improbissime? quam garrulus es!

COMATAS.

Heus bone vir, ego quæ vera sunt dico,
Neque arroganter glorior: tu vero nimium mordax es.

ΛΑΚΩΝ

εἶα λέγ', εἴ τι λέγεις· καὶ τὸν ξένον ἐς πόλιν αὖθις
ζῶντ' ἄφες· ὦ Παιὰν, ἦ στωμύλος ἦσθα, Κομάτα.

ΚΟΜΑΤΑΣ.

ταὶ Μῶσαι με φιλεῦντι πολὺ πλέον ἢ τὸν ἀοιδὸν
Δάφνιν· ἐγὼ δ' αὐταις χιμάρως δύο πράν ποκ' ἔθυσα.

ΛΑΚΩΝ.

καὶ γὰρ ἔμ' Ὠπόλλων φιλέει μέγα· καὶ καλὸν αὐτῷ
κριὸν ἐγὼ βόσκω· τὰ δὲ Κάρνεα καὶ δὴ ἐφέρπει.

ΚΟΜΑΤΑΣ.

πλὰν δύο, τὰς λοιπὰς διδυματόκος αἶγας ἀμέλγω·
καί μ' ἀ παῖς ποθορεῦσα, τάλαν, λέγει, αὐτὸς ἀμέλ-
γεις;

LACON.

Dic age, si quid dicendum habes, et hospitem in urbem rursum
Vivum dimitte. O Apollo Comata, sane procax es.

COMATAS.

Musæ me multo magis amant, quam cantorem
Daphnidem: ego vero ipsis nuper capras duas mactavi.

LACON.

Etenim et me Apollo valde amat: et pulchrum ipsi
Arietem ego pasco: nam Carnea *festa* jam imminent.

COMATAS.

Præter duas, reliquas capras gemelliparas mulgeo.
Et puella me aspiciens, Ah miser, inquit, tu ipse mulges?

ΛΑΚΩΝ.

φεῦ, φεῦ, Λάκων τοι ταλάρως σχεδὸν εἴκατι πληροῖ
τυρῷ, καὶ τὸν ἄναβον ἐν ἄνθεσι παῖδα μολύνει.

ΚΟΜΑΤΑΣ.

βάλλει καὶ μάλοισι τὸν αἰπόλον ἁ Κλεαρίστα,
τὰς αἶγας παρελεῦντα, καὶ ἀδύ τι ποππυλιάσδει.

ΛΑΚΩΝ.

κἠμὲ γὰρ ὁ Κρατίδας τὸν ποιμένα λεῖος ὑπαντῶν
†ἐκμαίνει· λιπαρὰ δὲ πὰρ αὐχένα σείετ' ἔθειρα.

ΚΟΜΑΤΑΣ.

ἀλλ' οὐ σύμβλητ' ἐντὶ κυνόσβατος οὐδ' ἀνεμώνα
πρὸς ῥόδα, τῶν ἄνδηρα πὰρ' αἱμασιαῖσι πεφύκη.

LACON.

Ah ah, Lacon viginti ferme calathos implet
Caseo, et puerum impuberem inter flores maculat.

COMATAS.

Petit et malis caprarium Clearista
Capras præteragentem, et suave aliquid admurmurat.

LACON.

Et me pastorem Cratidas imberbis occurrens
Furiat: nam splendida ei circa collum quatitur coma.

COMATAS.

Sed non conferenda sunt rubus caninus et anemone
Cum rosis, quæ in areolis circa sepes nascuntur.

ΛΑΚΩΝ.

οὐδὲ γὰρ οὐδ' ἀκύλοῖς ὀρομαλίδες· αἱ μὲν, ἔχοντι
λεπτὸν, ἀπὸ πρίνοιο, λεπύριον· αἱ δὲ μελιχραί.

ΚΩΜΑΤΑΣ.

κἠγὼ μὲν δωσῶ τᾷ παρθένῳ αὐτίκα φάσσαν
ἐκ τᾶς ἀρκεύθω καθελών· τηνεὶ γὰρ ἐφίσδει.

ΛΑΚΩΝ.

ἀλλ' ἐγὼ ἐς χλαῖναν μαλακὸν πόκον, ὀππόκα πεξῶ
τὰν οἶν τὰν πέλλαν, Κρατίδᾳ δωρήσομαι αὐτός.

ΚΩΜΑΤΑΣ.

σίττ' ἀπὸ τᾶς κοτίνω ταὶ μηκάδες· ὧδε νέμεσθε,
ἐς τὸ κάταντες τοῦτο γεώλοφον, ᾇ τε μυρῖκαι.

LACON.

Neque enim etiam cum glandibus montana poma: nam illa quidem habent
Tenuem corticulam *quæ* ab ilice *sunt*, hæc vero mellita *sunt*.

COMATAS.

Et ego quidem mox puellæ dabo palumbem
Ex junipero abreptam: ibi enim incubat.

LACON.

Ego vero ad vestem mollem lanam, cum tondebo
Ovem nigram, Cratidæ donabo ipse.

COMATAS.

Heus *discedite* ab oleastro capellæ: hic pascimini,
Ubi deorsum inclinat hic tumulus, et ubi *sunt* myricæ.

ΛΑΚΩΝ.

οὐκ ἀπὸ τᾶς δρυὸς οὗτος ὁ Κώναρος, ἄ τε Κυναίθα,
τουτεὶ βοσκησεῖσθε ποτ' ἀντολὰς, ὡς ὁ Φάλαρος;

ΚΟΜΑΤΑΣ.

ἔντι δέ μοι γαυλὸς κυπαρίσσινος, ἔντι δὲ κρατὴρ,
ἔργον Πραξιτέλευς· τᾷ παιδὶ δὲ ταῦτα φυλάσσω.

ΛΑΚΩΝ.

χἀμῖν ἐντὶ κύων φιλοποίμνιος, ὃς λύκος ἄγχει·
ὃν τῷ παιδὶ δίδωμι τὰ θηρία πάντα διώκειν.

ΚΟΜΑΤΑΣ.

ἀκρίδες, αἳ τὸν φραγμὸν ὑπερπαδῆτε τὸν ἀμὸν,
μή μευ λωβάσησθε τὰς ἀμπέλος· ἐντὶ γὰρ †ἅβαι.

LACON.

Nonne quercu relicta tu Conare, tuque Cynætha,
Hic pascemini versus ortum, quemadmodum Phalarus?

COMATAS.

Est mihi sinum è cupresso, est et crater
Opus Praxitelis: puellæ vero hæc adservo.

LACON.

Et nobis canis est custos gregis, qui lupos strangulat.
Hunc puero donabo, ut omnes feras persequatur.

COMATAS.

Vos locustæ, quæ sepem nostram transilire soletis,
Ne meas lædatis vites: sunt enim teneræ.

ΛΑΚΩΝ.

τοὶ τέττιγες ὁρῆτε τὸν αἰπόλον ὡς ἐρεθίσδω·
οὕτω κ' ὔμμες θὴν ἐρεθίσδετε τὼς καλαμευτάς.

ΚΟΜΑΤΑΣ.

μισέω τὰς δασυκέρκος ἀλώπεκας, αἳ τὰ Μίκωνος
αἰεὶ φοιτῶσαι τὰ ποθέσπερα ῥαγίζοντι.

ΛΑΚΩΝ.

καὶ γὰρ ἐγὼ μισέω τὼς κανθάρος, οἵ τὰ Φιλώνδα
σῦκα κατατρώγοντες, ὑπηνέμιοι ποτέονται.

ΚΟΜΑΤΑΣ.

ἦ οὐ μέμνασ' ὅτ' ἐγὼν τὺ κατήλασα, καὶ τὺ σεσαρὼς
εὖ ποτεκιγκλισδευ, καὶ τᾶς δρυὸς εἴχεο τήνας;

LACON.

Cicadæ videte ut ego caprarium irrito:
Sic et vos scilicet irritatis messores.

COMATAS.

Odi densicaudes vulpes, quæ *vites* Miconis
Semper frequentantes, vesperi *ex illis* uvas comedunt.

LACON.

Etenim et ego odi scarabeos, qui Philondæ
Ficus absumentes, sublimes feruntur.

COMATAS.

An non meministi, quando ego te percussi, tuque dentes stringens
Pulchre movebas *te* et quercui hærebas illi?

ΛΑΚΩΝ.

τοῦτο μὲν οὐ μέμναμ'· ὅκα μὰν ποκα τᾷδε τὺ δάσας
Εὐμάρας ἐκάθηρε, καλῶς μάλα τοῦτό γ' ἴσαμι.

ΚΟΜΑΤΑΣ.

ἤδη τις, Μόρσων, πικραινέται· οὐχὶ παρήσθευ; 120
σκίλλας ἰὼν γραίας ἀπὸ σάματος αὐτίκα τίλλοις.

ΛΑΚΩΝ.

κἠγὼ μὲν κνίσδω, Μόρσων, τινά· καὶ τὺ δὲ λεύσσεις.
ἐνθών τὰν κυκλάμινον ὄρυσσέ νυν ἐς τὸν Ἄλεντα.

ΚΟΜΑΤΑΣ.

Ἰμέρα ἀνθ' ὕδατος ῥείτω γάλα· καὶ τὺ δὲ Κρᾶθι,
οἴνῳ πορφύροις· τὰ δέ τοι σία καρπὸν ἐνείκαι. 125

LACON.

Illud quidem non memini, verum quando te hic vinctum
Eumaras valde cecîdit loris, id equidem probe novi.

COMATAS.

Jam quispiam irritatur, ô Morson: nonne senesti? 120
Vade cito; et scillas veteres è sepulchro evelle.

LACON.

Et ego quempiam pungo, Morson, tuque *id* vides.
Profectus ad Halenta, inde cyclaminum effodias.

COMATAS.

Himeræ pro aqua lac fluat, tuque, ô Crathi,
Vino rubescas, et junci fructum ferant. 125

ΛΑΚΩΝ.

ῥείτω χἀ Συβαρῖτις ἐμὶν μέλι· καὶ τὸ ποτ' ὄρθρον
ἀ παῖς ἀνθ' ὕδατος τᾷ κάλπιδι κηρία βάψαι.

ΚΟΜΑΤΑΣ.

ταὶ μὲν ἐμαὶ κύτισόν τε καὶ αἴγιλον αἶγες ἔδοντι,
καὶ σχῖνον πατέοντι, καὶ ἐν κὀμάροισι κέχυνται.

ΛΑΚΩΝ.

ταῖσι δ' ἐμαῖς οἰέσσι παρέστι μὲν ἀ μελίτεια
φέρβεσθαι, πολλὸς δὲ καὶ ὡς ῥοδόκισσος ἐπανθεῖ.

ΚΟΜΑΤΑΣ.

οὐκ ἔραμ' Ἀλκίππας, ὅτι με πρὰν οὐκ ἐφίλασε
τῶν ὤτων καθελοῖσ', ὅκα οἱ τὰν φάσσαν ἔδωκα.

LACON.

Fluat mihi et fons Syberitis melle, atque mane
Puella pro aqua urnam favis intingat.

COMATAS.

Meæ quidem capræ cytisum et ægilon comedunt,
Atque juncum calcant, et inter arbuteas frondes cubant.

LACON.

Ovibus vero meis adest apiastrum
Ad pascendum, et floret ut multus rhodocistus.

COMATAS.

Non amo Alcippen, quia me nuper non osculata est
Aures prehendens, cum ipsi palumbem donarem.

ΛΑΚΩΝ.

ἀλλ' ἐγὼ Εὐμήδευς ἔραμαι μέγα· καὶ γὰρ ὅκ' αὐτῷ
τὰν σύριγγ' ὤρεξα, καλόν τί με κάρτ' ἐφίλασεν.

ΚΟΜΑΤΑΣ.

οὐ θεμιτὸν Λάκων ποτ' ἀηδόνα κίσσας ἐρίσδεν,
οὐδ' ἔποπας κύκνοισι, τὺ δ', ὦ τάλαν, ἐσσι φιλεχθής.

ΜΟΡΣΩΝ.

παύσασθαι κέλομαι τὸν ποιμένα· τὶν δὲ, Κομάτα,
δωρεῖται Μόρσων τὰν ἀμνίδα· καὶ τὺ δέ θύσας
ταῖς Νύμφαις, Μόρσωνι καλὸν κρέας αὐτίκα πέμψον.

ΚΟΜΑΤΑΣ.

πεμψῶ, ναὶ τὸν Πᾶνα. φριμάσσεο πᾶσα τραγίσκων

LACON.

Sed ego Eumedem vehementer amo: nam cum illi
Fistulam porrexi, admodum suaviter me osculatus est.

COMATAS.

Non fas est, ô Lacon, picas certare cum lusciniis,
Neque upupas cum cycnis: tu vero, ô miser, es rixæ amator.

MORSON.

Jubeo ovium pastorem desinere: tibi vero, Comata,
Donat Morson agnam: tu ergo sacrificans
Nymphis, Morsoni mox pulchram carnem mittas.

COMATAS.

Mittam per Pana. Præ gaudio fremat totus hircorum

νῦν ἀγέλα· κἠγὼν γὰρ ἴδ' ὡς μέγα τοῦτο καχαξῶ
καττῶ Λάκωνος τῶ ποιμένος, ὅττι ποκ' ἤδη
*ἀνυσάμαν γε τὸν ἀμνόν· ἐς οὐρανόν ὔμμιν ἀλεῦμαι.
αἶγες ἐμαὶ θαρσεῖτε κερουχίδες· αὔριον ὔμμε
πᾶσας ἐγὼ λουσῶ Συβαρίτιδος ἔνδοθι κράνας.
οὗτος ὁ λευκίτας ὁ κορυττίλος, εἴ τιν' ὀχευσεῖς
τᾶν αἰγᾶν, φλασῶ τυ, πρὶν ἤ γ' ἐμὲ καλλιερῆσαι
ταῖς Νύμφαισι τὸν ἀμνόν· ὁ δ' αὖ πάλιν· ἀλλὰ γενοίμαν,
αἰ μή τυ φλάσαιμι, Μελάνθιος ἀντὶ Κομάτα.

Jam grex: et ego vide quam magnum hunc cachinnum nunc edam
Contra pastorem Laconem, quod tandem jam
Agnum acquisivi: nunc vobis in cœlum saliam.
Vos meæ cornigeræ capellæ bonum animum habete: cras enim vos
Omnes ego in Sybaritide fonte lavabo.
Heus tu albe, qui cornu petis, si quam aggredieris
Ex capellis, percutiam te, priusquam sacrificavero
Nymphis agnum: sed ecce hic rursus *incipit*. Atqui fiam *ego*,
Nisi te percutiam, Melanthius pro Comata.

ΥΠΟΘΕΣΙΣ

ΤΟΥ ΕΚΤΟΥ ΕΙΔΥΛΛΙΟΥ.

Δαμοίτας καὶ Δάφνις θέροις ὄντοις μεσημβρίας εἰς ἓν τὰ θρέμματα συνελαύνουσι· καὶ ἀμοιβαίως τὴν περὶ Κύκλωπος καὶ Γαλατείας νύμφης ὑπόθεσιν ᾄδουσιν· ἄρχεται μὲν οὖν τῆς ᾠδῆς ὁ Δάφνις, ὡς πρὸς τὸν Κύκλωπα τὴν ἀπόδοσιν ποιούμενος· ὁ δὲ Δαμοίτας ἀποκρίνεται ὡς ἐκ προσώπου τοῦ Πολυφήμου δῆθεν. Τὰ πράγματα ἐν Σικελίᾳ. προσδιαλέγεται δὲ ὁ ποιητὴς Ἀράτῳ, οὗ καὶ μέμνηται ἐν τοῖς Θαλυσίοις, καὶ ἀλλαχοῦ. Δύναται δὲ οὗτος εἶναι ὁ τῶν Φαινομένων ποιητής.

—o—

ARGUMENTUM

EIDYLLII SEXTI.

Damœtas et Daphnis æstate sub meridiem greges in unum locum compellunt: et alternis de Cyclope et Galatea nympha canunt. Incipit itaque cantilenam Daphnis sermonem tanquam ad Cyclopem dirigens. Damœtas vero respondet quasi sub persona Polyphemi. Res ipsa in Sicilia gesta fingitur. Alloquitur Poeta Aratum, cujus etiam meminit in Thalysiis, et alibi. Potest autem is esse qui Phænomena scripsit.

ΒΟΥΚΟΛΙΑΣΤΑΙ,

ΕΙΔΥΛΛΙΟΝ ΣΤ'.

ΔΑΜΟΙΤΑΣ ΚΑΙ ΔΑΦΝΙΣ.

ΔΑΜΟΙΤΑΣ *καὶ Δάφνις ὁ βωκόλος εἰς ἕνα χῶρον τὰν ἀγέλαν ποκ', Ἄρατε, συνάγαγον· ἦς δ' ὁ μὲν αὐτῶν*

BUCOLICI CANTORES,

EIDYLLION SEXTUM.

DAMŒTAS ET DAPHNIS.

DAMŒTAS et Daphnis bubulcus in unum locum
Gregem olim, ô Arate, compulerunt: erat vero alter eorum

πυῤῥὸς, ὁ δ' ἡμιγένειος· ἐπὶ κράναν δὲ τιν' ἄμφω
ἑσδόμενοι θέρεος μέσῳ ἄματι τοιάδ' ἄειδον.
πρᾶτος δ' ἄρξατο Δάφνις, ἐπεὶ καὶ πρᾶτος ἔρισδεν.

ΔΑΦΝΙΣ.

βάλλει τοι, Πολύφαμε, τὸ ποίμνιον ἁ Γαλάτεια
μάλοισιν, δυσέρωτα τὸν αἰπόλον ἄνδρα καλεῦσα·
καί τύ νιν οὐ ποθορῆσθα, τάλαν, τάλαν, ἀλλὰ κάθησαι
ἁδέα συρίσδων, πάλιν ἄδ', ἴδε, τὰν κύνα βάλλει,
ἅ τοι τᾶν ὁΐων ἔπεται σκοπός· ἁ δὲ βαΰσδει
εἰς ἄλα δερκομένα· τὰ δέ νιν καλὰ κύματα φαίνει
ἄσυχα καχλάζοντος ἐπ' αἰγιαλοῖο θέοισαν.
φράσδεο μὴ τὰς παιδὸς ἐπὶ κνάμαισιν ὀρούσῃ

Rufus, alter semiberbis: ad fontem autem quendam ambo
Sedentes, medio die æstivo, talia canebant.
Prior porro cæpit Daphnis, quoniam et prior provocaverat.

DAPHNIS.

Petit tibi, Polypheme, gregem ovium Galatea
Pomis, caprarium misere amantem virum vocans.
Tu vero illam non aspicis, miser, miser, sed sedes
Suaviter fistula cantans. Ecce illa iterum canem petit,
Quæ te sequitur custos ovium: ea vero latrat
In mare prospectans, illamque pulchri fluctus ostendunt
In placide frementi littore currentem.
Vide ne *canis* puellæ in crura irruat,

ἐξ ἁλὸς ἐρχομένας, κατὰ δὲ χρόα καλὸν ἀμύξῃ.
ἁ δὲ καὶ αὐτόθε τοι διαθρύπτεται, ὡς ἀπ' ἀκάνθας
ταὶ καπυραὶ χαῖται, τὸ καλὸν θέρος ἀνίκα φρύττει·
καὶ φεύγει φιλέοντα, καὶ οὐ φιλέοντα διώκει·
καὶ τὸν ἀπὸ γραμμᾶς κινεῖ λίθον· ἦ γὰρ ἔρωτι
πολλάκις, ὦ Πολύφαμε, τὰ μὴ καλὰ καλὰ πέφανται.
τῷ δ' ἔπι Δαμοίτας ἀνεβάλλετο καλὸν ἀείδεν.

ΔΑΜΟΙΤΑΣ.

εἶδον, ναὶ τὸν Πᾶνα, τὸ ποίμνιον ἀνίκ' ἔβαλλε,
κοὔ μ' ἔλαθ', οὐ τὸν ἐμὸν τὸν ἕνα γλυκὺν, ᾧ ποθόρημι
ἐς τέλος. αὐτὰρ ὁ μάντις ὁ Τήλεμος ἔχθρ' ἀγορεύων,
ἐχθρὰ φέροιτο ποτ' οἶκον, ὅπως τεκέεσσι φυλάξῃ.

E mari egredientis, neve pulchrum corpus laniet.
Illa vero illinc deliciatur, sicut a carduo
Aridi pappi, quando pulchra æstas torret,
Et fugit amantem, et non amantem sectatur,
Et à linea *sacra* movet calculum : certe enim amori
Sæpe, ô Polypheme, quæ non pulchra sunt, ea pulchra videntur.
Post hunc Damœtas incepit suaviter canere.

DAMŒTAS.

Vidi per Pana ovium gregem cum peteret,
Nec me latuit, neque hunc meum unicum dulcem *oculum*, quo aspicio
Usque ad finem. Sed vates Telemus hostilia prædicens
Hostilia ferat domum, ut suis liberis adservet.

ἀλλὰ καὶ αὐτὸς ἐγὼ κνίσδων πάλιν, οὐ ποθόρημι,
ἀλλ' ἄλλαν τινὰ φαμὶ γυναῖκ' ἔχεν· ἀ δ' αἴσθοισα,
ζαλοῖ μ', ὦ Παιὰν, καὶ τάκεται· ἐκ δὲ θαλάσσας
οἰστρεῖ παπταίνοισα ποτ' ἄντρά τε καὶ ποτὶ ποίμνας.
† σῖγα δ' ὑλακτεῖν νιν καὶ τᾷ κυνί· καὶ γὰρ ὄκ' ἦρων
αὐτᾶς, ἐκνυζῆτο ποτ' ἰσχία ῥύγχος ἔχοισα.
ταῦτα δ' ἴσως ἐσορεῦσα ποιεῦντά με πολλάκι, πεμψεῖ
ἄγγελον· αὐτὰρ ἐγὼ κλαξῶ θύρας, ἔστε κ' ὀμόσσῃ
αὐτά μοι στορέσειν καλὰ δέμνια τᾶσδ' ἐπὶ νάσω.
καὶ γάρ θην οὐδ' εἶδος ἔχω κακὸν, ὥς με λέγοντι.
ἦ γὰρ πρὰν ἐς πόντον ἐσέβλεπον· ἦς δὲ γαλάνα·
καὶ καλὰ μὲν τὰ γένεια, καλὰ δ' ἐμὶν ἀ μία κώρα,
ὡς παρ' ἐμὶν κέκριται, κατεφαίνετο· τῶν δέ τ' ὀδόντων

Sed et ipse ego pungens rursus *eam* non aspicio,
Sed dico me aliam quandam mulierem habere: ipsa vero audiens
Invidet mihi, ô Apollo, et tabescit, atque é mari
Furiosa prosilit, circumspectans ad antra et greges.
Clam autem *innui* cani ut illam allatraret: etenim cum amarem
Ipsam, ganniebat ista, ad femora rostrum admovens.
Cumque me sæpius id facere videbit, forte mittet
Nuncium: verum ego fores occludam, donec juraverit
Quod ipsa mihi velit sternere pulchrum lectum in hac insula.
Neque enim deformis sum, ut de me dicunt:
Certe nuper in mare inspexi: erat autem tranquillitas:
Et pulchra quidem barba, pulchra vero hæc una pupula mea
(Ut à me judicabatur) videbatur. Dentium porro

λευκοτέραν αὐγὰν Παρίας ὑπέφαινε λίθοιο.
ὡς μὴ βασκανθῶ δὲ, τρὶς εἰς ἐμὸν ἔπτυσα κόλπον.
ταῦτα γὰρ ἁ γραία με Κοτυτταρὶς ἐξεδίδαξεν,
[ἃ πρὰν ἀμῶντεσσι παρ' Ἱπποκόωντι ποταύλει.]
τόσσ' εἰπὼν, τὸν Δάφνιν ὁ Δαμοίτας ἐφίλασε·
χὠ μὲν τῷ σύριγγ', ὁ δὲ τῷ καλὸν αὐλὸν ἔδωκεν.
αὔλει Δαμοίτας, σύρισδε δὲ Δάφνις ὁ βώτας·
ὠρχεῦντ' ἐν μαλακᾷ ταὶ πόρτιες αὐτίκα ποίᾳ·
νίκη μὰν οὐδ' ἄλλος, ἀνάσσατοι δ' ἐγένοντο.

Nitorem candidiorem, quam Parius lapis est, ostendebat.
Ne vero fascino læderer, ter ipse in gremium meum inspui.
Nam id me anus Cotyttaris docuit,
Quæ nuper messoribus apud Hippocoontem accinebat:
Hæc cum dixisset, Daphnin Damœtas exosculatus est.
Et ille quidem huic fistulam, hic vero illi pulchram tibiam dedit.
Tibia canebat Damœtas, fistula vero canebat Daphnis bubulcus:
Et vitulæ statim saltabant in molli gramine.
Vicit tamen neuter, sed erant invicti.

ΥΠΟΘΕΣΙΣ

ΤΟΥ ΕΠΤΟΥ ΕΙΔΥΛΛΙΟΥ.

Επιδήμησας ὁ Θεόκριτος ἐν Κῷ, ὅτε πρὸς Πτολεμαῖον εἰς Ἀλεξάνδρειαν ἀπῄει, φίλος κατέστη Φρασιδάμῳ καὶ Ἀντιγένει, Λυκωπέως υἱοῖς· καὶ κληθεὶς ὑπ' αὐτῶν εἰς ἀγρὸν ἐπὶ Θαλύσια Δήμητρος, ἄπεισι μετὰ Εὐκρίτου καὶ Ἀμύντου. Ἐντυγχάνει δὲ καθ' ὁδὸν Λυκίδᾳ τῷ Κυδωνιάτῃ ἐκ Κρήτης, καὶ ἀλλήλοις ὁμιλοῦντες διεξέρχονται τοὺς ἑαυτῶν ἔρωτας. Ἔστι μὲν οὖν τοῦτο τὸ Εἰδύλλιον ὅλως διηγηματικόν.

—o—

ARGUMENTUM

IDYLLII SEPTIMI.

Peregre agens Theocritus in insula Co, cum ad Ptolemæum in Alexandriam proficisceretur, amicus factus est Phrasidamo et Antigeni Lycopei filiis: vocatusque ab illis rus ad Thalysia sacra Cereris, abit eo cum Eucrito et Amynta. Incidit autem in itinere in Lycidam Cydoniatam ex Creta, et mutuo sermone suos ipsorum amores inter se recensent. Continet igitur hoc Idyllion meram rei gestæ narrationem.

ΘΑΛΥΣΙΑ, Η ΕΑΡΙΝΗ ΟΔΟΙΠΟΡΙΑ.

ΕΙΔΥΛΛΙΟΝ Ζ'.

Ἦς χρόνος ἀνίκ' ἐγὼν τε καὶ Εὔκριτος ἐς τὸν Ἄλεντα
εἴρπομες ἐκ πόλιος· σὺν δὲ τρίτος ἄμμιν Ἀμύντας·

THALYSIA, SEU VERNUM ITER.

EIDYLLION SEPTIMUM.

Tempus erat, cum ego et Eucritus ad Halenta
Ibamus ex urbe, et tertius nobiscum erat Amyntas:

τᾷ Δηοῖ γὰρ ἔτευχε Θαλύσια καὶ Φρασίδαμος,
κ' Αντιγένης, δύο τέκνα Λυκωπέος· εἴ τι περ ἐσθλὸν
† χαῶν τῶν ἐπάνωθεν, ἀπὸ Κλυτίας τε καὶ αὐτῶ
Χάλκωνος, Βούρινναν ὅς ἐκ ποδὸς ἄννε κράναν,
εὖ γ' ἐνερεισάμενος πέτρᾳ γόνυ· ταὶ δὲ παρ' αὐτὰν
αἴγειροι πτελέαι τε ἐΰσκιον ἄλσος ἔφαινον,
χλωροῖσιν πετάλοισι κατηρεφέες κομόωσαι.
κοὔπω τὰν μεσάταν ὁδὸν ἄνυμες, οὐδὲ τὸ σᾶμα
ἀμῖν τῶ Βρασίλα κατεφαίνετο· καί τιν' ὁδίταν
ἐσθλὸν σὺν Μοίσαισι Κυδωνικὸν εὕρομες ἄνδρα,
ὤνομα μὲν Λυκίδαν, ἦς δ' αἰπόλος· οὐδὲ κέ τίς μιν
ἠγνοίησεν ἰδών, ἐπεὶ αἰπόλῳ ἔξοχ' ἐώικει.
ἐκ μὲν γὰρ λασίοιο δασύτριχος εἶχε τράγοιο

Nam Cereri faciebant Thalysia, Phrasidamus
Et Antigenes, duo filii Lycopei: si quid boni restat
Adhuc ex antiquis illis *nobilibus* inde à Clytia, atque ipso
Chalcone, qui Burinnam fontem ab imo confecit,
Bene adnixus ad petram genu: *natæ* vero circa eum *fontem*
Populi ulmique umbrosum nemus efficiebant,
Viridibus foliis tectæ frondentes.
Necdum vero mediam viam emensi eramus, et nondum sepulcrum
Brasilæ nobis apparebat, cum in quendam viatorem
Cydonium virum bonum, et Musis dilectum, incidimus.
Nomen erat Lycidas, pastor vero caprarius erat: neque aliquis ipsum
Ignorasset aspiciens; nam caprario admodum similis erat.
Ex hirsuto enim et villoso exuvio hirci habebat

κνακὸν δέρμ' ὤμοισι, νέας ταμίσοιο ποτόσδον·
ἀμφὶ δὲ οἱ στήθεσσι γέρων ἐσφίγγετο πέπλος
ζωστῆρι πλακερῷ· ῥοικὰν δ' ἔχεν ἀγριελαίω
δεξιτερᾷ κορύναν· καί μ' ἀτρέμας εἶπε † σεσαρὼς
ὄμματι μειδιόωντι, γέλως δέ οἱ εἴχετο χείλευς,
Σιμιχίδα, πᾷ δὴ τὺ μεσαμέριον πόδας ἕλκεις,
ἀνίκα δὴ καὶ σαύρος ἐφ' αἱμασιαῖσι καθεύδει,
οὐδ' ἐπιτυμβίδιοι κορυδαλλίδες ἠλαίνονται;
ἢ μετὰ δαῖτα κλητὸς ἐπείγεαι; ἢ τινὸς ἀστῶν
λανὸν ἐπιθρώσκεις; ὡς τεῦ ποσὶ νισσομένοιο
πᾶσα λίθος πταίοισα ποτ' ἀρβυλίδεσσιν ἀείδει.
τὸν δ' ἐγὼ ἀμείφθην· Λυκίδα φίλε, φαντὶ τύ πάντες
ἔμμεν συρικτὰν μεγ' ὑπείροχον ἔν τε νομεῦσιν,

Fulvam pellem humeris indutam: recens coagulum adhuc redolentem.
Circa pectus vero vetustum pallium illi adstrictum erat
Cingulo textili, curvumque ferebat ex oleastro
Dextra manu pedum: et placide ridens me appellavit
Oculo arridenti (nam risus illi hærebat in labris:)
Simichida, quo tu nunc in meridie pedes trahis,
Quum et lacertus sub sepibus dormit,
Neque cristatæ cassitæ vagantur?
An vocatus ad cœnam festinas? an in alicujus ex civibus
Torcular insilis? nam te pedibus concitato,
Omnes calculi offensi ad soleas tinniunt.
Illi autem ego respondi: care Lycida, omnes te dicunt
Esse eximium fistulatorem, inter et pastores

ἐν τ' ἀμητήρεσσι· τὸ δὴ μάλα θυμὸν ἰαίνει
ἀμέτερον· καί τοι, κατ' ἐμὸν νόον, ἰσοφαρίσδεν
ἔλπομαι· ἀ δ' ὁδὸς ἅδε Θαλυσιάς· ἦ γὰρ ἑταῖροι
ἄνέρες εὐπέπλῳ Δαμάτερι δαῖτα τελεῦντι,
ὄλβῳ ἀπαρχόμενοι· μάλα γάρ σφισι πίονι μέτρῳ
ἀ δαίμων εὔκριθον ἀνεπλήρωσεν ἀλωάν.
ἀλλ' ἄγε δὴ, ξυνὰ γὰρ ὁδὸς, ξυνὰ δέ καὶ ἀὼς,
βωκολιασδώμεσθα· τάχ' ὥτερος ἄλλον ὀνασεῖ.
καὶ γὰρ ἐγὼ Μοισᾶν καπυρὸν στόμα· κήμὲ λέγοντι
πάντες ἀοιδὸν ἄριστον· ἐγὼ δέ τις οὐ ταχυπειθής·
οὐ Δᾶν· οὐ γάρ πω, κατ' ἐμὸν νόον, οὔτε τὸν εσθλὸν
Σικελίδαν νίκημι τὸν ἐκ Σάμω, οὔτε Φιλητὰν,
ἀείδων· βάτραχος δέ ποτ' ἀκρίδας ὥς τις ἐρίσδω.

Et messores: quod magna lætitia animum afficit
Nostrum; etsi, ut mea fert sententia, te æquiparare
Spero. Iter vero hoc nobis est ad Thalysia: sane enim amici
Viri epulum parant pulchræ Cereri,
Opum primitias offerentes: nam ipsis valde pingui mensura
Dea frumento complevit horreum.
Sed age (quoniam communis hæc via est, communis et dies)
Canamus carmen Bucolicum: forte alter alterum juverit.
Nam et ego Musarum facundum os *sum*; meque dicunt
Omnes cantorem optimum esse: sed ego non facile illis credo:
Non per terram. Nondum enim, meo judicio, neque præstantem
Sicelidam Samium vinco, neque Philetam,
Cantando: sed velut rana quædam contra cicadas, contendo.

ὡς ἐφάμαν ἐπίταδες· ὁ δ' αἰπόλος, ἁδὺ γελάξας,
τάν τοι, ἔφα, κορύναν δωρύττομαι, οὕνεκεν ἐσσὶ
πᾶν ἐπ' ἀλαθείᾳ πεπλασμένον ἐκ Διὸς ἔρνος.
ὡς μοι καὶ τέκτων μέγ' ἀπέχθεται, ὅστις ἐρευνᾷ
ἶσον ὄρευς κορυφᾷ τελέσαι δόμον Ὡρομέδοντος,
καὶ Μοισᾶν ὄρνιχες, ὅσοι ποτὶ Χῖον ἀοιδὰν
ἀντία κοκκύζοντες, ἐτώσια μοχθίζοντι.
ἀλλ' ἄγε, βωκολικᾶς ταχέως ἀρχώμεθ' ἀοιδᾶς,
Σιμιχίδα· κἠγὼ μέν, ὄρη φίλος, εἴ τοι ἀρέσκει
τοῦθ' ὅ τι πρὰν ἐν ὄρει τό μελύδριον ἐξεπόνασα.
Ἔσσεται Ἀγεάνακτι καλὸς πλόος ἐς Μιτυλάναν,
χὤταν ἐφ' ἑσπερίοις ἐρίφοις νότος ὑγρὰ διώκῃ
κύματα, κ' Ὡρίων ὅτ' ἐπ' Ὠκεανῷ πόδας ἴσχει,

Sic dixi dedita opera. Caprarius autem, cum suaviter arrisisset,
Hoc, inquit, tibi pedum dono, quoniam es
Totus revera germen divinitus factum.
Nam et fabrum valde odi, qui conatur
Extruere domum tam altam, quam est vertex montis Oromedontis:
Et Musarum aves, quæcunque contra Chium vatem
Ex adverso stridentes, incassum laborant.
Sed age, quamprimum incipiamus canere Bucolicum carmen,
Simichida: atque ego quidem *canam* (vide quæso num tibi placeat)
Hoc quod nuper in monte breve carmen meditatus sum:
Utinam sit Ageanacti felix navigatio in Mitylenen:
Etiam tunc cum sub occiduis hædis Notus humidos urget
Fluctus, eumque Orion in Oceano pedes sistit,

αἴκεν τὸν Λυκίδαν ὀπτεύμενον ἐξ Ἀφροδίτας
ῥύσηται· θερμὸς γὰρ ἔρως αὐτῶ με καταίθει.
χαλκυόνες στορεσεῦντι τὰ κύματα, τάν τε θάλασσαν,
τόν τε νότον, τὸν τ' εὖρον, ὃς ἔσχατα φυκία κινεῖ·
ἀλκυόνες, γλαυκαῖς Νηρηΐσι ταί τε μάλιστα
ὀρνίχων ἐφίλαθεν, ὅσαις τέ περ ἐξ ἁλὸς ἄγρα.
Ἀγεάνακτι πλόον διζημένῳ ἐς Μιτυλάναν
ὥρια πάντα γένοιτο, καὶ εὔπλοον ὅρμον ἵκοιτο.
κἠγὼν τῆνο κατ' ἆμαρ, ἀνήθινον, ἢ ῥοδόεντα,
ἢ καὶ λευκοΐων στέφανον περὶ κρατὶ φυλάσσων,
τον Πτελεατικὸν οἶνον ἀπο κρητῆρος ἀφυξῶ,
παρ πυρὶ κεκλιμένος· κυάμον δέ τις ἐν πυρὶ φρυξεῖ,
χἀ στιβάς ἐσσεῖται πεπυκασμένα ἔστ' ἐπὶ πᾶχυν

Si Lycidam tostum ab amore
Liberaverit: nam ardens illius amor me urit.
Et Halcyones sternant fluctus et mare,
Atque Notum, atque Eurum, qui extremas algas movet:
Halcyones, quæ â glaucis Nereïdibus maxime
Inter aves diliguntur, quæcunque è mari victitant.
Utinam Ageanacti naviganti in Mitylenen
Omnia tranquilla sint, ut in commodum portum perveniat.
Egoque illo die anethinam vel rosaceam,
Aut ex albis violis coronam in capite gestans,
Vinum in Ptelea natum è cratere hauriam,
Ad ignem recubans: interea in igne aliquis fabas torrebit,
Et thorus denatus erit ad cubitum usque

κνύζᾳ τ' ἀσφοδέλῳ τε, πολυγνάμπτῳ τε σελίνῳ.
καὶ πίομαι μαλακῶς, μεμναμένος Ἀγεάνακτος,
αὐταῖσιν κυλίκεσσι καὶ ἐς τρύγα χεῖλος ἐρείδων.
αὐλησεῦντι δέ μοι δύο ποιμένες· εἷς μὲν, Ἀφαρνεύς·
εἷς δὲ, Λυκωπίτας· ὁ δὲ Τίτυρος ἐγγύθεν ἀσεῖ,
ὡς πόκα τᾶς Ξενέας ἠράσσατο Δάφνις ὁ βώτας,
χὠς ὄρος ἀμφεπολεῖτο, καὶ ὡς δρύες αὐτὸν ἐθρήνευν,
Ἰμέρα αἴτε φύοντι παρ' ὄχθαισιν ποταμοῖο·
εὖτε χιὼν ὥς τις κατετάκετο μακρὸν ὑφ' Αἷμον,
ἢ Ἄθω, ἢ Ῥοδόπαν, ἢ Καύκασον ἐσχατόεντα.
ἀσεῖ δ' ὡς ποκ' ἔδεκτο τὸν αἰπόλον εὐρέα λάρναξ
ζωὸν ἐόντα, κακῇσιν ἀτασθαλίῃσιν ἄνακτος·
ὥς τέ νιν αἱ σιμαὶ λειμωνόθε φέρβον ἰοῖσαι

Cnyza, asphodelo, et flexibili apio:
Et bibam suaviter, memor Ageanactis,
Ipsis calicibus usque ad fæces labrum infigens.
Tibiis vero cantabunt mihi duo pastores, alter Acharnensis,
Alter vero Lycopita: et Tityrus prope accinet,
Quomodo olim Xeneam amavit Daphnis bubulcus:
Et quomodo per montem oberravit, et quomodo quercus ipsum lux-[erunt,
Quæ nascuntur circa ripas fluvii Himeræ,
Quum ille velut nix contabescebat in excelso Hæmo,
Vel in Atho, vel Rhodope, vel in extremo Caucaso.
Cantabitque quomodo olim *inclusum* exceperit pastorem ampla arca
Vivum, ob malam impietatem heri:
Et quomodo ipsum simæ aluerint ex pratis venientes

κέδρον ἐς ἀδεῖαν μαλακοῖς ἄνθεσσι μέλισσαι.
οὕνεκά οἱ γλυκὺ Μοῖσα κατὰ στόματος χέε νέκταρ.
ὦ μακαριστὲ Κομάτα, τὺ θὴν τάδε τέρπνὰ πεπόνθης,
καὶ τὺ κατεκλάσθης ἐς λάρνακα, καὶ τὺ μελισσᾶν
κηρία φερβόμενος, ἔτος ὥριον ἐξεπονάσας. 85
αἴθ' ἐπ' ἐμεῦ ζωοῖς ἐναρίθμιος ὤφελες ἦμεν,
ὥς τοι ἐγὼν ἐνόμευον ἀν' ὤρεα τὰς καλὰς αἶγας,
φωνᾶς εἰσαΐων· τὺ δ' ὑπὸ δρυσὶν ἢ ὑπὸ πεύκαις
ἀδὺ μελισδόμενος κατακέκλισο, θεῖε Κομάτα. [θις
χὠ μὲν τόσσ' εἰπὼν, ἀπεπαύσατο· τὸν δὲ μετ' αὖ- 91
κήγὼν τοῖ' ἐφάμαν· Λυκίδα φίλε, πολλὰ μὲν ἄλλα
Νύμφαι κήμὲ δίδαξαν ἀν' ὤρεα βωκολέοντα
ἐσθλὰ, τά που καὶ Ζανὸς ἐπὶ θρόνον ἄγαγε φάμα·

In cedrum dulcem, mollibus floribus, apes:
Eo quod illi Musa dulce nectar in os infuderat.
O beate Comata, tibi hæc jucunda acciderunt:
Et tu in arcam inclusus fuisti, atque tu apum
Favis pastus totum annum exegisti. 85
Utinam meo tempore inter vivos fuisses numeratus!
Tibi enim pascerem in montibus pulchras capellas,
Vocem tuam audiens: tu vero sub quercu vel pinu arbore
Suaviter canens recubares, divine Comata.
Atque ille hæc locutus desiit: post quem vicissim 90
Ego talia dixi, Care Lycida, multa quidem alia
Nymphæ me quoque docuerunt, cum in montibus boves pascerem,
Bona, quæ forte ad Jovis thronum fama pertulit.

ἀλλὰ τό γ' ἐκ πάντων μέγ' ὑπείροχον, ᾧ τύ γεραίρεν
ἀρξεῦμ', ἀλλ' ὑπάκοισον, ἐπεὶ φίλος ἔπλεο Μοίσαις·
Σιμιχίδᾳ μὲν Ἔρωτες ἐπέπταρον· ἦ γὰρ ὁ δειλὸς 96
τόσσον ἐρᾷ Μυρτοῦς ὅσσον εἴαρος αἶγες ἔρανται.
Ὥρατος δ' ὁ τὰ πάντα φιλαίτατος ἀνέρι τήνῳ,
παιδὸς ὑπὸ σπλάγχνοισιν ἔχει πόθον. οἶδεν Ἄριστις,
εσθλὸς ἀνὴρ † μέγ' Ἄριστις, ὃν οὐδέ κεν αὐτὸς ἀείδεν
Φοῖβος σὺν φόρμιγγι παρὰ τριπόδεσσι μεγαίροι, 101
ὡς ἐκ παιδὸς Ἄρατος ὑπ' ὀστέον αἴθετ' ἔρωτι.
τόν μοι, Πὰν, Ὁμόλας ἐρατὸν πέδον ὅστε λέλογχας,
ἄκλητον τήνοιο φίλας ἐς χεῖρας ἐρείσαις, 104
εἴτε Φιλῖνος ἄρ' ἔστιν ὁ μαλθακὸς, εἴτέ τις ἄλλος.
κἦν μὲν ταῦθ' ἕρδης, ὦ Πὰν φίλε, μὴ τί τυ παῖδες

Hoc vero ex omnibus maxime eximium est, quod tui honoris causa
Cantabo, (sed ausculta,) quandoquidem Musis carus es: 95
Simichidæ Amores sternutaverunt: nam miser
Tam amat Myrtonem, quam capræ ver amant.
Aratus vero qui illi viro omnino carissimus est,
Pueri sub visceribus desiderio tenetur. Novit Aristis,
Vir valde bonus Aristis: quem ne ipse quidem canentem 100
Phœbus cithara juxta tripodem aversetur:
Is novit, quam graviter pueri amore sub ossibus ureretur Aratus.
Eum igitur, ô Pan, qui Homoles amœnos campos tenes,
Non vocatum in illius caras manus sistas:
Sive is tener Philinus est, seu quispiam alius. 105
Et si id facias, ô care Pan, non te pueri

Ἀρκαδικοὶ σκίλλαισιν ὑπὸ πλευρὰς τε καὶ ὤμους
τανίκα μαστίσδοιεν ὅτε κρέα τυτθὰ παρείη·
εἰ δ' ἄλλως νεύσαις, κατὰ μὲν χρόα πάντ' ὀνύχεσσι
δακνόμενος κνάσαιο, καὶ ἐν κνίδαισι καθεύδοις.
εἴης δ' Ἠδωνῶν μὲν ἐν ὤρεσι χείματι μέσσῳ,
Ἔβρον παρ' ποταμὸν τετραμμένος, ἐγγύθεν ἄρκτου.
ἐν δὲ θέρει πυμάτοισι παρ' Αἰθιόπεσσι νομεύοις,
πέτρᾳ ὑπὸ Βλεμύων, ὅθεν οὐκέτι Νεῖλος ὁρατός.
ὕμμες δ' Ὑετίδος καὶ Βυβλίδος ἀδὺ λιπόντες
νᾶμα, καὶ οἰκεῦντες ξανθᾶς ἕδος αἰπὺ Διώνας,
ὦ μάλοισιν Ἔρωτες ἐρευθομένοισιν ὁμοῖοι,
βάλλετέ μοι τόξοισι τὸν ἱμερόεντα Φιλῖνον,
βάλλετ'· ἐπεὶ τὸν ξεῖνον ὁ δύσμορος οὐκ ἐλεεῖ μευ.

Arcadici scillis sub latera et humeros
Tunc flagellent, cum parum carnium adfuerit.
Sin vero aliter annueris, tunc per totum corpus unguibus
Laceratus pungaris, atque in urticis dormias:
Degas vero Edonorum in montibus media hyeme,
Ad Hebrum fluvium conversus, prope Arcton:
In æstate vero apud extremos Æthiopas pascas
Sub scopulo Blemyarum, unde Nilus non amplius videri potest.
Vosque dulci relicta Hyetidos et Byblidis
Unda, qui habitatis in excelsa sede flavæ Dionæ,
O Cupidines pomis rubentibus similes,
Ferite mihi arcu amabilem Philinum,
Ferite: quando ille improbus non miseretur mei hospitis.

καὶ δὴ μὰν ἀπίοιο πεπαίτερος· αἱ δὲ γυναῖκες,
αἶ, αἶ, φαντὶ, Φιλῖνε, τό τοι καλὸν ἄνθος ὑπορρεῖ.
μηκέτι τοι φρουρεῶμες ἐπὶ προθύροισιν, Ἄρατε,·
μηδὲ πόδας τρίβωμες· ὁ δ' ὄρθριος ἄλλον ἀλέκτωρ
κοκκύσδων νάρκαισιν ἀνιηραῖσι διδοίη·
εἶς δ' ἐπὶ τᾶσδε, φέριστε, Μόλων, ἄγχοιτο παλαίστρας·
ἄμμιν δ' ἀσυχία τε μέλοι, γραία τε παρείη,
ἄτις ἐπιφθύσδοισα, τὰ μὴ καλὰ νόσφιν ἐρύκοι.
τόσσ' ἐφάμαν· ὁ δέ μοι τὸ λαγωβόλον, ἀδὺ γελάξας
ὡς πάρος, ἐκ Μοισᾶν ξεινήϊον ὤπασεν ἥμες.
χὠ μὲν ἀποκλίνας ἐπ' ἀριστερὰ, τὰν ἐπὶ Πύξας
εἶρφ' ὁδὸν· αὐτὰρ ἐγών τε καὶ Εὔκριτος ἐς Φρασιδάμω
στραφθέντες, χὠ καλὸς Ἀμύντιχος, ἔν τε βαθείαις

Et tamen ille jam piro mollior est: mulieres autem,
Hei hei, Philine, dicunt, hic pulcher formæ flos tibi defluit.
Jam ergo tibi non amplius in foribus vigilemus, ô Arate,
Nec pedes *ambulando* fatigemus; sed matutinus gallus alium
Cucuriens torporibus molestis tradat:
Solusque Molon in hac palæstra, ô optime, angatur.
Nobis autem quies curæ sit, anusque adsit
Quæ despuens mala procul arceat.
Hæc dixeram: ille vero pedum mihi, suaviter ridens,
Sicut et antea, dedit, ut Musarum munus hospitale esset.
Atque ipse deflectens ad sinistram, qua itur ad Pyxam,
Via pergebat: sed ego et Eucritus ad Phrasidami *domum*
Conversi, simulque pulcher Amyntichus, in profundis

ἀδείας σχίνοιο χαμευνίσιν ἐκλίνθημες,
ἔν τε νεοτμάτοισι γεγαθότες οἰναρέοισι.
πολλαὶ δ' ἄμμιν ὕπερθε κατὰ κρατὸς δονέοντο
αἴγειροι πτελέαι τε· τὸ δ' ἐγγύθεν ἱερὸν ὕδωρ
Νυμφᾶν ἐξ ἄντροιο κατειβόμενον κελάρυσδεν.
τοὶ δὲ ποτὶ σκιεραῖς ὀροδαμνίσιν αἰθαλίωνες
τέττιγες λαλαγεῦντες ἔχον πόνον· ἃ δ' ὀλολυγὼν
τηλόθεν ἐν πυκινῇσι βάτων τρύζεσκεν ἀκάνθαις.
ἄειδον κόρυδοι καὶ ἀκανθίδες, ἔστενε τρυγών·
πωτῶντο ξουθαὶ περὶ πίδακας ἀμφὶ μέλισσαι.
πάντ' ὤσδεν θέρεος μάλα πίονος, ὤσδε δ' ὀπώρας.
ὄχναι μὲν πὰρ ποσσί, παρὰ πλευρῇσι δὲ μᾶλα
δαψιλέως ἀμῖν ἐκυλίνδετο· τοὶ δ' ἐκέχυντο

Odorati lentisci thoris recubuimus,
Inque recens abscissis læti pampinis.
Multæ autem nobis supra caput quatiebantur
Populi ulmique, et prope sacer rivus
Nympharum ex antro defluens murmurabat.
Ad opacos vero frutices ardenticulæ
Cicadæ garrientes laborabant: et acredula
Procul in densis ruborum stridebat spinis.
Cantabant cassitæ et carduelis, gemebat turtur,
Volitabant flavæ undique circum fonticulos apes.
Omnia redolebant æstatem uberrimam, redolebant et autumnum.
Pyra quidem circa pedes, circa latera vero poma
Largiter nobis volvebantur: et curvati erant

ὄρπακες βραβύλοισι καταβρίθοντες ἔρασδε·
τετράενες δὲ πίθων ἀπελύετο κρατὸς ἄλειφαρ.
Νύμφαι Κασταλίδες Παρνάσιον αἶπος ἔχοισαι,
ἦρά γέ πα τοιόνδε Φόλῳ κατὰ λάϊνον ἄντρον
κρατῆρ' Ἡρακλῆϊ γέρων ἐστάσατο Χείρων;
ἦρά γέ πα τῆνον τὸν ποιμένα τὸν ποτ' Ἀνάπῳ
τὸν κρατερὸν Πολύφαμον, ὃς ὤρεσι νᾶας ἔβαλλε,
τοῖον νέκταρ ἔπεισε κατ' αὔλια ποσσὶ χορεῦσαι,
οἷον δὴ τόκα πῶμα διεκρανώσατε, Νύμφαι,
βωμῷ πὰρ Δάματρος ἀλωάδος; ἃς ἐπὶ σωρῷ
αὖθις ἐγὼ πάξαιμι μέγα πτύον· ἁ δὲ γελάξαι,
δράγματα καὶ μάκωνας ἐν ἀμφοτέρῃσιν ἔχοισα.

Rami prunis gravati in terram;
Quadrima vero à doliorum orificio relinebatur litura.
O Nymphæ Castalides quæ Parnassi juga tenetis,
Num talem in Pholi lapideo antro
Cratera Herculi senex statuit Chiron?
Num pastorem illum olim ad Anapum,
Fortem illum Polyphemum, qui montibus naves petebat,
Tale nectar movit, ut per stabula pedibus saltaret,
Quale tunc poculum relivistis Nymphæ,
Apud aram Cereris arealis? in cujus acervo
Utinam iterum magnum ventilabrum figam; et ipsa rideat,
Manipulos et papavera utraque manu tenens.

ΥΠΟΘΕΣΙΣ

ΤΟΥ ΟΓΔΟΟΥ ΕΙΔΥΛΛΙΟΥ.

Τὰ μὲν πράγματα, ἐπὶ Σικελίας· ὁ δὲ λόγος, ἐκ τοῦ ποιητικοῦ προσώπου. εἰσὶ δ' ἐρίζοντες ἀλλήλοις Μενάλκας ποιμὴν καὶ Δάφνις βουκόλος, εἰληφότες κριτὴν αἰπόλον, οὗ τὸ ὄνομα σεσιώπηται. ἔπαθλον δὲ τιθεῖσι τὰς ἰδίας σύριγγας. τελεσάντων δὲ τὴν ἄμιλλαν, ὁ αἰπόλος τῷ Δάφνιδι τὴν νίκην ἀπονέμει. Ἔστι μὲν οὖν τοῦτο τὸ εἰδύλλιον μικτὸν ἔκ τε τοῦ διηγηματικοῦ καὶ τοῦ μιμητικοῦ.

—o—

ARGUMENTUM

EIDYLLII OCTAVI.

Res quidem transacta in Sicilia: oratio vero sub ipsius Poetæ persona fingitur. Contendunt autem inter se Menalcas pastor et Daphnis bubulcus, judice delecto caprario, cujus nomen siletur. Præmium autem victoriæ deponunt propriæ fistulas. Finito vero certamine caprarius Daphnidi victoriam adjudicat. Est autem hoc Eidyllion mixtum, partim ex rei gestæ narratione, partim ex personarum colloquio.

p. 35

ΒΟΥΚΟΛΙΑΣΤΑ,

ΕΙΔΥΛΛΙΟΝ Η'.

ΜΕΝΑΛΚΑΣ, ΔΑΦΝΙΣ, ΚΑΙ ΑΙΠΟΛΟΣ.

ΔΑΦΝΙΔΙ τῷ χαρίεντι συνήντετο βωκολέοντι,
μᾶλα νέμων, ὡς φαντί, κατ' ὤρεα μακρὰ Μενάλκας.

BUCOLICI CARMINIS CANTORES,

EIDYLLIUM OCTAVUM.

DAPHNIS, MENALCAS, ET CAPRARIUS.

DAPHNIDI formoso occurrit boves pascenti
Pascens, ut aiunt, in montibus altis oves Menalcas.

ἄμφω τώγ' ἤτην πυῤῥοτρίχω, ἄμφω ἀνάβω,
ἄμφω συρίσδεν δεδαημένω, ἄμφω ἀείδεν.
πρᾶτος δ' ὢν ποτὶ Δάφνιν ἰδὼν ἀγόρευε Μενάλκας.

ΜΕΝΑΛΚΑΣ.

μυκητᾶν ἐπίουρε βοῶν Δάφνι, λῆς μοι ἀεῖσαι;
φαμὶ τὺ νικασεῖν ὅσσον θέλω αὐτὸς ἀείδων.
τὸν δ' ἄρα χὠ Δάφνις τοιῶδ' ἀπαμείβετο μύθῳ·

ΔΑΦΝΙΣ.

ποιμὰν εἰροπόκων οἴων, συρικτὰ Μενάλκα,
οὔποτε νικασεῖς μ', οὐδ' εἴτι πάθοις τύ γ' ἀείδων.

ΜΕΝΑΛΚΑΣ.

χρήσδεις ὢν ἐσιδεῖν; χρήσδεις καταθεῖναι ἄεθλον;

Ambo erant flavi comas, ambo impuberes.
Ambo fistulam inflare, et ambo cantare periti.
Primus ergo Menalcas Daphnidem intuitus ait:

MENALCAS.

Daphni, custos boum mugientium, visne mecum cantu certare?
Affirmo enim, me victurum esse cantu te, quantum ipse volo.
Huic autem Daphnis tali sermone respondit:

DAPHNIS.

Pastor lanigerarum ovium, fistulator Menalca,
Nunquam me vinces cantu, ne si quidem cantando moriaris.

MENALCAS.

Visne igitur videre? visne deponere præmium victoriæ?

ΔΑΦΝΙΣ.

χρήσδω τοῦτ' ἐσιδεῖν, χρήσδω καταθεῖναι ἄεθλον.

ΜΕΝΑΛΚΑΣ.

ἀλλὰ τί θησεύμεσθ' ὅ κεν ἀμῖν ἄρκιον εἴη;

ΔΑΦΝΙΣ.

μόσχον ἐγὼ θησῶ, τὺ δὲ θές γ' ἰσομάτορα ἀμνόν.

ΜΕΝΑΛΚΑΣ.

οὐ θησῶ πόκα ἀμνόν· ἐπεὶ χαλεπός ὁ πατήρ μευ,
χἀ μάτηρ· τὰ δὲ μᾶλα ποθέσπερα πάντ' ἀριθμεῦντι.

ΔΑΦΝΙΣ.

ἀλλὰ τί μὰν θησεις; τί δὲ τὸ πλέον ἔξει ὁ νικῶν;

DAPHNIS.

Volo hoc videre, volo deponere præmium.

MENALCAS.

Verum quid deponemus, quod nobis satis dignum sit?

DAPHNIS.

Vitulum ego deponam, tu vero depone agnum æqualem matri.

MENALCAS.

Nunquam deponam agnum: nam pater meus difficilis est,
Et mater: numerant vero vespere semper oves omnes.

DAPHNIS.

Sed quid igitur depones? quid lucrabitur qui vincet?

ΜΕΝΑΛΚΑΣ.

σύριγγ' ἂν ἐποίησα καλὰν ἐγὼ ἐννεάφωνον,
λευκὸν καρὸν ἔχοισαν, ἴσον κάτω, ἴσον ἄνωθεν·
τάυταν κατθείην· τὰ δὲ τῶ πατρὸς οὐ καταθησῶ.

ΔΑΦΝΙΣ.

ἦ μάν τοι κἠγὼ σύριγγ' ἔχω ἐννεάφωνον,
λευκὸν καρὸν ἔχοισαν, ἴσον κάτω, ἴσον ἄνωθεν.
πρώαν νιν συνέπαξ'· ἔτι καὶ τὸν δάκτυλον ἀλγέω
τοῦτον, ἐπεὶ κάλάμος γε διασχισθεὶς διέτμαξεν.
ἀλλὰ τίς ἄμμε κρινεῖ; τίς ἐπάκοος ἔσσεται ἀμέων;

ΜΕΝΑΛΚΑΣ.

τῆνόν πως ἐνταῦθα τὸν αἰπόλον ἢν καλέσωμες,

MENALCAS.

Fistulam, quam feci, pulchram, novem vocibus,
Alba cera compactam, æqualiter infra, et æqualiter supra:
Hanc deponam: quæ vero patris sunt, ea non deponam.

DAPHNIS.

Atqui et ego fistulam habeo novem vocibus,
Alba cera compactam, æqualiter infra et æqualiter supra.
Nuper eam compegi, et adhuc digitus dolet
Iste: illum enim calamus scissus sauciavit.
Verum quis judex inter nos? quis noster auditor erit?

MENALCAS.

Quid si caprarium istum vocemus,

ᾧ ποτὶ ταῖς ἐρίφοις ὁ κύων ὁ φάλαρος ὑλακτεῖ.
χοὶ μὲν παῖδες ἄϋσαν, ὁ δ' αἰπόλος ἦνθ' ἐπακούσας·
χοὶ μὲν παῖδες ἄειδον, ὁ δ' αἰπόλος ἤθελε κρῖναι.
πρᾶτος δ' ὧν ἄειδε λαχὼν ἰϋκτὰ Μενάλκας·
εἶτα δ' ἀμοιβαίην ὑπελάμβανε Δάφνις ἀοιδὰν
βωκολικάν· οὕτω δὲ Μενάλκας ἄρξατο πρᾶτος.

ΜΕΝΑΛΚΑΣ.

ἄγκεα καὶ ποταμοί, θεῖον γένος, αἴ τι Μενάλκας
πᾳ ποχ' ὁ συρικτὰς προσφιλὲς ᾖσε μέλος,
βόσκοιτ' ἐκ ψυχᾶς τὰς ἀμνάδας· ἦν δέ ποκ' ἔνθῃ
Δάφνις ἔχων δαμάλας, μηδὲν ἔλασσον ἔχοι.

Cui apud hædos canis albus latrat?
Et pueri vocarunt, et caprarius iis auditis venit:
Et pueri canebant, caprarius vero judex esse volebat.
Prior igitur cecinit sortitus fistulator Menalcas:
Deinde alternis excepit Daphnis cantilenam
Bucolicam. Sic vero Menalcas incepit prior:

MENALCAS.

Saltus et fluvii, divinum genus, si quod Menalcas,
Fistula canens, unquam gratum carmen cecinit;
Pascite has ex animo agnas: si vero venerit
Daphnis agens vitulas, nihilo minus et ille habeat.

ΔΑΦΝΙΣ.

κρᾶναι καὶ βοτάναι, γλυκερὸν φυτὸν, αἴπερ ὁμοῖον
μουσίσδει Δάφνις ταῖσιν ἀηδονίσι,
τοῦτο τὸ βωκόλιον πιαίνετε· κἤν τι Μενάλκας
τεῖδ' ἀγάγοι, χαίρων ἄφθονα πάντα νέμοι.

ΜΕΝΑΛΚΑΣ.

παντᾷ ἔαρ, παντᾷ δὲ νομοὶ παντᾷ δὲ γάλακτος
οὔθατα πλήθουσιν, καὶ τὰ νέα τρέφεται,
ἔνθ' ἀ καλὰ παῖς ἐπινίσσεται· αἱ δ' ἂν ἀφέρπῃ,
χὠ ποιμὰν ξηρὸς τηνόθι, χαὶ βοτάναι.

ΔΑΦΝΙΣ.

ἔνθ' ὄϊς, ἔνθ' αἶγες διδυματόκοι, ἔνθα μέλισσαι

DAPHNIS.

Fontes et herbæ, jucunda germina: siquidem eodem modo
Canat Daphnis quo lusciniæ,
Hoc armentum saginate: et si Menalcas
Huc appulerit, lætus omnia copiosa pascat.

MENALCAS.

Ubique ver est, et ubique pascua, et ubique lacte
Ubera turgent, et teneræ *pecudes* saginantur,
Quo pulchra puella advenit. Si vero discesserit,
Tunc et pastor aret illic, et herbæ.

DAPHNIS.

Ibi oves sunt, ibi capræ geminorum matres, ibi et apes

σμάνεα πληροῦσιν, καὶ δρύες ὑψίτεραι,
ἔνθ' ὁ καλὸς Μίλων βαίνει ποσίν· αἱ δ' ἂν ἀφέρπῃ,
χὠ τὰς βῶς βόσκων, χαὶ βόες αὐότεραι.

ΜΕΝΑΛΚΑΣ.

ὦ τράγε, τᾶν λευκᾶν αἰγᾶν ἄνερ, ὦ βάθος ὕλας
μυρίον, ὦ σιμαὶ δεῦτ' ἐφ' ὕδωρ ἔριφοι·
ἐν τήνῳ γὰρ τῆνος· ἴθ' †ὦ κόλε, καὶ λέγε Μίλων',
ὡς Πρωτεὺς φώκας, καὶ θεὸς ὤν, ἔνεμε.

ΔΑΦΝΙΣ.

μή μοι γᾶν Πέλοπος, μή μοι χρύσεια τάλαντα
εἴη ἔχειν, μηδὲ πρόσθε θέειν ἀνέμων·

Alvearia replent, et quercus altiores sunt,
Ubi pulcher Milo incedit pedibus. Si vero discesserit,
Tunc et qui vaccas pascit, et vaccæ ipsæ sunt aridiores.

MENALCAS.

O hirce marite albarum caprarum, *illuc* ubi altitudo sylvæ
Immensa, ô simi hædi huc ad undam venite:
In eo enim *loco* ille est. Abi tu cornibus mutilate, dic Miloni,
Quod Proteus, quamvis deus esset tamen phocas pavit.

DAPHNIS.

Non mihi regnum Pelopis, non mihi auri talenta
Contingat habere, neque cursu superare ventos:

ἀλλ' ὑπὸ τᾷ πέτρᾳ τᾷδ' ἄσομαι ἀγκὰς ἔχων τύ, 55
σύννομα μᾶλ' ἐσορῶν, † τὰν Σικελὰν ἐς ἅλα.

ΜΕΝΑΛΚΑΣ.

δένδρεσι μὲν χειμὼν φοβερὸν κακόν, ὕδασι δ' αὐχμός,
ὄρνισιν δ' ὕσπλαγξ· ἀγροτέροις δὲ, λίνα·
ἀνδρὶ δὲ, παρθενικᾶς ἀπαλᾶς πόθος· ὦ πάτερ, ὦ Ζεῦ,
οὐ μόνος ἠράσθην· καὶ τὺ γυναικοφίλας.
ταῦτα μὲν ὢν δι' ἀμοιβαίων οἱ παῖδες ἄεισαν· 60
τὰν πυμάταν δ' ὣδὰν οὕτως ἐξᾶρχε Μενάλκας.

ΜΕΝΑΛΚΑΣ.

φείδευ τᾶν ἐρίφων, φείδευ, λύκε, τᾶν τοκάδων μευ,
μηδ' ἀδίκει μ', ὅτι μικκὸς ἐὼν πολλαῖσιν ὁμαρτέω.

Verum sub hac rupe cantabo, te amplexu tenens, 55
Simul pascentes oves et in mare Siculum aspiciens.

MENALCAS.

Arboribus tempestas metuendum malum, undis vero siccitas,
Avibus laqueus, feris silvestribus retia:
Viro autem teneræ puellæ desiderium. O pater, ô Jupiter,
Non solus amavi: nam et tu mulierum amator es. 60
Hæc quidem alternis pueri cecinerunt;
Ultimam vero cantionem sic cœpit Menalcas:

MENALCAS.

Parce meis hædis, lupe: parce fœto meo pecori,
Neque me lædas, quod cum parvus sim, multas pecudes sequar.

ὦ Λάμπουρε κύων, οὕτω βαθὺς ὕπνος ἔχει τύ;
οὐ χρὴ κοιμᾶσθαι βαθέως σὺν παιδὶ νέμοντα.
ταὶ δ' ὄϊες, μηδ' ὔμμες ὀκνεῖθ' ἁπαλᾶς κορέσασθαι
ποίας· οὔτῑ καμεισθ' ὄκκα πάλιν ἄδε φύηται.
σίττα νέμεσθε, νέμεσθε· τὰ δ' οὔθατα πλήσατε πᾶσαι,
ὡς τὸ μὲν ὥρνες ἔχωντι, τὸ δ' ἐς ταλάρως ἀπόθωμαι.
δεύτερος αὖ Δάφνις λιγυρῶς ἀνεβάλλετ' ἀείδειν·

ΔΑΦΝΙΣ.

κἄμ' ἐκ τῶ ἄντρω σύνοφρυς κόρα ἐχθὲς ἰδοῖσα
τὰς δαμάλας παρελεῦντα καλὸν καλὸν ἤμες ἔφασκεν.
οὐ μὰν οὐδὲ λόγων ἐκρίθην ἄπο τὸν πικρὸν αὐτᾷ,
ἀλλὰ κάτω βλέψας, τὰν ἀμετέραν ὁδὸν εἶρπον.
ἀδεῖ' ἀ φωνὰ τᾶς πόρτιος, ἀδὺ τὸ πνεῦμα·

O canis Lampure, siccine profundus somnus tenet te?
Non oportet profunde dormire, cum puerum pascentem comitaris.
O oves neque vos vereamini tenera satiari
Herba, neque fatigemini, quando iterum illa recrescit.
Agite, pascimini, pascimini, omnesque ubera replete,
Ut partim agni habeant, partim in calathos reponam.
Deinde vicissim Daphnis suaviter canere cœpit:

DAPHNIS.

Et me ex antro nuper prospectans junctis superciliis puella,
Cum præteragerem juvencas, pulchrum, pulchrum esse dixit.
Nec sane sermone respondi acerbo ipsi:
Sed in terram demissis oculis, iter meum persequebar.
Dulcis vox est vitulæ, dulcis spiritus:

ἀδὺ δὲ χὠ μόσχος γαρύεται, ἀδὺ δὲ χἀ βῶς,
ἀδὺ δὲ τῶ θέρεος παρ' ὕδωρ ῥέον αἰθριοκοιτῆν.
τᾷ δρυὶ ταὶ βάλανοι κόσμος, τᾷ μαλίδι μᾶλα,
τᾷ βοὶ δ' ἀ μόσχος, τῷ βωκόλῳ αἱ βόες αὐταί.
ὣς οἱ παῖδες ἄεισαν· ὁ δ' αἰπόλος ὧδ' ἀγόρευεν·

ΑΙΠΟΛΟΣ.

ἀδύ τι τὸ στόμα τοί, καὶ ἐφίμερος, ὦ Δάφνι, φωνά.
κρέσσον μελπομένω τεῦ ἀκούεμεν ἢ μέλι λείχεν·
λάσδεο τᾶς σύριγγος· ἐνίκησας γὰρ ἀείδων.
αἰ δέ τι λῆς με καὶ αὐτὸν ἅμ' αἰπολέοντα διδάξαι,
τήναν τὰν μιτύλαν δωσῶ τὰ δίδακτρά τοι αἶγα,
ἅτις ὑπὲρ κεφαλᾶς αἰεὶ τὸν ἀμολγέα πληροῖ.
ὣς μὲν ὁ παῖς ἐχάρη, καὶ ἀνάλατο, καὶ πλατάγησε

Suaviter mugit et vitulus, et vacca suaviter:
Suave est etiam æstate ad undam fluentem sub dio cubare.
Quercui glandes decori sunt, malo sua poma;
Vaccis vituli, bubulco vero ipsæ boves.
Sic pueri cantabant: sic vero Caprarius inquit:

CAPRARIUS.

Quam tibi os dulce est, et vox amabilis, ô Daphni?
Jucundius est te audire canentem, quam mel lingere.
Accipe fistulam: nam cantu vicisti.
Si vero me et ipsum una capras pascentem velis docere,
Hanc cornibus mutilatam capellam tibi dabo mercedem pro doc-
Quæ mulctram semper ad summum usque complet. [trina,
Sic quidem puer gavisus est, et exiliit, et plausum dedit,

νικήσας· οὕτως ἐπὶ ματέρα νεβρὸς ἄλοιτο·
ὣς δὲ κατεσμύχθη καὶ ἀνετράπετο φρένα λύπᾳ
ὥτερος· οὕτω καὶ νύμφα †γαμεθεῖσ' ἀκάχοιτο.
κήκ' τούτω Δάφνις παρὰ ποιμέσι πρᾶτος ἔγεντο,

ΓΟΡΓΩ.

σίγα, Πραξινόα· μέλλει τὸν Ἄδωνιν ἀείδειν
ἁ τᾶς Ἀργείας θυγάτηρ, πολύϊδρις ἀοιδός,
ἄτις καὶ Σπέρχιν τὸν ἰάλεμον ἀρίστευσε·
φθεγξεῖταί τι, σάφ' οἶδα, καλόν· διαθρύπτεται ἤδη.
δέσποιν', ἃ Γολγώς τε καὶ Ἰδάλιον ἐφίλασας,
αἰπεινόν τ' Ἔρυκα, χρυσῷ παίσδοισ' Ἀφροδίτα,
οἷόν τοι τὸν Ἄδωνιν ἀπ' ἀενάω Ἀχέροντος
μηνὶ δυωδεκάτῳ μαλακαίποδες ἄγαγον Ὧραι.
βάρδισται μακάρων, Ὧραι φίλαι, ἀλλὰ ποθειναὶ
ἔρχονται, πάντεσσι βροτοῖς ἀιεί τι φέροισαι.
Κύπρι Διωναία, τὺ μὲν ἀθανάταν ἀπὸ θνατᾶς,

GORGO.

Tace Praxinoe, jam de Adonide cantabit
Argivæ filia sapiens poëtria,
Quæ et de Sperchide lugubre carmen canendo superavit.
Cantabit aliquid, sat scio, pulchrum: jam præludiis ad cantandum se parat.
Domina quæ Golgos et Idalium diligis,
Sublimemque Erycem, auro ludens Venus,
Qualem tibi Adonidem è perenni Acheronte
Mense duodecimo reduxerunt mollipedes Horæ:
Tardissimæ ex diis Horæ caræ, tamen exoptatæ
Veniunt, omnibus hominibus semper aliquid ferentes.
Venus Cypria, filia Dionæ, tu immortalem ex mortali,

ἀνθρώπων ὡς μῦθος, ἐποίησας Βερενίκαν,
ἀμβροσίαν ἐς στῆθος ἀποστάξασα γυναικός·
τὶν δὲ χαριζομένα, πολυώνυμε, καὶ πολύναε,
ἁ Βερενικεία θυγάτηρ, Ἑλένᾳ εἰκυῖα,
Ἀρσινόα, πάντεσσι καλοῖς ἀτιτάλλει Ἄδωνιν.
παρ† μὲν οἱ ὥρια κεῖται ὅσα δρυὸς ἄκρα φέρονται,
παρ δ' ἀπαλοὶ κᾶποι, πεφυλαγμένοι ἐν ταλαρίσκοις
ἀργυρέοις, Συρίῳ δὲ μύρῳ χρύσει' ἀλάβαστρα·
εἴδατά θ' ὅσσα γυναῖκες ἐπὶ πλαθάνῳ πονέονται,
ἄνθεα μίσγοισαι λευκῷ παντοῖ' ἅμ' ἀλεύρῳ·
ὅσσά τ' ἀπὸ γλυκερῶ μέλιτος, τά τ' ἐν ὑγρῷ ἐλαίῳ·
πάντ' αὐτῷ πετεηνὰ καὶ ἑρπετὰ τᾷδε πάρεστι.
χλωραὶ δὲ σκιάδες μαλακῷ βρίθουσαι ἀνήθῳ

Ut hominum sermo est, fecisti Berenicen,
Ambrosiam instillans in pectus mulieris.
Quare tibi gratificans, ô celeberrima, et multis delubris celebrata,
Berenices filia, Helenæ similis,
Arsinoe, multifariis bonis ornat Adonidem.
Juxta eum enim maturi jacent quicunque feruntur fructus;
Adsunt et molles hortuli, inclusi calathis
Argenteis, et aurea alabastra *plena* Syrio unguento,
Et ciborum quicquid mulieres in artoptâ parant,
Miscentes varios flores una cum alba farina:
Quæque *fiunt* ex dulci melle, quæque in liquido oleo coquuntur·
Omnia illi volatilia et reptilia hic adsunt.
Viridia quoque umbracula molli gravata anetho

δέδμανθ'· οἱ δέ τε κῶροι ὑπερποτόωνται Ἔρωτες,
οἷοι * ἀηδονιδῆες ἐφεζόμενοι ἐπὶ δένδρων
πωτῶνται, πτερύγων πειρώμενοι, ὄζον ἀπ' ὄζω.
ὦ ἔβενος, ὦ χρυσὸς, ὦ ἐκ λευκῶ ἐλέφαντος
αἰετὼ, οἰνοχόον Κρονίδᾳ Διὶ παῖδα φέροντες.
πορφύρεοι δὲ τάπητες ἄνω, μαλακώτεροι ὕπνω·
ἃ Μίλατος ἐρεῖ, χὠ τὰν Σαμίαν καταβόσκων.
ἔστρωται κλίνα τῷ Ἀδώνιδι τῷ καλῷ ἄλλα·
τὰν μὲν Κύπρις ἔχει, τὰν δ' ὁ ῥοδόπαχυς Ἄδωνις·
ὀκτωκαιδεκέτης † ἢ ἐννεακαίδεχ' ὁ γαμβρός·
οὐ κεντεῖ τὸ φίλαμ'· ἔτι οἱ * πάρα χείλεα πυῤῥά.
νῦν μὲν Κύπρις ἔχοισα τὸν αὐτᾶς χαιρέτω ἄνδρα,
ἀῶθεν δ' ἄμμες νιν ἅμα δρόσῳ ἀθρόαι ἔξω

Extructa sunt, et pueri supervolitantes Amores,
Veluti lusciniæ pulli sedentes in arbustis
Volitant, alarum periculum facientes, de ramo ad ramum.
O ebenum, ô aurum, ô ex albo ebore
Aquilæ Jovi Saturnidæ puerum pocillatorem advehentes.
Et purpurea tapeta in superiore parte, somno molliora;
Sic Miletus dixerit, quique incolit Samum.
Stratus est alius torus Adonidi pulchro:
Alterum tenet Venus, alterum formosus Adonis,
Decem et octo, aut decem et novem annorum sponsus:
Non pungit osculum: labra illi adhuc rufa adsunt.
Nunc Venus maritum suum habens gaudeat.
Sub auroram vero nos illum, dum ros est, frequentes foras

οἰσεῦμες ποτὶ κύματ' ἐπ' ἀϊόνι πτύοντα·
λύσασαι δὲ κόμαν, καὶ ἐπὶ σφυρὰ κόλπον ἀνεῖσαι,
στήθεσι φαινομένοις, λιγυρᾶς ἀρξώμεθ' ἀοιδᾶς.
ἔρπεις, ὦ φίλ' Ἄδωνι, καὶ ἐνθάδε, κ' εἰς Ἀχέροντα,
ἀμιθέων, ὡς φαντί, μονώτατος· οὔτ' Ἀγαμέμνων
τοῦτ' ἔπαθ', οὔτ' Αἴας ὁ μέγας βαρυμάνιος ἥρως,
οὔθ' Ἕκτωρ Ἑκάβας ὁ γεραίτατος εἴκατι παίδων,
οὐ Πατροκλῆς, οὐ Πύῤῥος ἀπὸ Τροίας ἐπανελθών,
οὔθ', οἱ ἔτι πρότεροι, Λαπίθαι καὶ Δευκαλίωνες,
οὐ Πελοπηϊάδαι τε καὶ Ἄργεος ἄκρα Πελασγοί.
ἵλαθι νῦν, φίλ' Ἄδωνι, καὶ ἐς νέωτ' εὐθυμήσαις.
καὶ νῦν ἦνθες, Ἄδωνι, καὶ ὄκκ' ἀφίκῃ, φίλος ἦξεῖς.

Efferemus ad fluctus in litore spumantes,
Solutisque crinibus, et veste ad talos demissa,
Pectoribus apertis, sonoram incipiemus cantionem:
Commeas ô care Adoni, et huc et ad inferos,
Solus ex heroibus, ut fertur. Neque Agamemnoni
Hoc accidit, neque Ajaci magno graviter furenti heroi:
Neque Hectori honoratissimo inter viginti liberos Hecubæ,
Neque Patroclo, neque Pyrrho à Troia reverso,
Neque illis qui adhuc superiores fuerunt, Lapithis, aut Deucalionibus,
Neque porro Pelopidis, aut Argivorum principibus Pelasgis.
Sis jam placatus Adoni, et in futurum annum lætitiam afferas.
Et nunc *amicus* venisti Adoni: et cum redieris, amicus venias.

ΓΟΡΓΩ.

Πραξινόα, τὸ χρῆμα σοφώτερον· ἀ θήλεια
ὀλβία ὅσσα ἴσατι, πανολβία ὡς γλυκυφωνεῖ.
ὥρα ὅμως κ' εἰς οἶκον· ἀνάριστος Διοκλείδας.
χώνὴρ ὄξος ἅπαν· πεινᾶντι δὲ μηδὲ ποτένθης.
χαῖρε, Ἄδων' ἀγαπατὲ, καὶ ἐς χαίροντας ἀφικνεῦ.

GORGO.

Praxinoe, quam elegans hæc res est! hæc mulier
Felix, quam multa scit! prorsus felix, quam suaviter canit!
Tamen tempus est domum redire: impransus *adhuc est* Dioclidas.
Estque vir totus quantus acetum: esurienti ne occurras quidem.
Vale Adoni dilecte, atque ad gaudentes venias.

ΥΠΟΘΕΣΙΣ

ΤΟΥ ΕΞΚΑΙΔΕΚΑΤΟΥ ΕΙΔΥΛΛΙΟΥ.

Τοῦτο τὸ εἰδύλλιον γέγραπται εἰς Ἱέρωνα τὸν Ἱεροκλέους, τὸν ἔσχατον Σικελίας τύραννον. κατέσχε δὲ τὴν ἀρχὴν, στρατηγὸς ἀποδεχθεὶς ὑπὸ τῶν πολιτῶν, καὶ φθείρας τας δυνάμεις, ὥστε τύραννον αὐτὸν ἀγορευθῆναι· μετὰ δὲ τοῦτον ἦρξεν Ἱέρων ὁ Γέλωνος. μηδὲν οὖν εἰληφὼς παρὰ τοῦ Ἱέρωνος Θεόκριτος, διὰ τοῦτο τὸ εἰδύλλιον τοῦτο πεποίηκε, καὶ Χάριτας αὐτὸ ἐπέγραψεν. ἐν ᾧ καὶ τὰ τοῦ Σιμωνίδου ἐμφαίνει κιβώτια. λέγουσι γὰρ αὐτὸν ἔχειν δύο κιβώτια· τὸ μὲν, χαρίτων· τὸ δὲ, διδόντων. ὅτε οὖν τις πρὸς αὐτὸν παρεγίνετο χάριν αἰτούμενος, ἐκέλευε φέρειν τὰ κιβώτια. εὑρίσκετο οὖν τὸ μὲν τῶν χαρίτων, κενόν· τὸ δὲ τῶν διδόντων, πλῆρες· καὶ οὕτως ὁ τὴν δωρεὰν αἰτούμενος ἀνεκόπτετο.

—o—

ARGUMENTUM

XVI. EIDYLLII.

Hoc Eidyllium scriptum est ad Hieronem, Hieroclis filium, extremum, Siciliæ tyrannum. Imperium autem occupavit, dux admissus a civibus, cum magistratus occidisset, ita ut tyrannus salutaretur. Post eum autem regnavit Hiero Gelonis filius. Itaque cum Theocritus nihil ab Hierone accepisset, propterea hoc Eidyllium composuit et Charites nominavit; in quo etiam Simonidis arcas profert. Ferunt enim illi fuisse duas arcas, hanc gratiarum, i. e. *beneficiorum*, illam eorum qui contulerunt. Itaque cum aliquis eum adiisset beneficium rogans, arcas sibi afferri jubebat; atque reperta est ea beneficiorum vacua, conferentium autem plena: atque ita quidem beneficii petitor repulsam tulit.

ΧΑΡΙΤΕΣ, Η ΙΕΡΩΝ,

ΕΙΔΥΛΛΙΟΝ ις'.

ΑΙΕΙ τοῦτο Διὸς κώραις μέλει, αἰὲν ἀοιδοῖς,

CHARITES, SIVE HIERON,

EIDYLLION XVI.

SEMPER hoc Jovis filiabus (*i. Musis*) curæ est, semper Poëtis,

ὑμνεῖν ἀθανάτους, ὑμνεῖν ἀγαθῶν κλέα ἀνδρῶν.
Μῶσαι μὲν, θεαὶ ἐντὶ, † θεοὺς θεαὶ ἀείδοντι·
ἄμμες δὲ βροτοὶ οἶδε, † βροτοὺς βροτοὶ ἀείδωμεν.
τίς γὰρ τῶν ὁπόσοι γλαυκὰν ναίουσιν ὑπ' ἀῶ,
ἀμετέρας χάριτας πετάσας ὑποδέξεται οἴκῳ
ἀσπασίως, οὐδ' αὖθις ἀδωρήτως ἀποπεμψεῖ;
αἱ δὲ σκυζόμεναι γυμνοῖς ποσὶν οἴκαδ' ἴασι,
πολλά με τωθάσδοισαι ὅτ' ἀλιθίαν ὁδὸν ἦνθον·
ὀκνηραὶ δὲ πάλιν κενεᾶς ἐπὶ πυθμένι χηλῶ
ψυχροῖς ἐν γονάτεσσι κάρη μίμνοντι βαλοῖσαι·
ἔνθ' αὖη σφίσιν ἕδρα, ἐπὰν ἄπρακτοι ἵκωνται.
τίς τῶν νῦν τοιόσδε; τίς εὖ εἰπόντα φιλασεῖ;

Cantu celebrare Deos immortales, celebrare gloriam præstantium virorum:
Musæ quidem deæ sunt, deæ Deos cantu celebrant:
Nos vero mortales qui sumus, mortales, *inquam*, mortales celebremus.
Quis autem ex hominibus qui habitant sub glauca aurora,
Nostras Gratias *fores* pandens domo recipiet
Libenter, et non easdem rursus indonatas remittet?
Illæ vero indignantes nudo pede domum revertuntur,
Multum me incusantes, quod frustra viam confecere:
Tædioque affectæ, rursum in fundo vacui loculi
In frigidis genibus capite posito manent,
Ubi ipsis squalida sedes est: quoniam re imperfecta redierunt.
Quis hominum qui nunc sunt talis est? quis bene dicentem amat?

οὐκ οἶδ'· οὐ γὰρ ἔτ' ἄνδρες ἐπ' ἔργοις, ὡς πάρος, ἐσθλοῖς
αἰνεῖσθαι σπεύδοντι· νενίκανται δ' ὑπὸ κερδέων.
πᾶς δ' ὑπὸ κόλπῳ χεῖρας ἔχων, πόθεν οἴσεται ἀθρεῖ
ἄργυρον· οὐδέ κεν ἰὸν ἀποτρίψας τινὶ δοίη·
ἀλλ' εὐθὺς μυθεῖται, ἀπωτέρω ἢ γόνυ κνήμα·
αὐτῷ μοι τί γένοιτο· θεοὶ τιμῶσιν ἀοιδούς·
τίς δέ κεν ἄλλου ἀκούσαι; ἅλις πάντεσσιν Ὅμηρος·
οὗτος ἀοιδῶν λῷστος, ὃς ἐξ ἐμεῦ οἴσεται οὐδέν.

Δαιμόνιοι, τί δὲ κέρδος ὁ μύριος ἔνδοθι χρυσὸς
κείμενος; οὐκ ἄδε πλούτου φρονέουσιν ὄνασις·
ἀλλὰ τὸ μὲν ψυχᾷ, τὸ δὲ καί τινι δοῦναι ἀοιδῶν·
πολλοὺς δ' εὖ ἔρξαι παῶν, πολλοὺς δὲ καὶ ἄλλων

Nescio: non enim amplius homines propter præstantia facta, ut antea,
Laudari cupiunt, verum à lucro victi sunt:
Quilibet vero sub sinu manum tenens circumspectat unde ipse auferat
Argentum, neque detersam æruginem aliis dederit:
Sed statim hoc dicit, "Remotius abest tibia quam genu:
Mihi modo sit quod habeam, Dii benefaciant Poëtis.
Quis enim alium audiat? satis est omnibus Homerus:
Ille poëtarum optimus est, qui quidem à me nihil feret."
Insani, quid lucri est, si immensum intus aurum
Reconditum sit? Non hic pecuniæ usus est sapientibus:
Sed inde partem aliquam animo, aliquam poetis dare;
Et multis affinibus benefaciere; multis item aliis

ἀνθρώπων· αἰεὶ δὲ θεοῖς ἐπιβώμια ῥέζειν.
μηδὲ ξεινοδόκον κακὸν ἔμμεναι, ἀλλὰ τραπέζᾳ
μειλίξαντ' ἀποπέμψαι, ἐπὰν ἐθέλῃτι νέεσθαι.
Μουσάων δὲ μάλιστα τίειν ἱεροὺς ὑποφήτας·
ὄφρα καὶ εἰν Ἀΐδαο κεκρυμμένος ἐσθλὸς ἀκούσῃς,
μηδ' ἀκλεὴς μύρηαι ἐπὶ ψυχρῷ Ἀχέροντος,
ὡσεί τις μακέλα τετυλωμένος ἔνδοθι χεῖρας,
ἀχὴν ἐκ πατέρων, πενίαν ἀκτήμονα κλαίων.
πολλοὶ ἐν Ἀντιόχοιο δόμοις καὶ ἄνακτος Ἀλεύα
ἁρμαλιὰν ἔμμηνον ἐμετρήσαντο πενέσται·
πολλοὶ δὲ Σκοπάδαισιν ἐλαυνόμενοι ποτὶ σακὸν
μόσχοι σὺν κεραῇσιν ἐμυκήσαντο βόεσσι·
μυρία δ' ἀμπεδίον Κρανώνιον † ἐνδιάασκον

Hominibus; ac semper diis sacra facere;
Neque ut hospes malignus sis, sed *ubi* mensa
Benigne exceperis hospitem, eum cum velit abire dimittas:
Musarum vero in primis venereris sacros interpretes,
Ut etiam apud inferos occultatus, bene audias,
Neque inglorius lugeas apud frigidum Acherontem,
Ut aliquis fossor, cui manus à ligone callis intus duræ sunt,
Egenus jam inde à majoribus, paupertatem nihil possidentem
Multi in Antiochi domo, et regis Aleuæ, [plora
Cibum menstruum distribuebant ministri:
Multi ad stabula Scopadarum acti
Vituli, una cum bobus cornutis mugiebant:
Et infinita per campum Cranonium ad æstiva agebant

ποιμένες ἔκκριτα μᾶλα φιλοξείνοισι Κρεώνδαις·
ἀλλ' οὔ σφιν τῶν ἦδος, ἐπεὶ γλυκὺν ἐξεκένωσαν
θυμὸν ἐς εὐρεῖαν σχεδίαν στυγνῷ 'Αχέροντος·
ἄμναστοι δὲ, τὰ πολλὰ καὶ ὄλβια τῆνα λιπόντες,
δειλοῖς ἐν νεκύεσσι μακροὺς αἰῶνας ἔκειντο,
εἰ μὴ κεινὸς ἀοιδὸς ὁ Κήϊος, αἰόλα φωνέων
βάρβιτον ἐς πολύχορδον, ἐν ἀνδράσι θῆκ' ὀνομαστοὺς
ὁπλοτέροις· τιμὰς δὲ καὶ ὠκέες ἔλλαχον ἵπποι,
οἵ σφισιν ἐξ ἱερῶν στεφανηφόροι ἦνθον ἀγώνων.
τίς δ' ἂν ἀριστῆας Λυκίων ποτε, τίς κομόωντας
Πριαμίδας, ἢ θῆλυν ἀπὸ χροιᾶς Κύκνον ἔγνω,
εἰ μὴ φυλόπιδας προτέρων ὕμνησαν ἀοιδοί;
οὐδ' Ὀδυσεὺς, ἑκατόν τε καὶ εἴκατι μῆνας ἀλαθεὶς

Pastores eximia pecora hospitalibus Creondis:
Sed nulla ex his voluptas ipsis fuisset, postquam dulcem emiserant
Animam in latam cymbam tristis Acherontis;
Inglorii vero relictis multis illis et amplissimis opibus
Inter miseros mortuos per longa secula jacerent,
Nisi vates ille Ceius *Simonides* varie cantans,
Super barbitum multis fidibus constantem fecisset claros inter homines
Posteros. Honorem vero et celeres sortiti sunt equi,
Qui ipsis ex sacris certaminibus coronati prodierunt.
Quis vero unquam principes Lyciorum, quis comatos
Priamidas, aut colore muliebri *insignem* Cycnum nosset,
Si non bella veterum cecinissent Poëtæ?
Neque Ulysses, qui centum et viginti menses vagatus est

πάντας ἐπ' ἀνθρώπους, Ἀΐδαν τ' εἰς ἔσχατον ἐνθὼν
ζωὸς, καὶ σπήλυγγα φυγὼν ὁλοοῖο Κύκλωπος,
δηναιὸν κλέος ἔσχεν· ἐσιγάθη δ' ὁ συφορβὸς
Εὔμαιος, καὶ βουσὶ Φιλοίτιος ἀμφ' ἀγελαίαις
ἔργον ἔχων, αὐτὸς τε περίσπλαγχνος Λαέρτας,
εἰ μὴ σφᾶς ὤνασεν Ἰάονος ἀνδρὸς ἀοιδαί.
ἐκ Μοισᾶν ἀγαθὸν κλέος ἔρχεται ἀνθρώποισι·
χρήματα δὲ ζώοντες ἀμαλδύνοντι θανόντων.
ἀλλ' ἶσος γὰρ ὁ μόχθος, ἐπ' ᾄόνι κύματα μετρεῖν,
ὅσσ' ἄνεμος χέρσονδε μετὰ γλαυκᾶς ἁλὸς ὤθεῖ,
ἢ ὕδατι νίζειν θολερὰν ἰοειδέϊ πλίνθον,
καὶ φιλοκερδείῃ βεβλαμμένον ἄνδρα †παρελθεῖν.
χαιρέτω ὅστις τοῖος· ἀνάριθμος δέ οἱ εἴη

Per omnium gentium homines quique tandem ad extremum orcum
Vivus adhuc, et ex antro sævi Cyclopis evasit, [descendit
Diuturnam famam obtinuisset; silentio etiam obrutus esset subul-
Eumæus, et Philœtius circa boves armentales [cus
Opus *suum* habens, ipseque magnanimus Laërtes;
Nisi eos juvissent carmina viri Ionici, *i. e. Homeri*.
A Musis illustris fama venit hominibus:
Pecuniam vero mortuorum consumunt viventes.
Sed similis labor est, in litore fluctus metiri,
Quam multos ventus in terram cum cæruleo mari impellit,
Aut unda pura lavare impurum laterem,
Atque hominem avaritia perculsum prætercurrere.
Valeat quicunque talis est: et immensum illi sit

ἄργυρος· αἰεὶ δὲ πλεόνων ἔχοι ἵμερος αὐτόν·
αὐτὰρ ἐγὼ τιμάν τε καὶ ἀνθρώπων φιλότητα
πολλῶν ἠμιόνων τε καὶ ἵππων πρόσθεν ἐλοίμαν.
δίζημαι δὲ τίνι θνατῶν κεχαρισμένος ἔνθω
σὺν Μοίσαις· χαλεπαὶ γὰρ ὁδοὶ τελέθουσιν ἀοιδοῖς
κουράων ἀπάνευθε Διὸς μέγα βουλεύοντος.
οὔπω μῆνας ἄγων ἔκαμ' οὐρανὸς, οὐδ' ἐνιαυτούς·
πολλοὶ κινήσουσιν ἔτι τροχὸν ἅρματος ἵπποι.
ἔσσεται οὗτος ἀνὴρ ὃς ἐμεῦ κεχρήσετ' ἀοιδᾷ,
ῥέξας ἢ Ἀχιλεὺς ὅσσον μέγας, ἢ βαρὺς Αἴας
ἐν πεδίῳ Σιμόεντος, ὅθι Φρυγὸς ἠρίον Ἴλου.
ἤδη νῦν Φοίνικες, ὑπ' ἠελίῳ δύνοντι
οἰκεῦντες Λιβύας ἄκρον σφυρὸν, ἐρρίγασιν·

Argentum, semperque desiderio plus habendi teneatur:
Verum ego honorem et hominum benevolentiam
Multis mulis atque equis præferam.
Quæro autem, cuinam mortalium gratus veniam
Una cum Musis: difficiles enim sunt viæ poetis
Invitis filiabus Jovis magni consultoris.
Nondum cœlum motu suo menses efficere desiit, nec annos:
Et multi equi adhuc movebunt curruum rotas.
Exorietur vir ille qui meo cantu indigebit,
Gerens res tantas, quantas aut magnus Achilles, aut gravis Ajax
In campo Simoentis, ubi sepulchrum est Phrygii Ili.
Jam nunc Phœnices, *i. e. Carthaginienses*, sub sole occiduo
Habitantes in extremo calce Libyæ, horrescunt:

ἤδη βαστάζουσι Συρακόσιοι μέσα δοῦρα,
ἀχθόμενοι σακέεσσι βραχίονας ἰτείνοισιν.
ἐν δ' αὐτοῖς Ἱέρων, προτέροις ἴσος ἠρώεσσι,
ζώννυται· ἵππειαι δὲ κόρυν σκεπάουσιν ἔθειραι.
αἰ γὰρ, Ζεῦ, κύδιστε πάτερ, καὶ πότνι' Ἀθάνα,
Κώρα θ' ἃ σὺν Ματρὶ πολυκλάρων Ἐφυραίων
εἵλαχας μέγα ἄστυ, παρ' ὕδασι Λυσιμελείας,
ἐχθροὺς ἐκ νάσοιο κακαὶ πέμψειαν ἀνάγκαι
Σαρδόνιον κατὰ κῦμα, φίλων μόρον ἀγγελέοντας
τέκνοις ἠδ' ἀλόχοισιν, ἀριθματοὺς ἀπὸ πολλῶν·
ἄστεά τε προτέροισι πάλιν ναίοιτο πολίταις,
δυσμενέων ὅσα χειρες ἐλωβήσαντο κατ' ἄκρας.
ἀγροὺς δ' ἐργάζοιντο τεθαλότας· αἴ τ' ἀνάριθμοι

Jamque Syracusii gestant medias hastas,
Et *illis* brachia onusta sunt salignis scutis:
Interque eos Hiero, superioribus par heroibus,
Armatur, et equinæ jubæ galeam inumbrant.
Utinam ô Jupiter pater inclyte, et veneranda Minerva,
Et tu Proserpina, quæ una cum matre opibus affluentium Ephyren-
Sortita es magnam urbem, ad undas Lysimeliæ, [sium
Hostes ex insula ejiciat malum fatum,
Per mare Sardonium, ut amicorum stragem nuncient
Liberis et uxoribus, jam numerabiles (i. e. *paucos*) à multis:
Et oppida à prioribus habitatoribus rursum teneantur,
Quotquot hostium manus corruperunt funditus:
Et agros colant virentes: atque innumera

μήλων χιλιάδες βοτάναις διαπιανθεῖσαι,
ἀμπεδίον βλήχοιντο· βόες δ' ἀγελαδὸν ἐς αὖλιν
ἐρχόμεναι *σκνιφαῖον ἐπισπεύδοιεν ὁδίταν·
νειοὶ δ' ἐκπονέοιντο ποτὶ σπόρον, ἀνίκα τέττιξ
ποιμένας ἐνδίους πεφυλαγμένος, ἔνδοθι δένδρων
ἀχεῖ ἐν ἀκρεμόνεσσιν· ἀράχνια δ' εἰς ὅπλ' ἀράχναι
λεπτὰ διαστήσαιντο, βοᾶς δ' ἔτι μηδ' ὄνομ' εἴη.
ὐψηλὸν δ' Ἱέρωνι κλέος φορέοιεν ἀοιδοὶ
καὶ πόντου Σκυθικοῖο πέραν, καὶ ὅπῃ πλατὺ τειχος
ἀσφάλτῳ δήσασα Σεμίραμις ἐμβασίλευεν.
εἷς μὲν ἐγὼ, πολλοὺς δὲ Διὸς φιλέοντι καὶ ἄλλους
θυγατέρες· τοῖς πᾶσι μέλοι Σικελὰν Ἀρέθοισαν
ὑμνεῖν σὺν λαοῖσι, καὶ αἰχμητὰν Ἱέρωνα.

Ovium millia, herbis saginata,
Per campos balent: et boves gregatim ad stabula
Euntes, vespertinum urgeant viatorem:
Novalia excolantur ad sementem, cum cicada
Pastores sub dio agentes observans, inter arbores,
Resonat in summis ramis: ac telas in armis araneæ
Tenues expandant, clamorisque *bellici* amplius me nomen quidem
Excelsam vero Hieroni gloriam ferant poëtæ [exaudiatur.
Et ultra Scythicum pontum, et ea loca ubi latos muros
Bitumine colligans Semiramis regnavit.
Ex quibus ego quidem unus ero: multos vero et alios Jovis amant
Filiæ: quibus omnibus studium erit Siculam Arethusam
Celebrare una cum populis, et bellicosum Hieronem.

ὦ Ἐτεόκλειοι θύγατρες θεαὶ, αἱ Μινύειον
ὀρχομὲνον φιλέοισαι, ἀπεχθόμενόν ποκα Θήβαις,
ἄκλητος μὲν ἔγωγε μένοιμί κεν· ἐς δὲ καλεύντων
θαρσήσας Μοίσαισι σὺν ἀμετέραισιν ἰκοίμαν·
καλλείψω δ' οὐδ' ὔμμε· τί γὰρ Χαρίτων ἀγαπατὸν
ἀνθρώποις ἀπάνευθεν; ἀεὶ Χαρίτεσσιν ἅμ' εἴην.

O deæ filiæ Eteoclis quæ Minyeum
Orchomenum amatis, invisum olim Thebanis,
Invocatus ego quidem manserim: in *domum* vero eorum qui me vo
Confidenter una cum nostris Musis veniam: [carint
Nec vos relinquam. Quid enim amabile hominibus, Gratiis
Sine, esse potest? Utinam semper Gratiæ mecum sint.

ΥΠΟΘΕΣΙΣ

ΤΟΥ ΕΠΤΑΚΑΙΔΕΚΑΤΟΥ ΕΙΔΥΛΛΙΟΥ.

Τοῦτο τὸ εἰδύλλιον εἰς Πτολεμαῖον τὸν Φιλάδελφον γέγραπται· Ἀρατείᾳ δὲ κέχρηται εἰσβολῇ. ὁ δὲ Φιλάδελφος Πτολεμαῖος, Πτολεμαίου τοῦ Λάγου καὶ Βερενίκης ἦν παῖς. διὸ καὶ ἁμαρτάνει ὁ Μούνατος, τοὺς χρόνους τοῦ Θεοκρίτου ἀναβιβάζων εἰς τὸν Φιλοπάτορα, τοσούτου χρόνον μαχόμενος διαστήματι.

—o—

ARGUMENTUM

EIDYLLII DECIMI SEPTIMI.

Hoc Eidyllium in Ptolemæum Philadelphum scribitur; et Arateo utitur initio. Ptolemæus autem Philadelphus Ptolemæi Lagidæ (i. e. Soteris) et Berenices filius erat. Quare fallitur Munatus Theocriti ætatem ad Philopatorem referens, tanti temporis intervallo contradicens.

ΕΓΚΩΜΙΟΝ ΕΙΣ ΠΤΟΛΕΜΑΙΟΝ,

ΕΙΔΥΛΛΙΟΝ ΙΖ'.

ΕΚ Διὸς ἀρχώμεσθα, καὶ ἐς Δία λέγετε, Μοῖσαι,
ἀθανάτων τὸν ἄριστον ἐπὴν ἄδωμεν ἀοιδαῖς·

LAUDATIO PTOLEMÆI.

EIDYLLION XVII.

A JOVE principium faciamus, et in Jovem desinite Musæ,
Cum præstantissimum Deorum immortalium carmine celebramus.

ἀνδρῶν δ' αὖ Πτολεμαῖος ἐνὶ πρώτοισι λεγέσθω,
καὶ πύματος, καὶ μέσσος· ὁ γὰρ προφερέστατος ἀνδρῶν.
ἥρωες τοι πρόσθεν ἀφ' ἀμιθέων ἐγένοντο,
ῥέξαντες καλὰ ἔργα, σοφῶν ἐκύρησαν ἀοιδῶν·
αὐτὰρ ἐγὼ Πτολεμαῖον, ἐπιστάμενος καλὰ εἰπῆν,
ὑμνήσαιμ'. ὕμνοι δὲ καὶ ἀθανάτων γέρας αὐτῶν.
Ἰδαν ἐς πολύδενδρον ἀνὴρ ὑλατόμος ἐνθὼν,
παπταίνει, παρέοντος ἄδην, πόθεν ἄρξεται ἔργω·
τί πρᾶτον καταλέξω; ἐπεὶ πάρα μυρία εἰπῆν,
οἷσι θεοὶ τὸν ἄριστον ἐτίμασαν βασιλήων·
Ἐκ πατέρων οἷος μὲν ἐὴν τελέσαι μέγα ἔργον
† ὁ Λαγίδας Πτολεμαῖος, ὅκα φρεσὶν ἐγκατάθοιτο

Ex hominibus vero Ptolemæus inter primos commemoretur,
Et postremus et medius: nam is præstantissimus virorum est.
Heroes, qui olim ex semideis extiterunt,
Cum res magnas gessissent, præclaros *sibi* cantores nacti sunt:
Verum ego Ptolemæum, bene dicendi peritus,
Cantu celebrabo: nam hymni, ipsorum etiam immortalium orna-
mentum sunt.
Cum lignator in nemorosam Idam venit,
Circumspicit unde opus incipiat, cum ubique *materiæ* satis sit:
Sic ego quid primum edisseram? nam adsunt innumerabilia dicenda
Quibus superi præstantissimum regem condecoraverunt.
Ut a parentibus incipiamus, qualis ad res magnas gerendas era
Lagides Ptolemæus, cum animo concepisset

βουλὰν, ἂν οὐκ ἄλλος ἀνὴρ οἷός τε νοῆσαι;
τῆνον καὶ μακάρεσσι πατὴρ ὁμότιμον ἔθηκεν
ἀθανάτοις, καί οἱ χρύσεος δόμος ἐν Διὸς οἴκῳ
δέδμηται· παρὰ δ' αὐτὸν Ἀλέξανδρος φίλα εἰδὼς
ἑδριάει, Πέρσαισι βαρὺς θεὸς αἰολομίτραις.
ἀντία δ' Ἡρακλῆος ἕδρα σφιν ταυροφόνοιο
ἵδρυται, στερεοῖο τετυγμένα ἐξ ἀδάμαντος·
ἔνθα σὺν ἄλλοισιν θαλίας ἔχει οὐρανίδαισι,
χαίρων υἱωνῶν περιώσιον υἱωνοῖσιν,
ὅττι σφέων Κρονίδας μελέων ἐξείλετο γῆρας,
ἀθάνατοι δὲ καλεῦνται, ἐοὶ νέποδες γεγαῶτες·
ἀμφοῖν γὰρ πρόγονός σφιν ὁ καρτερὸς Ἡρακλείδας·
ἀμφότεροι δ' ἀριθμεῦνται ἐς ἔσχατον Ἡρακλῆα.

Consilium, quod non alii viro in mentem venire potuisset?
Illum et diis pater *Jupiter* æqualem fecit
Immortalibus, et illi domus aurea in Jovis domo, i. e. *cælo*,
Extructa est, et prope eum Alexander amicus
Sedem habet, Persis gravis Deus varias mitras habentibus.
E regione vero Herculis tauricidæ sedes illis
Posita est, fabricata ex duro adamante:
Ubi inter alios cœlicolas convivia agitat,
Maximie gaudens nepotum nepotibus,
Quod eis Jupiter ex membris exemit senectam:
Immortales vero vocantur, ejus nepotes existentes;
Amborum enim illis generis autor est fortis Herculis filius *Hyllus*,
Et ambo numerantur in ultimum Herculem.

τῷ καὶ ἐπεὶ δαίτηθεν ἴοι, κεκορημένος ἤδη
νέκταρος εὐόδμοιο, φίλας ἐς δῶμ' ἀλόχοιο,
τῷ μὲν τόξον ἔδωκεν ὑπωλένιόν τε φαρέτραν,
τῷ δὲ σιδάρειον σκύταλον, κεχαραγμένον ὄζοις·
οἱ δ' εἰς ἀμβρόσιον θάλαμον λευκοσφύρου Ἥβας
ὅπλα καὶ αὐτὸν ἄγοντι γενειήταν Διὸς υἱόν.

οἷα δ' ἐν πινυταῖσι περικλεὴς Βερενίκα
ἔπρεπε θηλυτέραις, ὄφελος μέγα γειναμένοισι·
τᾶς μὲν Κύπρον ἔχοισα Διώνας πότνια κώρα
κόλπον ἐς εὐώδη ῥαδινὰς ἐσεμάξατο χεῖρας·
τῷ οὔπω τινὰ φαντὶ ἰδεῖν τόσον ἀνδρὶ γυναικῶν,
ὅσσον περ Πτολεμαῖος ἐὰν ἐφίλασεν ἄκοιτιν·
ἦ μὰν ἀντεφιλεῖτο πολὺ πλέον· ὧδέ κε παισὶ

Quare cum Hercules ex epulo redit satiatus jam
Nectare odorato, ad domum caræ conjugis,
Tunc alteri arcum tradit, et quæ sub axillis geritur pharetram;
Alteri ferratam clavam signatam nodis.
Illi vero in immortalem thalamum pulchræ Hebes
Arma *ferunt*, ipsumque ducunt barbatum Jovis filium.
Qualis vero inter sapientes inclyta Berenice
Excellit fœminas, magna gloria parentibus!
Hujus, veneranda filia Diones quæ Cyprum tenet,
In sinum odoratum graciles immisit manus.
Itaque nullam unquam mulierem viro tantum placuisse ferunt,
Quantum Ptolemæus suam amavit conjugem.
Et quidem redamatus est multo plus. Sicque liberis

θαρσήσας σφετέροισιν ἐπιτρέπει οἶκον ἅπαντα,
ὁππότε κεν φιλέων βαίνῃ λέχος ἐς φιλεούσας.
ἀστόργου δὲ γυναικὸς ἐπ' ἀλλοτρίῳ νόος αἰὲν,
ῥηΐδιαι δὲ γοναὶ, τέκνα δ' οὔποτ' ἐοικότα πατρί.
κάλλει ἀριστεύουσα θεάων πότν' Ἀφροδίτα,
σοὶ τήνα μεμέλητο· σέθεν δ' ἕνεκεν Βερενίκα
εὐειδὴς Ἀχέροντα πολύστονον οὐκ ἐπέρασεν·
ἀλλά μιν ἁρπάξασα, πάρροιθ' ἐπὶ ναῦμα κατενθῆν
κυάνεον, καὶ στυγνὸν ἀεὶ πορθμῆα καμόντων,
ἐς ναὸν κατέθηκας, † ἐᾶς δ' ἀπεδάσσαο τιμᾶς.
πᾶσιν δ' ἤπιος ἅδε βροτοῖς, μαλακὼς μὲν ἔρωτας
προσπνείει, κούφας δὲ διδοῖ ποθέοντι μερίμνας.
Ἀργεία κυάνοφρυ, σὺ λαοφόνον Διομήδεα,

Confidens suis, committit domum totam,
Cum amans in amantis torum ascendit.
Impiæ vero mulieris animus semper est apud virum alienum:
Et faciles quidem partus sunt, sed liberi neutiquam similes sunt pa-
Veneranda Venus, excellens forma præ cæteris deabus, [tri.
Tibi illa curæ fuit, et tua causa Berenice
Formosa ad Acherontem luctuosum non transivit:
Verum tu ipsam abreptam, priusquam ad rivum descenderet
Nigrum, et tristem semper portitorem defunctorum,
In templo collocasti, et proprii honoris participem fecisti.
Quare illa omnibus propitia mortalibus faciles quidem amores
Adspirat, petenti vero faciles curas tribuit.
O Argea nigra supercilia habens, tu bellicosum Diomedem,

μισγομένα Τυδῆϊ, τέκες Καλυδώνιον ἄνδρα·
ἀλλὰ Θέτις βαθύκολπος ἀκοντιστὰν Ἀχιλῆα
Αἰακίδᾳ Πηλῆϊ· σὲ δ', αἰχμητὰ Πτολεμαῖε,
αἰχμητᾷ Πτολεμαίῳ ἀρίζαλος Βερενίκα·
καί σε Κόως ἀτίταλλε, βρέφος νεογιλὸν ἐόντα,
δεξαμένα παρὰ ματρὸς, ὅτε πρώταν ἴδες ἀῶ.
ἔνθα γὰρ Εἰλείθυιαν ἐβώσατο λυσίζωνον
Ἀντιγόνας θυγάτηρ βεβαρημένα ὠδίνεσσιν.
ἁ δέ οἱ εὐμενέοισα παρίστατο, κάδδ' ἄρα πάντων
νωδυνίαν κατέχευε μελῶν· ὁ δὲ, πατρὶ ἐοικὼς
παῖς ἀγαπατὸς ἔγεντο· Κόως δ' ὀλόλυξεν ἰδοῖσα·
φᾶ δὲ, καθαπτομένα βρέφεος χείρεσσι φίλαισιν,
†Ὄλβιε κῶρε γένοιο· τίοις δέ με τόσσον ὅσον περ

Congressa cum Tydeo, peperisti Calydonium virum.
Sed Thetis sinuosa veste utens, peperit jaculatorem Achillem
Æacidæ Peleo: te vero, strenue Ptolemæe,
Bellicoso Ptolemæo eximia peperit Berenice.
Et te Cos insula eduxit infantem, nuper susceptum,
Excipiens à matre, cum primam vidisti auroram.
Ibi enim Lucinam invocavit, quæ parturientes liberat,
Filia Antigones gravata doloribus partus:
Illa vero ipsi benigne adfuit, et per omnia
Membra indolentiam perfudit. Tunc patri similis
Puer amabilis natus est. Cos vero conspicata exclamavit;
Et dixit, manibus caris puerum tenens,
" Nascere beate puer, meque tantum honore afficias, quantum

Δῆλον ἐτίμασεν κυανάμπυκα Φοῖβος Ἀπόλλων·
ἐν δὲ μιᾷ τιμᾷ Τρίοπος καταθεῖο κολώναν,
ἶσον Δωριέεσσι νέμων γέρας ἐγγὺς ἐοῦσιν,
ὅσσον καὶ Ῥήναιαν ἄναξ ἐφίλασεν Ἀπόλλων.
Ὣς ἄρα νᾶσος ἔειπεν· ὁ δ' ὑψόθεν ἔκλαγε φωνᾷ
ἐς τρὶς ὑπαὶ νεφέων Διὸς αἴσιος αἰετὸς ὄρνις.
Ζηνός που τόδε σᾶμα· Διὶ Κρονίωνι μέλοντι
αἰδοῖοι βασιλῆες· ὁ δ' ἔξοχος ὃν κε φιλάσῃ
γεινόμενον ταπρῶτα· πολὺς δέ οἱ ὄλβος ὀπαδεῖ.
πολλᾶς μὲν κρατέει γαίας, πολλᾶς δὲ θαλάσσας.
μυρίαι ἄπειροί τε, καὶ ἔθνεα μυρία φωτῶν
λήϊον ἀλδήσκουσιν ὀφελλόμενον Διὸς ὄμβρῳ·
ἀλλ' οὔτις τόσα φύει ὅσα χθαμαλὰ Αἴγυπτος,

Delum honoravit cæruleam Phœbus Apollo:
Et eodem honore afficias montem Triopis,
Parem Doriensibus vicinis tribuens honorem,
Sicut et rex Apollo coluit Rhenæam."
Sic insula dicebat: atque ex alto insonuit voce
Ter sub nubibus aquila propitia Jovis avis:
Jovis scilicet hoc signum: Jovi Saturnio curæ sunt
Venerandi reges: hic autem præstat, quem ille dilexerit
Natum jam primum; et multa eum felicitas comitatur.
Multam vero tenet terram, multumque mare.
Multæ enim et infinitæ regiones, et innumeræ gentes hominum
Segetes augent amplificatas Jovis imbribus:
Verum nulla terra tam multa gignit quam humilis Ægyptus,

Νεῖλος ἀναβλύζων διερὰν ὅτε βῶλακα θρύπτει·
οὐδέ τις ἄστεα τόσσα βροτῶν ἔχει ἔργα δαέντων.
τρεῖς μέν οἱ πολίων ἑκατοντάδες ἐνδέδμηνται,
τρεῖς δ' ἄρα χιλιάδες τρισσαῖς ἐπὶ μυριάδεσσι,
δοιαὶ δὲ τριάδες, μετὰ δέ σφισιν ἐννεάδες τρεῖς·
τῶν πάντων Πτολεμαῖος ἀγάνωρ ἐμβασιλεύει.
καὶ μὴν Φοινίκας ἀποτέμνεται, Ἀῤῥαβίας τε,
καὶ Συρίας, Λιβύας τε, κελαινῶν τ' Αἰθιοπήων·
Παμφυλοισί τε πᾶσι καὶ αἰχμηταῖς Κιλίκεσσι
σαμαίνει, Λυκίοις τε φιλοπτολέμοισί τε Καρσὶ,
καὶ νάσοις Κυκλάδεσσιν· ἐπεί οἱ νᾶες ἄρισται
πόντον ἐπιπλώοντι· θάλασσα δὲ πᾶσα καὶ αἶα
καὶ ποταμοὶ κελάδοντες ἀνάσσονται Πτολεμαίῳ.

Cum Nilus exundans humidas glebas molliter comminuit:
Neque quisquam tam multas urbes hominum artificum tenet.
Tres enim illi urbium centuriæ extructæ sunt,
Tria insuper millia super xxx millia,
Duo item terniones, et præterea ter novem:
In quibus omnibus magnanimus Ptolemæus regnum obtinet.
Et quidem Phœniciæ partem obtinet, atque Arabiæ
Et Syriæ, Libyæque, nigrorumque Æthiopum.
Pamphyliis vero omnibus, et bellicosis Cilicibus
Imperat, Lyciis quoque et pugnacibus Caribus,
Atque insulis Cycladibus: nam naves illi optimæ
Per mare navigant: mare etiam totum, et terra,
Et fluvii sonori, regno Ptolemæi subjecti sunt.

πολλοὶ δ' ἱππῆες, πολλοὶ δέ οἱ ἀσπιδιῶται
χαλκῷ μαρμαίροντι σεσαγμένοι ἀσφαραγεῦντι.
ὄλβῳ μὲν πάντας καταβεβρίθει βασιλῆας·
τόσσον ἐπ' ἆμαρ ἕκαστον ἐς ἀφνεὸν ἔρχεται οἶκον
πάντοθε· λαοὶ δ' ἔργα περιστέλλουσιν ἑκηλοι.
οὐ γάρ τις δηΐων πολυκήτεα Νεῖλον ἐπεμβὰς,
πεζὸς ἐν ἀλλοτρίαισι βοὰν ἐστάσατο κώμαις·
οὐ δέ τις αἰγιαλόνδε θοᾶς ἐξάλατο ναὸς,
θωρηχθεὶς ἐπὶ βουσὶν ἀνάρσιος Αἰγυπτίῃσιν.
τοῖος ἀνὴρ πλατέεσσιν ἐνίδρυται πεδίοισι,
ξανθόκομος Πτολεμαῖος, ἐπιστάμενος δόρυ πάλλειν·
ᾧ ἐπίπαγχυ μέλει πατρῴια πάντα φυλάσσειν,
οἷ ἀγαθῷ βασιλῆϊ· τὰ δὲ κτεατίζεται αὐτός.

Multi vero equites, multique milites scutati,
Ære lucenti stipati strepunt.
Opulentia quidem omnes superat reges:
Tantum quotidie opum in divitem congeritur domum
Undecunque. Populi vero curant opus suum tranquilli.
Nullus enim hostium piscosum Nilum invadens,
Pedestri exercitu in alienis villis tumultum bellicum ciet:
Neque quisquam ex navibus velocibus in litus exilit,
Armata manu invadens injuste boves Ægyptias.
Talis vir latis sedet in campis
Flavicomus Ptolemæus, qui hastam vibrare novit:
Cui omnino curæ est, ut paterna omnia tueatur,
Sicut regem præstantem *decet*: alia vero acquirit ipse.

οὐ μὰν ἀχρεῖός γε δόμῳ ἐνὶ πίονι χρυσὸς,
μυρμάκων ἅτε πλοῦτος, ἀεὶ κέχυται, μογεόντων·
ἀλλὰ πολὺν μὲν ἔχοντι θεῶν ἐρικυδέες οἶκοι,
αἰὲν ἀπαρχομένοιο, σὺν ἄλλοισιν γεραέσσι·
πολλὸν δ' ἰφθίμοισι δεδώρηται βασιλεῦσι,
πολλὸν δὲ πτολίεσσι, πολὺν δ' ἀγαθοῖσιν ἑταίροις.
οὐδὲ Διωνύσου τὶς ἀνὴρ ἱεροὺς κατ' ἀγῶνας
ἵκετ', ἐπιστάμενος λιγυρὰν ἀναμέλψαι ἀοιδὰν,
ὦ οὐ δωτίναν ἀντάξιον ὥπασε τέχνας.
Μουσάων δ' ὑποφῆται ἀείδοντι Πτολεμαῖον
ἀντ' εὐεργεσίας. τί δὲ κάλλιον ἀνδρί κεν εἴη
ὀλβίῳ, ἢ κλέος ἐσθλὸν ἐν ἀνθρώποισιν ἀρέσθαι;
τοῦτο καὶ Ἀτρείδαισι μένει· τὰ δὲ μύρια τῆνα,

Non tamen absque usu in domo opima aurum,
Ceu formicarum opes, semper jacet, laborantium:
Sed multum inde habent inclyta Deorum delubra,
Semper *eo* primitias solvente, præter alia dona.
Multum inde et potentibus dedit regibus,
Multum et civitatibus, multum bonis amicis.
Neque ullus vir ad sacra Bacchi certamina
Prodit, sciens dulcem cantilenam canere,
Cui non dignum arte præmium dederit.
Musarum vero interpres cantu celebrant Ptolemæum,
Propter beneficentiam. Quid autem præclarius homini contingat
Diviti, quam ut gloriam illustrem inter homines consequatur?
Hoc et Atridis *integrum* manet: sed illæ infinitæ *opes*,

ὅσσα μέγαν Πριάμοιο δόμον κτεάτισσαν ἑλόντες,
ἀέρι πᾷ κεκρύπται, ὅθεν πάλιν οὐκετι νόστος.
μοῦνος ὅδε προτέρων †τοκέων ἔτι θερμὰ κονίη,
στειβόμενος καθύπερθε, ποδῶν ἐκμάσσεται ἴχνη.
ματρὶ φίλᾳ καὶ πατρὶ θυώδεας εἵσατο ναώς·
ἐν δ' αὐτὼς χρυσῷ περικαλλέας ἠδ' ἐλέφαντι
ἵδρυσεν, πάντεσσιν ἐπιχθονίοισιν ἀρωγώς.
πολλὰ δὲ πιανθέντα βοῶν ὅδε μηρία καίει,
μασὶ περιπλομένοισιν, ἐρευθομένων ἐπὶ βωμῶν,
αὐτός τ', ἰφθίμα τ' ἄλοχος· τᾶς οὔτις ἀρείων
νυμφίον ἐν μεγάροισι γυνὰ περιβάλλετ' ἀγοστῷ,
ἐκ θυμῶ στέργοισα κασίγνητόν τε πόσιν τε.
ὣδε καὶ ἀθανάτων ἱερὸς γάμος ἐξετελέσθη,

Quas capta magna Priami domo acquisiverunt,
Caligine oppressæ alicubi jacent, unde non est amplius reditus.
Solus hic priorum parentum, adhuc calida in pulvere
Transcendens pedum detergit vestigia.
Matri caræ et patri odorata templa condidit.
Inque his ex auro atque ebore ipsos insignes
Statuit, ut omnibus mortalibus sint opitulatores.
Multa vero pinguia exta boum incendit,
Mensibus circumactis, in aris rubentibus,
Et ipse, et eximia conjux: qua nulla præstantior
Sponsum domi mulier ulnis amplectitur,
Ex animo diligens fratrem atque maritum.
Sic et Deorum sacra connubia contracta sunt

πρόσθε νεογράπτω θαλάμω χορὸν ἐστάσαντο,
δώδεκα ταὶ πρᾶται πόλιος, μέγα χρῆμα Λακαινᾶν,
ἀνίκα Τυνδάρεω †κατεκλάξατο τὰν ἀγαπατὰν
μναστεύσας Ἑλέναν ὁ νεώτερος Ἀτρέος υἱός.
ἄειδον δ' ἄρα πᾶσαι ἐς ἓν μέλος ἐγκροτέοισαι
ποσσὶ περιπλίκτοις, περὶ δ' ἴαχε δῶμ' ὑμεναίῳ.

Οὕτω δὴ πρωΐζα κατέδραθες, ὦ φιλε γαμβρέ;
ἦ ῥά τις ἐσσὶ λίαν βαρυγούνατος; ἦ ῥα φίλυπνος;
ἦ ῥα πολύν τιν' ἔπινες, ὅτ' εἰς εὐνὰν κατεβάλλευ;
εὕδειν μὲν χρήζοντα, καθ' ὥραν αὐτὸν ἐχρῆν τύ,
παῖδα δ' ἐᾶν σὺν παισὶ φιλοστόργῳ παρὰ μητρὶ
παίσδειν ἐς βαθὺν ὄρθρον· ἐπεὶ καὶ †ἔνας, καὶ ἐς ἀῶ
κὴς ἔτος ἐξ ἔτεος, Μενέλαε, τεὰ νυὸς ἅδε.

Ante recens depictum thalamum chorum instituerunt,
Duodecim primariæ urbis, magnum decus Lacænarum,
Quando Tyndari *filiam* amabilem *in thalamo* conclusit
Helenam, cum eam duxisset uxorem, minor natu filius Atrei.
Concinebant autem omnes carmen unum, applaudentes
Pedibus alternatim explicitis: atque domus insonuit Hymenæo.
Itane crepusculo obdormivisti, ô care sponse?
Nunquid nimis gravia tibi sunt membra? num somniculosus es?
An vero multum adbibisti, cum in lectum conjectus es?
Nam volentem dormire, tempestive opportebat te *dormire;*
Puellam autem sinere cum *cæteris* puellis apud caram matrem
Ludere usque ad altum diluculum: nam et vesperi, et mane,
Et de anno in annum, hæc tua, Menelae, sponsa erit.

ὄλβιε γάμβρ', ἀγαθός τις ἐπέπταρεν ἐρχομένῳ τοι
ἐς Σπάρταν, ὅπποι ᾧ Ἄλλοι ἀριστέες, ὡς ἀνύσαιο.
μοῦνος ἐν ἀμιθέοις Κρονίδαν Δία πενθερὸν ἐξεῖς.
Ζανός τοι θυγάτηρ ὑπὸ τὰν μίαν ᾤχετο χλαῖναν,
οἷα Ἀχαιϊάδων γαῖαν πατεῖ οὐδεμί' ἄλλα.
*ἦ μέγα κέν τι τέκοιτ', εἰ ματέρι τίκτοι ὁμοῖον.
ἄμμες γὰρ πᾶσαι συνομάλικες, ἧς δρόμος ὠυτὸς,
χρισαμέναις ἀνδριστὶ παρ' Εὐρώταο λοετροῖς,
τετράκις ἑξήκοντα κόραι, θῆλυς νεολαία·
τᾶν οὐδ' ἄν τις ἄμωμος, ἐπεί χ' Ἑλένᾳ παρισωθῇ.
† Ἀὼς ἀντέλλοισα καλὸν διέφαινε πρόσωπον,
πότνια νὺξ ἄτε, λευκὸν ἔαρ χείμωνος ἀνέντος,
ὣδε καὶ ἁ χρυσέα Ἑλένα διεφαίνετ' ἐν ἀμῖν.

Fortunate sponse, bonus tibi quispiam adsternutavit proficiscenti
Ad Spartam, quo et alii principes *profecti erant*, ut hoc perficeres.
Solus inter semideos Jovem socerum habebis:
Nam filia Jovis tecum sub unum subit stragulum,
Qualis ex mulieribus Græciæ nulla terram calcat.
Certe præclarum quiddam pariet, si matri pepererit simile.
Nos enim omnes æquales ætate *sumus*, quibus idem vitæ cursus est,
Quæ ungimur more virorum ad Eurotæ fluenta,
Quater sexaginta puellæ de muliebri juventute:
Ex quibus nulla vitio caret, si cum Helena conferatur.
Sicut aurora exoriens decorum ostendit aspectum
Sacra cum mox *abit*, hyeme candidum ver laxante,
Sic et aurea Helena elucebat inter nos.

πιείρᾳ, μεγάλα ἄτ' ἀνέδραμε, κόσμος ἀρούρᾳ,
ἢ κάπῳ κυπάρισσος, ἢ ἅρματι Θεσσαλὸς ἵππος·
ὥδε καὶ ἁ ῥοδόχρως Ἑλένα Λακεδαίμονι κόσμος.
οὔτε τις ἐν ταλάρῳ πανίσδεται ἔργα τοιαῦτα,
οὔτ' ἐνὶ δαιδαλέῳ πυκινώτερον ἄτριον ἱστῷ
κερκίδι συμπλέξασα μακρῶν ἔταμ' ἐκ κελεόντων·
οὐ μὰν οὐ κιθάραν τίς ἐπίσταται ὧδε κροτῆσαι,
Ἄρτεμιν ἀείδοισα καὶ εὐρύστερνον Ἀθάναν,
ὡς Ἑλένα, τᾶς πάντες ἐπ' ὄμμασιν ἵμεροι ἐντί.
ὦ καλὰ, ὦ χαρίεσσα κόρα, τὺ μὲν οἰκέτις ἤδη·
ἄμμες δ' ἐς δρόμον ἦρι καὶ ἐς λειμώνια φύλλα
ἐρψοῦμες, στεφάνως δρεψεύμεναι ἀδὺ πνέοντας·
πολλὰ τεῦ, ὦ Ἑλένα, μεμναμέναι, ὡς γαλαθηναὶ

Quemadmodum procera erigitur in pingui arvo, *ei* ornamentum,
Aut in horto cupressus, aut in curru Thessalicus equus,
Sic et rosea Helena Lacedæmoni ornamento fuit.
Nulla in quasillo conglomerat talia opera,
Neque in tela picta majore arte stamen,
Radio intextum, è longis scindit furculis.
Neque sane ulla sic citharam pulsare novit,
Dianam cantu celebrans, et lato pectore Minervam,
Ut Helena; cujus in oculis omnes amores insunt.
O pulchra, ô amabilis puella, tu jam matrona facta es:
Nos autem ad cursum mane, et ad folia in pratis nâscentia,
Ibimus, ut colligamus serta suaviter redolentia,
Sæpe de te cogitantes ô Helena: sicut lactentes

ἄρνες γειναμένας ὄϊος μαστὸν ποθέοισαι·
πρᾶτά τοι στέφανον λωτῶ χαμαὶ αὐξομένοιο
πλέξασαι, σκιερὰν καταθήσομεν ἐς πλατάνιστον·
πρᾶτα δ' ἀργυρέας ἐξ ὄλπιδος ὑγρὸν ἄλειφαρ
λασδόμεναι, σταξεῦμες ὑπὸ σκιερὰν πλατάνιστον.
γράμματα δ' ἐν φλοιῷ γεγράψεται, ὡς παριών τις
ἀννείμῃ, Δωριστὶ, ΣΕΒΟΥ Μ'· ΕΛΕΝΑΣ ΦΥΤΟΝ ΕΙΜΙ.

Χαίροις, ὦ νύμφα, χαίροις, εὐπένθερε γαμβρέ·
Λατὼ μὲν δοίη, Λατὼ κουροτρόφος, ὔμμιν
εὐτεκνίαν· Κύπρις δὲ. θεὰ Κύπρις ἶσον ἔρασθαι
ἀλλάλων· Ζεὺς δὲ, Κρονίδας Ζεὺς, ἄφθιτον ὄλβον,
ὡς ἐξ εὐπατριδᾶν εἰς εὐπατρίδας πάλιν ἔνθῃ.
εὕδετ' ἐς ἀλλάλων στέρνον φιλοτήτα πνέοντες,

Agnæ, quæ matris oviculæ ubera desiderant.
Primæ tibi coronam ex humi nascente loto
Nectentes in umbrosa suspendemus platano:
Et primæ tibi ex argentea pyxide liquidum unguentum
Accipientes, stillabimus sub umbrosam platanum.
Literæ vero in cortice scribentur (ut quis præteriens
Legat,) Dorice: VENERARE ME: HELENÆ ARBOR SUM.
Salve ô sponsa: salve felix propter socerum sponse, *vel gener.*
Latona quidem, Latona juventutis sustentatrix, det vobis
Felicem sobolem. Venus autem, dea Venus, det æqualem amorem
Inter vos mutuo: Jupiter vero, Saturnides Jupiter, divitias durabiles,
Ut à *vobis* nobilibus ad generosos *liberos vestros* perveniant.
Dormite in pectora mutuo amorem inspirantes,

καὶ πόθον· ἔγρεσθαι δὲ πρὸς ἀῶ μὴ 'πιλάθησθε.
νεύμεθα κἄμμες ἐς ὄρθρον, ἐπεί κα πρᾶτος ἀοιδὸς
ἐξ εὐνᾶς κελαδήσῃ ἀνασχὼν εὔτριχα δειράν.
Ὑμὰν, ὦ Ὑμέναιε, γάμῳ ἐπὶ τῷδε χαρείης.

Et desiderium: ne vero obliviscamini expergisci sub auroram.
Redibimus et nos mane, ubi primus cantor
E cubili suo insonuerit, sustollens pulchre pennatam cervicem.
Hymen, ô Hymenæe, his nuptiis gaudeas.

ARGUMENTUM

XIX. EIDYLLII.

Cupido dum mel furatur, et alveare diripit, ab apicula pungitur: atque doloris ex vulnere impatiens, matri de crudelitate tam parvæ bestiolæ conqueritur. Quæ et ipsum parvulum esse respondet, et tamen magna vulnera infligere.

ΚΗΡΙΟΚΛΕΠΤΗΣ,

ΕΙΔΥΛΛΙΟΝ ιθ'.

Τον κλέπταν ποτ' Ἔρωτα κακὰ κέντασε μέλισσα,
κηρίον ἐκ σίμβλων συλεύμενον· ἄκρα δὲ χειρῶν
δάκτυλα πάνθ' ὑπένυξεν· ὁ δ' ἄλγεε, καὶ χέρ' ἐφύσση,
καὶ τὰν γᾶν ἐπάταξε, καὶ ἄλατο· τᾷ δ' Ἀφροδίτᾳ
δεῖξεν τὰν ὀδύναν, καὶ μέμφετο ὅττι γε τυτθὸν

FAVORUM FUR,

EIDYLLION XIX.

Furem quondam Amorem infesta punxit apicula,
Favos ex alvearibus deprædantem: extremos vero manuum
Digitos omnes confixit. At ille dolebat, manusque inflabat:
Et terram pulsavit, et exiliit: atque Veneri
Ostendit vulnus: et questus est, quod tam exilis

θηρίον ἐντὶ μέλισσα, καὶ ἀλίκα τραύματα ποιεῖ.
χὰ μὰτηρ γελάσασα, Τὺ δ' οὐκ ἴσον ἐσσὶ μελίσσαις
† χὼ τυτθὸς μὲν ἔης, τὰ δὲ τραύματα ἀλίκα ποιεῖς

Bestiola esset apis, et tanta vulnera faceret.
Mater autem ridens, Quid? *inquit*, an non tu similis es apibus?
Et cum parvus sis, tamen vulnera tanta facis.

ARGUMENTUM

XVI. EIDYLLII.

Pastor quidam, qui inter ruricolas suos eximie pulcher sibi videbatur, in urbem venit: ubi cum conspicatus fuisset puellam urbanam, insuetata forma perculsus ad eam accessit, et rustice cum ea ludere, eamque osculari voluit. Illa vero hominis habitum ac mores rusticos detestata, a se illum rejecit. Conqueritur ergo miser in hoc Eidyllio, de insigni contumelia qua affectus sit, deque fastu ac superbia urbanæ puellæ. Atque in fine commemorat etiam Dearum exempla, quæ pastorum amore arserint.

ΒΟΥΚΟΛΙΣΚΟΣ,

ΕΙΔΥΛΛΙΟΝ κ'.

ΕΥΝΙΚΑ μ' ἐγέλαξε θέλοντά μιν ἀδὺ φιλᾶσαι·
καὶ μ' ἐπικερτομέοισα, τάδ' ἔννεπεν· ἔρρ' ἀπ' ἐμειο·
βωκόλος ὢν ἐθέλεις με κύσαι τάλαν; οὐ μεμάθηκα
ἀγροίκως φιλέειν, ἀλλ' ἀστυκὰ χείλεα θλίβειν.
μὴ τύ γέ μευ κύσσῃς τὸ καλὸν στόμα, μηδ' ἐν ὀνείροις.

BUBULCUS,

EIDYLLION XX.

EUNICE me derisit, cum ipsam vellem suaviter osculari:
Et mihi convicians hæc dixit: "Abi in malam rem à me.
Bubulcus quum sis, vis me osculari miser? non didici
Agrestes osculari, verum urbana labra premere.
Non tu meum pulchrum os osculatus fueris, ne quidem per somnium.

οἷα βλέπεις, ὁππoῖα λαλεῖς, ὡς ἄγρια παίσδεις·
ὡς τρυφερὸν λαλέεις, ὡς κωτίλα ῥήματα φράσδεις·
ὡς μαλακὸν τὸ γένειον ἔχεις, ὡς ἁδέα χαίταν.
χείλεά τοι νοσέοντι, χέρες δέ τοι ἐντὶ μέλαιναι·
καὶ κακὸν ἐξόσδεις· ἀπ' ἐμεῦ φύγε, μή με μολύνῃς.

Τοιάδε μυθίσδοισα, τρὶς εἰς ἐὸν ἔπτυσε κόλπον,
καί μ' ἀπὸ τᾶς κεφαλᾶς ποτὶ τὼ πόδε συνεχὲς εἶδεν,
χείλεσι μυχθίσδοισα, καὶ ὄμμασι λοξὰ βλέποισα·
καὶ πολὺ τᾷ μορφᾷ θηλύνετο, καί τι σεσαρὸς
καὶ σοβαρόν μ' ἐγέλαξεν· ἐμοὶ δ' ἄφαρ ἔζεσεν αἷμα,
καὶ χρόα φοινίχθην ὑπὸ τὠλγεος, ὡς ῥόδον ἔρσᾳ.
χἀ μὲν ἔβα με λιποῖσα· φέρω δ' ὑποκάρδιον ὀργὰν,

Quali aspectu es! quomodo loqueris! quam rustice ludis!
Quam delicate loqueris! quam blanda verba profers!
Quam mollem barbam habes! quam pulchram cæsariem!
Labra tibi sunt *velut* ægroto, manus sunt nigræ,
Et male oles. Fuge hinc à me, ne me contamines."
Hæc locuta, ter in suum despuit sinum,
Et me à capite ad pedes usque continue aspexit,
Labris mussitans, et oculis oblique aspiciens.
Atque admodum propter formam lasciviebat, et ore diduoto
Ac fastuose me derisit. Mihi autem statim exæstuavit sanguis,
Et corpore rubefactus sum præ dolore, sicut rosa à rore.
Atque illa quidem me relicto abiit; fero autem in pectore iram,

ὅττι με τὸν χαρίεντα κακὰ μωμήσαθ' ἑταίρα.

Ποιμένες, εἴπατέ μοι τὸ κρήγυον· οὐ καλὸς ἐμμί;
ἆρά τις ἐξαπίνας με θεὸς βροτὸν ἄλλον ἔτευξε;
καὶ γὰρ ἐμοὶ τοπάροιθεν ἐπάνθεεν ἀδύ τι κάλλος,
ὡς κισσὸς ποτὶ πρέμνον, ἐμὰν δ' ἐπύκαζεν ὑπάναν.
χαῖται, δ' οἷα σέλινα, περὶ κροτάφοισι κέχυντο·
καὶ λευκὸν τὸ μέτωπον ἐπ' ὀφρύσι λάμπε μελαίναις·
ὄμματά μοι γλαυκᾶς χαροπώτερα πολλὸν Ἀθάνας·
τὸ στόμα, καὶ πακτᾶς *ἀπαλώτερον· ἐκ στομάτων
ἔῤῥεέ μοι φωνὰ γλυκερωτέρα ἢ μέλι κήρω. [δὲ
ἀδὺ δέ μοι τὸ μέλισμα, καὶ ἢν σύριγγι μελίσδω,
κἢν αὐλῷ λαλέω, κἢν δώνακι, κἢν πλαγιαύλῳ.
καὶ πᾶσαι καλὸν με κατ' ὥρεα φαντὶ γυναῖκες,

Quod me tam elegantem fœda meretrix irrisit.

Vos pastores verum mihi dicite: nonne sum pulcher?
Num quis me subito Deus alium hominem fecit?
Etenim mihi prius emicabat grata quædam forma
Sicut hedera circa arboris stirpem, meamque ornabat barbam:
Capilli autem velut apium circum tempora fusi erant:
Et frons alba splendebat supra nigra supercilia.
Oculi mihi erant multo venustiores quam Minervæ.
Os etiam lacte concreto mollius: ex ore autem
Fluebat mihi vox dulcior quam mel e cerâ.
Dulce meum carmen est, et cum fistula modulor,
Et cum aut tibia cano, aut calamo, aut obliqua tibia.
Et omnes me pulchrum dicunt in montibus mulieres,

καὶ πᾶσαί με φιλεῦνθ'· ἀ δ' ἀστυκὰ οὐκ ἐφίλασεν,
ἀλλ' ὅτι βωκόλος ἐμμὶ παρέδραμε· κ' οὔποτ' ἀκούει
ὡς καλὸς Διόνυσος ἐπ' ἄγκεσι πόρτιν ἐλαύνει·
οὐκ ἔγνω δ' ὅτι Κύπρις ἐπ' ἀνέρι μήνατο βώτᾳ,
καὶ Φρυγίας ἐνόμευσεν ἐν ὤρεσιν· αὐτὸν Ἄδωνιν
ἐν δρυμοῖσι φίλασε, καὶ ἐν δρυμοῖσιν ἔκλαυσεν.
Ἐνδυμίων δὲ τίς ἦν; οὐ βωκόλος; ὅν γε Σελάνα
βωκολέοντα φίλασεν, ἀπ' Οὐλύμπω δὲ μολοῖσα
Λάτμιον ἀννάπος ἦλθε, καὶ εἰς * ἅμα παιδὶ κάθευδε.
καὶ τύ, Ῥέα, κλαίεις τὸν βωκόλον· οὐχὶ δὲ καὶ τύ,
ὦ Κρονίδα, διὰ παῖδα βοηνόμον ὄρνις ἐπλάγχθης;
Εὐνίκα δὲ μόνα τὸν βωκόλον οὐκ ἐφίλασεν,
ἀ Κυβέλας κρέσσων καὶ Κύπριδος, ἄ τε Σελάνας.

Omnesque me amant: hæc urbana vero me non amat, [divit
Verum propterea quod bubulcus sum, præteriit, neque unquam au-
Quomodo formosus Bacchus in vallibus vitulam pascit:
Neque scit quod Venus amore bubulci insanivit,
Et in montibus Phrygiæ una pavit: ipsumque Adonidem
In sylvis amavit, et in sylvis deploravit.
Endymion autem quis erat? an non bubulcus? quem tamen Luna
Boves pascentem amavit, et e cœlo descendens
In Latmium saltum venit, et una cum puero cubuit.
Et tu Rhea deploras bubulcum: nonne et tu
O Jupiter propter puerum boves pascentem ales errasti?
Eunice vero sola bubulcum suo amore non est dignata,
Cybele *scilicet* melior, et Venere, et Luna.

μηκέτι μηδὲ σὺ, Κύπρι, τὸν † ἀδέα μήτε κατ' ἄστυ
μήτ' ἐν ὄρει φιλέοις, μώνη δ' ἀνὰ νύκτα καθεύδοις. 45

Neque amplius tu Venus amabilem illum *Adonidem* in urbe,
Neque in monte ames, verum sola per noctem dormias. 45

ARGUMENTUM

XXI. EIDYLLII.

Monet hoc Eidyllion ut sua quisque sorte contentus vivat: et sub imagine somnii de aureo pisce, vanas hominum spes ac cupiditates venustissime depingit. Nam quum piscatores duo sub noctem ad capturam piscium domo exissent, ac in paupere tugurio ante mediam noctem una dormirent, alter eorum somniat se grandem aureum piscem cepisse. Ingenti gaudio affectus jurat in somnis, nunquam se amplius piscibus capiendis operam daturum, verum de aureo illo pisce, in otio et luxu posthac suaviter victurum. Mane quum aureus ille piscis et spes ipsa avolasset, neque esset experrecto unde victitaret, nisi et ipse et uxor ac liberi fame perire vellent, vel invitus, et contra quam juraverat in somnis, ad consuetos labores redire cogitur.

ΑΛΙΕΙΣ,

ΕΙΔΥΛΛΙΟΝ κα'.

Α ΠΕΝΙΑ, Διόφαντε, μόνα τὰς τέχνας ἐγείρει·
αὐτὰ τῶ μόχθοιο διδάσκαλος· οὐδὲ γὰρ εὕδειν
ἀνδράσιν ἐργατίναισι κακαὶ παρέχοντι μέριμναι.

PISCATORES,

EIDYLLION XXI.

PAUPERTAS, ὦ Diophante, sola excitat artes,
Ipsa laboris magistra: neque enim dormire
Viros operarios improbæ curæ sinunt.

κἂν ὀλίγον νυκτός τις ἐπιψαύσῃσι, τὸν ὕπνον
αἰφνίδιον θορυβεῦσιν ἐφιστάμεναι μελεδῶναι.

Ἰχθύος ἀγρευτῆρες ὁμῶς δύο κεῖντο γέροντες,
στρωσάμενοι βρύον αὖον ὑπὸ πλεκταῖς καλύβαισι,
κεκλιμένοι τοίχῳ τῷ φυλλίνῳ· ἐγγύθι δ' αὐτοῖν
κεῖτο τὰ ταῖν χειροῖν ἀθλήματα, τοὶ καλαθίσκοι,
τοὶ κάλαμοι, τἄγκιστρα, τὰ φυκιόεντά τε † λῆδα,
ὁρμειαὶ, κύρτοι τε, καὶ ἐκ σχοίνων λαβύρινθοι,
μήρινθοι, κῶάς τε, γέρων τ' ἐπ' ἐρείσμασι λέμβος·
νέρθεν τᾶς κεφαλᾶς φορμὸς βραχὺς, εἵματα, πῖλοι.
οὗτος τοῖς ἁλιεῦσιν ὁ πᾶς πόρος, οὗτος ὁ πλοῦτος.
† οὐδεὶς δ' οὐ χύτραν εἶχ', οὐ κύνα· πάντα περισσα·

Et si paulisper noctem quis gustaverit, somnum
Subito obturbant instantes curæ.
Piscium venatores una duo cubabant senes,
Cum stravissent aridam algam sub textili tugurio,
Inclinati ad parietem foliaceum: prope vero apud ipsos
Posita erant manuum exercitia, calathisci,
Arundines, hami, et algosa retia,
Funiculi *ex setis equinis:* sagenæ gibbosæ, et viminei labyrinthi, *i, nassæ,*
Laquei, et pellis, et vetusta super phalangas cymba,
Sub capite storea brevis, vestes, pilea.
Hic erat piscatoribus omnis quæstus, hæ divitiæ:
Nullus ollam habebat, nec canem: omnia supervacanea:

πάντ' ἐδόκει τήνοις ἄγρα· πενία σφιν ἑταίρα.
οὐδεὶς δ' ἐν μέσσῳ γείτων, παντᾶ δὲ παρ' αὐτὰν
θλιβομέναν καλύβαν τρυφερὸν †προσέναχε θάλασσα.
οὔπω τὸν μέσατον δρὸμον ἄνυεν ἅρμα Σελάνας,
τοὺς δ' ἁλιεῖς ἤγειρε φίλος πόνος· ἐκ βλεφάρων δὲ
ὕπνον ἀπωσάμενοι σφετέραις φρεσὶν ἤρεθον ᾠδάν.
A. ψεύδονται, φίλε, πάντες, ὅσοι τὰς νύκτας ἔφασκον
τῶ θέρεος μινύθειν, ὅτε τἄματα μακρὰ φέρει Ζεύς·
ἤδη μυρί' ἐσεῖδον ὀνείρατα, κοὐδέπω ἀώς.
μὴ λαθόμαν; τί τὸ χρῆμα; χρόνον δ' αἱ νύκτες ἔχοντι.
B. Ἀσφαλίων, μέμφῃ τὸ καλὸν θέρος· οὐγὰρ ὀκαιρος
αὐτομάτως παρέβα τὸν ἐὸν δρόμον· ἀλλὰ τὸν ὕπνον

Omnia his *piscium* captura videbatur: paupertas ipsis amica *erat*.
Neque ullus aderat vicinus: verum undique ad ipsam
Afflictam casulam lasciviens adnatabat mare.
Nondum medium cursum confecerat currus Lunæ,
Cum piscatores excitabat amicus labor: è palpebris autem
Somnum excutientes, hoc animis suis incitabant carmen.
A. Mentiuntur, amice, omnes quicunque noctes dixerunt
Æstate breves esse, quando dies longos affert Jupiter.
Jam enim innumerabilia vidi somnia, necdum tamen aurora *est*.
Nunquid deceptus sum? quid hoc rei est? moram noctes trahunt.
B. Asphalion, accusas pulchram æstatem: non enim tempus
Sponte transit cursum suum: sed somnum

ἀ φροντὶς κόπτοισα, μακρὰν τὰν νύκτα ποιει τιν.
A. ἆρ ἔμαθες κρίνειν ποκ' ἐνύπνια; χρηστὰ γὰρ εἶδον.
οὔ σε θέλω τὠμῶ φαντάσματος ἦμεν ἄμοιρον,
ὡς καὶ τὰν ἄγραν, τὠνείρατα πάντα * μερίζων.
οὐ γὰρ νικαξῇ κατὰ τὸν νόον· οὗτος ἄριστος
ἐστὶν ὀνειροκρίτας, ὁ διδάσκαλός ἐστι παρ' ᾧ νοῦς.
ἄλλως καὶ σχολή ἐντι· τί γὰρ ποιῆν ἂν ἔχοι τὶς
κείμενος ἐν φύλλοις ποτὶ κύματι, μηδὲ καθεύδων
ἄσμενος ἐν ῥάμνῳ; τὸ δὲ λύχνιον ἐν πρυτανείῳ·
φαντὶ γὰρ αἰὲν ἄγραν τόδ' ἔχειν. B. λέγε μοι ποτὲ νυκτὸς
ὄψιν, πάντα τεῷ δὲ λέγων μάνυσον ἑταίρῳ.
A. δειλινὸν ὡς κατέδαρθον ἐν εἰναλίοισι πόνοισιν·

Cura excutiens, longam tibi noctem efficit.
A. Nunquid interpretari didicisti somnia? nam bona vidi.
Non volo te meæ visionis esse expertem,
Sicut piscium prædam, ita et somnia omnia dividens.
Non enim vinceris ingenio: ille optimus
Est somniorum judex in quo mens est, quæ doceat ipsum.
Alioqui et otium est: quid enim faciat aliquis
Jacens in foliis ad mare, neque dormiens
Facile in frondibus? lychnum autem in Prytaneo
Semper prædam habere ferunt. B. Dic mihi noctis
Visionem, et omnia narrans tuo indica amico.
A. Vespere ut obdormivi in marinis laboribus,

οὐκ ἦν μὰν πολύσιτος· ἐπεὶ δειπνεῦντες ἐν ὥρᾳ,
εἰ μέμνῃ, τᾶς γαστρὸς ἐφειδόμεθ'· εἶδον ἐμαυτὸν
ἐν πέτρᾳ μεμαῶτα· καθεσδόμενος δ' ἐδόκευον
ἰχθύας, ἐκ καλάμων δὲ πλάνον κατέσειον ἐδωδάν.
καί τις τῶν τραφερῶν ὠρέξατο· καὶ γὰρ ἐν ὕπνοις
πᾶσα κύων ἄρτως μαντεύεται· ἰχθύα κἠγών.
χὠ μὲν τωὐγκίστρῳ ποτεφύετο, καὶ ῥέεν αἷμα·
τὸν κάλαμον δ' ὑπὸ τῶ κινήματος ἀγκύλον εἶχον.
τὼ χέρε τεινόμενος, περὶ κνώδαλον εὗρον ἀγῶνα,
πῶς μὲν ἕλω μέγαν ἰχθὺν ἀφαυροτέροισι σιδάροις.
εἶθ' ὑπομιμνάσκων τῶ τραύματος, † ἆρ' ἐμὲ νύξεις;
καὶ νύξῃ χαλεπῶς· καὶ οὐ φεύγοντος ἔτεινα.
ἤνυσ' ἰδὼν τὸν ἄεθλον· ἀνείλκυσα χρύσεον ἰχθύν,

(Non eram multo cibo repletus: nam cum maturè cœnaremus
Si meministi, ventri parcebamus) videbam me ipsum
In rupe conantem *pisces capere*: sedens autem observabam
Pisces; ex arundine vero *suspensam* fallacem quatiebam escam,
Et unus ex grandibus appetivit: nam et in somnis
Omnis canis offam auguratur; *sic* et ego pisces.
Et ille quidem hamo adhærescebat, et fluebat sanguis:
Et arundinem tenebam curvatam à motu.
Manus extendens, circa hoc animal inveni certamen,
Quomodo magnum caperem piscem exiguo ferro.
Deinde et de vulnere cogitans, num me punges? *inquam.*
Et pungeris graviter. Et cum non fugeret, extendi *manum*:
Ut *eum* vidi, confeci certamen: attraxi aureum piscem,

παντᾶ τῷ χρυσῷ πεπυκασμένον. εἶχε δὲ δεῖμα
μή τι Ποσειδάωνι πέλοι πεφιλαμένος ἰχθὺς,
ἢ τάχα τᾶς γλαυκᾶς κειμήλιον Ἀμφιτρίτας.
ἠρέμα δ' αὐτὸν ἐγὼν εκ τωγκίστρω ἀπέλυσα,
μή ποτε τῶ στόματος †τἀγκίστρια χρυσὸν ἔχοιεν.
καὶ τὸν μὲν †πειστῆρσι κατῆγον ἐπ' ἠπείροιο·
ὤμοσα δ' οὐκέτι λοιπὸν ὑπὲρ πελάγους ποδα θεῖναι,
ἀλλὰ μένειν ἐπὶ γᾶς, καὶ τῶ χρυσῶ βασιλεύειν.
ταῦτά με κἀξήγειρε· τὺ δ', ὦ ξένε, λοιπὸν ἔρειδε
τὰν γνώμαν· ὅρκον γὰρ ἐγὼ τὸν ἐπώμοσα ταρβῶ.
B. καὶ σύ γε μὴ τρέσσης· οὐκ ὤμοσας· οὐδὲ γὰρ ἰχ-
χρύσεον †εἶδες ἢ εὗρες· ἴσαι δὲ ψεύδεσιν ὄψεις. [θὺν
εἰ δ' ὕπαρ, οὐ κνώσσων τὺ τὰ χωρία ταῦτα ματεύσεις,

Undique ex auro compositum. Metus autem *me* tenebat,
Ne forte Neptuno dilectus esset piscis,
Aut forte cæruleæ thesaurus Amphitrites.
Placide vero ego ipsum ab hamo solvi,
Ne hamo ex ore aurum adhæreret;
Et illum funiculis traxi in terram,
Ac juravi me posthac in mari non amplius positurum esse pedem,
Sed in terra mansurum, et auro dominaturum.
Hæc me excitarunt: tu vero hospes ad id quod restat intende
Mentem: nam juramentum timeo quod juravi.
B. At tu ne verearis: non enim jurasti: non enim piscem [ciis.
Aureum vidisti, aut nactus es: *tales* autem visiones similes sunt menda-
Verum si vigilans, non dormiens, tu loca illa perquiras,

ἐλπὶς τῶν † ὕπνων ζατεῖ τὸν σάρκινον ἰχθύν, 66
μὴ σὺ θάνῃς λιμῷ, καίτοι χρυσοῖσιν ὀνείροις.

Tum spes somniorum carneum piscem requiret,
Ne tu moriaris fame, licet *in* aureis somniis, *h. e. aurum somnians.*

ARGUMENTUM,

XXII. EIDYLII.

Pugnam inter Pollucem et Amycum Bebryciorum principem commemorat. Amycus, cum robore corporis, et arte pugilum superaret omnes, crudelem tulit legem: Ne quis hospes qui ea loca adiisset, inde discederet, quin prius secum cæstu decertaret. Ac cum ita multos hospites interfecisset, tandem et Pollucem, qui cum Argonautis eo venerat, secum decertare cogit; a quo et victus est.

ΔΙΟΣΚΟΥΡΟΙ,

ΕΙΔΥΛΛΙΟΝ «β'.

Ὑμνεομες Λήδας τε καὶ αἰγιόχω Διὸς υἱῶ,
Κάστορα, καὶ φοβερὸν Πολυδεύκεα πὺξ ἐρεθίζεν,
χεῖρας ἐπιζεύξαντα μέσας βοέοισιν ἱμᾶσιν.
ὑμνέομες καὶ δὶς καὶ τὸ τρίτον ἄρσενα τέκνα
κούρης Θεστιάδος, Λακεδαιμονίους δύ' ἀδελφοὺς,
ἀνθρώπων σωτῆρας ἐπὶ ξυροῦ ἤδη ἐόντων,

GEMINI,

EIDYLLION XXII.

Hymno celebramus Jovis ægiochi Ledæque filios,
Castorem et terribilem Pollucem in certamine pugilum,
Cum manus cinxit mediis bubulis loris.
Canimus bis terque masculos filios
Filiæ Thestii, Lacedæmonios geminos fratres,
Hominum servatores in *acie* novaculæ jam existentium,

ἵππων θ' αἱματόεντα ταρασσομένων καθ' ὅμιλον,
ναῶν θ' αἳ δύνοντα καὶ οὐρανοῦ ἐξανιόντα
ἄστρα βιαζόμεναι, χαλεποῖς ἐνέκυρσαν ἀήταις·
οἱ δὲ, σφέων κατὰ πρύμναν ἀείραντες μέγα κῦμα,
ἠὲ καὶ ἐκ πρώραθεν, ἢ ὅππᾳ θυμὸς ἑκάστου,
ἐς κοίλαν ἔρριψαν, ἀνέρρηξαν δ' ἄρα τοίχους
ἀμφοτέρους· κρέμαται δὲ σὺν ἱστίῳ ἄρμενα πάντα,
εἰκῇ ἀποκλασθέντα· πολὺς δ' ἐξ οὐρανοῦ ὄμβρος
νυκτὸς †ἐφερπύσας· †ταταγεῖ δ' εὐρεῖα θάλασσα,
κοπτομένη πνοιαῖς τε καὶ ἀῤῥήκτοισι χαλάζαις.
ἀλλ' ἔμπας ὑμεῖς γε καὶ ἐκ βυθοῦ ἕλκετε νᾶας
αὐτοῖσιν ναύταισιν ὀϊομένοις θανέεσθαι.
αἶψα δ' ἀπολήγοντ' ἄνεμοι, λιπαρὰ δὲ γαλάνα

Et equorum turbatorum in cruento *hominum* cœtu:
Et navium, quæ occidentibus et cœlo orientibus
Astris vim ferentes, in graves inciderunt ventorum flatus:
Qui à puppi ipsarum extollentes ingentem undam,
Aut etiam à prora, aut unde cuique libet *ventorum*,
In cavam *navem* infuderunt, ruperuntque latera
Utraque; pendent autem cum velo instrumenta omnia,
Temere disrupta: plurimus vero è cœlo imber
Sub noctem irrepens: strepit autem latum mare
Pulsatum *ventorumque* flatibus et valida grandine.
Attamen vos etiam ex profundo retrahitis naves
Una cum ipsis nautis qui se morituros esse putabant:
Statim vero venti desinunt, et mitis tranquillitas *oritur*

ἀμπέλαγος· νεφέλαι δὲ διέδραμον ἄλλυδις ἄλλαι·
ἐκ δ' ἄρκτοι τ' ἐφάνησαν, ὄνων τ' ἀνὰ μέσσον ἀμαυρὴ
φάτνη, σημαίνοισα τὰ πρὸς πλόον εὔδια πάντα.
ὦ ἄμφω θνατοῖσι βοηθόοι, ὦ φίλοι ἄμφω,
ἱππῆες, κιθαριαταί, ἀεθλητῆρες, ἀοιδοί·
Κάστορος, ἢ πρώτου Πολυδεύκεος ἄρξομ' ἀείδειν;
ἀμφοτέρως ὑμνέων, Πολυδεύκεα πρῶτον ἀείσω.

Ἡ μὲν ἄρα προφυγοῦσα πέτρας εἰς ἓν ξυνιούσας
Ἀργὼ, καὶ νιφόεντος ἀταρτηρὸν στόμα Πόντου,
Βέβρυκας εἰσαφίκανε, θεῶν φίλα τέκνα φέροισα·
ἔνθα μιᾶς πολλοὶ κατὰ κλίμακος ἀμφοτέρων ἔξ
τοίχων ἄνδρες ἔβαινον Ἰησονίης ἀπὸ νηός.
ἐκβάντες δ' ἐπὶ θῖνα βαθὺν, καὶ ὑπήνεμον ἀκτὴν

Per mare, nebulæque diffugere aliæ alio :
Et rursum apparent ursæ, atque inter medios asinos obscurum
Præsepe, significans ad navigationem serena omnia.
O ambo mortalibus auxiliatores, ô amici ambo,
Equites, citharistæ, pugiles, cantores :
Utrum de Castore prius, an de Polluce incipiam canere ?
Utrosque hymno celebrans, de Polluce prius canam.
Ipsa quidem cum effugisset petras in unum concurrentes
Argo, et nivosi sævum os Ponti,
Ad Bebrycas pervenit, Deorum caros liberos vehens, *i. heroas.*
Ibi unam multi per scalam, ab utrisque
Navis parietibus viri descendebant ex nave Jasonis.
Egressi autem in litus profundum, et ventosam *maris* oram,

εὐνάς τ' ἐστόρνυντο, πυρεῖά τε χερσὶν ἐνώμων.
Κάστωρ δ' αἰολόπωλος, ὅ τ' οἰνωπὸς Πολυδεύκης,
ἄμφω ἐρημάζεσκον, ἀποπλαγχθέντες ἑταίρων.
παντοίην δ' ἐν ὄρει θηεύμενοι ἄγριον ὕλην,
εὗρον ἀέννaον κράναν ὑπὸ λισσάδι πέτρῃ
ὕδατι πεπληθυῖαν ἀκηράτῳ· αἱ δ' ὑπένερθεν
λάλλαι κρυστάλλῳ ἠδ' ἀργύρῳ ἰνδάλλοντο
ἐκ βυθοῦ· ὑψηλαὶ δ' ἐπεφύκεσαν ἀγχόθι πεῦκαι,
λεῦκαί τε, πλάτανοί τε, καὶ ἀκρόκομοι κυπάρισσοι,
ἀνθεά τ' εὐώδη, λασίαις φίλα ἔργα μελίσσαις,
ὅσσ' ἔαρος λήγοντος ἐπιβρύει ἂν λειμῶνας.
ἔνθα δ' ἀνὴρ ὑπέροπλος ἐνήμενος ἐνδιάασκε,

Toros sternebant: et vasa quæ ad ignem ponerent manibus versabant.
Castor autem eques, et fuscus Pollux,
Ambo in solitudine vagabantur, deerrantes à sociis.
Universam autem in monte circumspicientes immanem sylvam,
Invenerunt fontem perennem sub ardua rupe,
Plenum pura aqua: atque infra
Lapilli crystallo et argento similes erant
Ex imo fundo: Sublimes autem prope natæ erant tædæ,
Populique, platanique et frondosæ cupressi,
Floresque odoriferi, gratum opus hirtis apiculis,
Quotquot sub finem veris vigent in pratis.
Ibi vir immanis sedem habens, sub dio manebat,

δεινὸς ἰδεῖν, σκληραῖσι τεθλαγμένος οὔατα πυγμαῖς·
στήθεα δ' ἐσφαίρωτο πελώρια, καὶ πλατὺ νῶτον,
σαρκὶ σιδαρείῃ, σφυρήλατος οἷα κολοσσός·
ἐν δὲ μύες στερεοῖσι βραχίοσιν ἄκρον ὑπ' ὦμον
ἔστασαν, ἠΰτε πέτροι ὀλότροχοι, οὔστε κυλίνδων
χειμάῤῥους ποταμὸς μεγάλαις περιέξεσε δίναις.
αὐτὰρ ὑπὲρ νώτοιο καὶ αὐχένος ἠωρεῖτο
ἄκρων δέρμα λέοντος ἀφημμένον ἐκ ποδεώνων.
τὸν πρότερος προσέειπεν ἀεθλοφόρος Πολυδεύκης·
Π. χαῖρε ξεῖν', ὅστ' ἐσσί· τίνες βροτοὶ ὧν ὅδε χῶρος;
Α. χαίρω πως, ὅτε τ' ἄνδρας ὁρῶ τοὺς μήποτ' ὄπωπα.

Sævus aspectu, cui duris cæstibus aures erant fractæ:
Pectus autem eminebat rotundum instar globi, et latum dorsum,
Carne ferrea, malleis fabricati instar colossi.
In validis autem brachiis musculi sub summo humero
Extabant, ceu scopuli rotundi, quos volvens
Torrens fluvius magnis circumpolivit gurgitibus.
A dorso vero et collo pendebat
Pellis leonis, ab extremis suspensa pedibus.
Eum Pollux in certamine pugilum victor prior alloquebatur:
P. Salve hospes, quicunque es: quinam sunt homines quorum hic est locus?
A. Salveo quodammodo etiam cum homines video quos nunquam vidi.

Π. θάρσει· μήτ' ἀδίκους, μήτ' ἐξ ἀδίκων φάθι λεύσσειν.
Α. θαρσέω· κούκ ἐκ σοῦ με διδάσκεσθαι τόδ' ἔοικεν.
Π. ἄγριος εἶ, πρὸς πάντα παλίγκοτος, ἢ ὑπερόπτης;
Α. τοιόσδ' οἷον ὁρᾷς· τῆς σῆς γέ μεν οὐκ ἐπιβαίνω.
Π. ἔλθοις, καὶ ξενίων γε τυχὼν, πάλιν οἴκαδ' ἱκάνοις.
Α. μήτε σύ με ξείνιζε· τά τ' ἐξ ἐμεῦ οὐκ ἐν ἑτοίμῳ.
Π. δαιμόνι', οὐδ' ἂν τοῦδε πιεῖν ὕδατος σύ γε δοίης;
Α. γνώσεαι, εἴ σου δίψος ἀνειμένα χείλεα τέρσει.
Π. ἄργυρος, ἢ τίς ὁ μισθος ἐρεις, ᾧ κέν σε πίθοιμεν;
Α. εἷς ἐνὶ χεῖρας ἄειρον, ἐναντίος ἀνδρὶ καταστὰς.
Π. πυγμάχος, ἢ καὶ ποσσὶ θένων σκέλος, * ὅμμα τόδ' ὀρθῶ;

P. Bono animo sis: neque injustos, neque ex injustis natos te videre existima.
A. Bono sum animo: neque à te hoc me discere oportet.
P. Feroxne es, ad omnia iracundus, an superbus?
A. Talis sum qualem *me* vides: tuam quidem non calco *terram*.
P. Venias, et dona adeptus hospitalia rursum domum redeas.
A. Neque tu me hospitio accipias: quæque à me accipienda, ea non sunt in promptu.
P. Age ô bone, an non concedes de hac aqua bibere?
A. Scies, si tibi sitis remissa labra siccat.
P. Argentum, an quæ sit merces, dices, qua tibi persuadeamus?
A. Unus contra unum manus attolle, adversus virum consistens.
P. An pugil, an etiam pedibus percutiens crus, oculos intendo?

Α. πὺξ διατεινάμενος, σφετέρης μὴ φείδεο τέχνης.
Π. τίς γὰρ ὅτῳ χεῖρας καὶ ἐμοὺς συνερείσω ἱμάντας;
Α. εγγὺς ὁρᾷς· οὐ γύννις ἐὼν κεκλήσεθ' ὁ πύκτης.
Π. ἦ καὶ ἄεθλον ἐτοῖμον ἐφ' ᾧ δηρισόμεθ' ἄμφω;
Α. σὸς μὲν ἐγὼ, σὺ δ' ἐμὸς κεκλήσεαι, εἴ κε κρατήσω.
Π. ορνίχων φοινικολόφων τοιοίδε κυδοιμοί.
Α. εἴτ' οὖν ὀρνίχεσσιν ἐοικότες, εἴτε λέουσι,
γεινόμεθ', οὐκ ἄλλῳ γε μαχεσσαίμεσθ' ἐπ' ἀέθλῳ.
Ἦ ῥ' Ἄμυκος, καὶ κόχλον ἐλὼν μυκάσατο κοῖλον.
οἱ δὲ θοῶς συνάγερθεν ὑπὸ σκιερᾶς πλατανίστῳ,
κόχλῳ φυσαθέντος ἀεὶ, Βέβρυκες κομόωντες.
ὡς δ' αὔτως ἥρωας ἰὼν ἐκαλέσσατο πάντας
Μαγνήσσης ἀπὸ ναὸς ὑπείροχος ἐν δαὶ Κάστωρ.

A. Pugilice eos intendens, tuæ ne parcito arti,
P. Quis ille est cum quo manibus et meis confligam cæstibus?
A. Prope vides: non imbellis existens vocabitur pugil.
P. An et præmium adest pro quo decertabimus ambo?
A. Tuus ego, tu vero meus vocabere, si prævaleam.
P. Avium rubras cristas habentium talia sunt prœlia.
A. Sive avibus similes, sive leonibus
Simus, non aliud certabimus ob præmium.
Dixit sane Amycus, et cava concha accepta insonuit.
Tunc celeriter convenerunt sub umbrosam platanum,
Concha semper inflata, Bebryces comam alentes.
Sic et heroas abiens evocavit omnes
Magnesia è navi præstans in pugna Castor.

οἱ δ', ἐπεὶ οὖν σπείραισιν ἐκαρτύναντο βοείαις
χεῖρας, καὶ περὶ γυῖα μακροὺς εἵλιξαν ἱμάντας,
ἐς μέσσον σύναγον, φόνον ἀλλάλοισι πνέοντες.
ἔνθα πολύς σφισι μόχθος ἐπειγομένοισιν ἐτύχθη,
ὁππότερος κατὰ νῶτα λάβῃ φάος ἠελίοιο.
ἀλλ' ἱδρίῃ μέγαν ἄνδρα παρήλυθες, ὦ Πολύδευκες·
βάλλετο δ' ἀκτίνεσσιν ἅπαν Ἀμύκοιο πρόσωπον·
αὐτὰρ ὅγ' ἐν θυμῷ κεχολωμένος ἴετο πρόσσω
χερσὶ τιτυσκόμενος· τοῦ δ' ἄκρον τύψε γένειον
Τυνδαρίδης ἐπιόντος· ὀρίνθη δὲ πλέον ἢ πρὶν,
σὺν δὲ μάχαν ἐτίναξε, πολὺς δ' ἐπέκειτο, νενευκὼς
ἐς γαῖαν. Βέβρυκες δ' ἐπαΰτεον· ἐκ δ' ἑτέρωθεν
ἥρωες κρατερὸν Πολυδεύκεα θαρσύνεσκον,

Illi igitur cum vinculis munivissent bubulis
Manus, et circum membra innexuissent longa lora,
In medium congressi sunt, cædem mutuo spirantes.
Ibi magnus ipsis labor annitentibus fuit,
Uter post tergum acciperet lumen solis:
Sed solertia virum ingentem antevertisti, ô Pollux:
Feriebatur vero *Solis* radiis totus Amyci vultus.
At ipse animo iratus, pergebat ultra,
Manibus ictum dirigens: hujus autem summam percussit genam
Tyndarides irruentis. Commotus est autem magis quam antea,
Pugnamque concitavit: et multum incumbebat, inclinans se
In terram. Bebryces vero acclamabant; ex altera autem parte
Heroës fortem Pollucem confirmabant,

δειδιότες μήπως μιν ἐπιβρίσας δαμάσειε
χώρῳ ἐνὶ στεινῷ Τιτυῷ ἐναλίγκιος ἀνήρ.
ἤτοι ὅγ' ἔνθα καὶ ἔνθα παριστάμενος Διὸς υἱὸς
ἀμφοτέραισιν ἄμυσσεν ἀμοιβαδίς· ἔσχεθε δ' ὁρμῆς
παῖδα Ποσειδάωνος, ὑπερφίαλόν περ ἐόντα.
ἔστη δὲ πλαγαῖς μεθύων· ἐκ δ' ἔπτυσεν αἷμα
φοίνιον· οἱ δ' ἅμα πάντες ἀριστῆες κελάδησαν,
ὡς ἴδον ἕλκεα λυγρὰ περὶ στόμα τε γναθμούς τε·
ὄμματα δ' οἰδήσαντος ἀπεστείνωτο προσώπου.
τὸν μὲν ἄναξ ἐτάραξεν, ἐτώσια χερσὶ προδεικνὺς
πάντοθεν· ἀλλ' ὅτε δή μιν ἀμηχανέοντ' ἐνόησε,
μέσσας ῥινὸς ὕπερθε κατ' ὀφρύος ἤλασε πυγμὴν,
πᾶν δ' ἀπέσυρε μέτωπον ἐς ὀστέον. αὐτὰρ ὃ πλαγείς,

Metuentes ne quo modo ipsum obruens superaret
In loco angusto vir Tityo similis.
At hinc et inde instans Jovis filius
Ambabus manibus laniabat alternatim, et ab impetu cohibebat
Filium Neptuni, quamvis immanem existentem.
At ille stabat plagis ebrius, et expuebat sanguinem
Cruentum: principes vero omnes exclamaverunt,
Ut vulnera dira viderunt circa os et genas:
Oculi vero in tumido vultu arctiores fiebant.
Illum quidem princeps conturbabat, frustra manus protendens
Undique: verum cum eum deficere sensit,
Supra medium nasum inter supercilia impegit ictum,
Totamque avulsit frontem usque ad os. At ille sauciatus,

ὕπτιος ἐν φύλλοισι τεθαλόσιν ἐξετανύσθη.
ἔνθα μάχη δριμεῖα πάλιν γένετ' ὀρθωθέντος·
ἀλλάλους δ' ὅλεκον στερεοῖς θείνοντες ἰμᾶσιν.
ἀλλ' ὁ μὲν ἐς στῆθός τε καὶ ἔξω χεῖρας ἐνώμα
αὐχένος, ἀρχαγὸς Βεβρύκων· ὁ δ' ἀεικέσι πλαγαῖς
πᾶν συνέφυρε πρόσωπον ἀνίκατος Πολυδεύκης.
σάρκες δ' †αἱ μὲν ἱδρῶτι συνίζανον· ἐκ μεγάλου δὲ
αἶψ' ὀλίγος γένετ' ἀνδρός· ὁ δ' αἰεὶ μάσσονα γυῖα
ἀπτόμενος φορέεσκε πόνου, χροιῇ δ' ἔτ' ἀμείνω.
πῶς γὰρ δὴ Διὸς υἱὸς ἀδηφάγον ἄνδρα καθεῖλεν,
εἰπὲ θεά, σὺ γὰρ οἶσθα· ἐγὼ δ' ἑτέρων ὑποφήτης
φθέγξομαι ὅσσ' ἐθέλεις σὺ, καὶ ὅππως τοι φίλον αὐτᾷ.
Ἦτοι ὄγε ῥέξαι τὶ λιλαιόμενος μέγα ἔργον,

Supinus in foliis virentibus extensus jacuit.
Ibi pugna aspera iterum excitata est, cum se iterum erexisset.
Nam mutuo se vulnerabant duris cædentes cæstibus.
At in pectus manus jactabat et extra
Cervicem, princeps Bebrycum: sed indignis plagis
Totam faciem fœdabat invictus Pollux.
Caro autem sudore subsidebat; et è magno
Viro mox parvus factus est. At ille, *s. Pollux*, firmiora membra
Laborem sustinens ferebat, et colore meliora.
Quomodo tandem Jovis filius virum pugilem dejecit,
Dic Dea: tu enim nosti: ego vero aliorum interpres,
Loquar ea quæ tu vis, et ut tibi gratum est.
Scilicet ille magnum aliquod opus facere cupiens,

σκαιῇ μὲν σκαιὴν Πολυδεύκεος ἔλλαβε χεῖρα,
δοχμὸς ἀπὸ προβολῆς κλινθείς· ἑτέρᾳ δ' ἐπιβαίνων,
δεξιτερῆς ἤνεγκεν ἀπαὶ λαγόνος πλατὺ γνῖον.·
καί κε τυχὼν ἔβλαψεν Ἀμυκλαίων βασιλῆα,
ἀλλ' ὅγ' ὑπεξανέδυ κεφαλῇ· στιβαρᾷ δ' ἄρα χειρὶ
πλάξεν ὑπὸ σκαιὸν κρόταφον, καὶ ἐπέμπεσεν ὤμῳ·
ἐκ δ' ἐχύθη μέλαν αἷμα θοῶς κροτάφοιο χανόντος·
λαιῇ δὲ στόμα τύψε, πυκνοὶ δ' ἀράβησαν ὀδόντες.
αἰεὶ δ' ὀξυτέρῳ πιτύλῳ δαλεῖτο πρόσωπον,
μέχρι συνηλοίησε παρήϊα· πᾶς δ' ἐπὶ γαῖαν
κεῖτ' ἀλλοφρονέων, καὶ ἀνέσχεθε, νῖκος ἀπαυδῶν,
ἀμφοτέρας ἅμα χεῖρας, ἐπεὶ θανάτου σχεδὸν ἦεν.
τὸν μὲν ἄρα, κρατέων περ, ἀτάσθαλον οὐδὲν ἔρεξας,

Sinistra sinistram Pollucis apprehendit manum,
Obliquus ab ictu declinans; altera vero subiens
Dextro extulit à latere latam manum.
Et assecutus læsisset Amyclæorum regem:
Verum ille elabebatur capite: et insuper forti manu
Percussit sub lævum tempus, et invasit humerum:
Effusus autem est statim ater sanguis ex hianti tempore,
Sinistra vero percussit os, crebrique increpuerunt dentes:
Semper autem acriore pugnorum ingeminatione lædebat faciem,
Donec contudit genas: totus vero *stratus* humi
Jacebat exanimis, et porrigebat, pugnæ renuntians,
Ambas simul manus, quoniam morti proximus erat.
Huic quidem, licet victor, indignum nihil fecisti

ὦ πύκτα Πολύδευκες· ὄμοσσε δέ τοι μέγαν ὅρκον,
ὃν πατέρ' ἐκ πόντοιο Ποσειδάωνα κικλήσκων,
μήποτ' ἔτι ξείνοισιν ἐκὼν ἀνιηρὸς ἔσεσθαι·
καὶ σὺ μὲν ὕμνησαί μοι ἄναξ· σὲ δέ, Κάστορ, ἀείσω
Τυνδαρίδα, ταχύπωλε, δορυσσόε, χαλκεοθώραξ.

O pugil Pollux: juravit autem tibi magnum jusjurandum,
Patrem suum Neptunum è mari invocans,
Quod nunquam amplius hospitibus volens molestus foret.
Et tu quidem ô Princeps jam mihi hymno celebratus es: sed et te
ô Castor canam,
Tyndarida, celerrime eques, bellator, æreo thorace *insignis*.

ALTERA PARS HUJUS EIDYLLII.

Continet monomachiam Castoris et Lyncei: cujus certaminis hæc causa fuit. Castor et Pollux rapuerunt filias Leucippi, Phœben ac Talairam, Lynceo et Idæ fratribus desponsatas. Sponsi eas bello repetiverunt: in quo bello Castor a Lynceo occisus est, et Pollux Lyncea interemit: fuissetque et ipse ab Ida interfectus, nisi Jupiter id fulmine prohibuisset. Sic referuntur hæc ob Ovidio, in fine quinti Fastorum. Theocritus hic aliter narrat, ait enim Lyncea a Castore occisum, et Idam fulmine a Jove interfectum.

Τῶ μὲν ἀναρπάξαντε δύω φερέτην Διὸς υἱὼ
δοιὰς Λευκίπποιο κόρας· δοιὼ δ' ἄρα τώγε
ἐσσυμένως ἐδίωκον ἀδελφεώ, υἷ' Ἀφαρῆος,

Duo Jovis filii raptas abducebant
Duas Leucippi filias: verum hos duos
Celeriter persequebantur duo fratres, filii Apharei,

γαμβρὼ μελλογάμω, Λυγκεὺς καὶ ὁ καρτερὸς Ἴδας.
ἀλλ' ὅτε τύμβον ἵκανον ἀποφθιμένου Ἀφαρῆος,
ἐκ δίφρων ἅμα πάντες ἐπ' ἀλλάλοισιν ὄρουσαν,
ἔγχεσι καὶ κοίλοισι βαρυνόμενοι σακέεσσι.
Λυγκεὺς δ' αὖ μετέειπεν ὑπ' ἐκ κόρυθος μέγ' ἀΰσας·
Δαιμόνιοι, τί μάχης ἱμείρετε; πῶς δ' ἐπὶ νύμφαις
ἀλλοτρίαις χαλεποὶ, γυμναὶ δ' ἐν χερσὶ μάχαιραι;
ἀμῖν τοι Λεύκιππος ἐὰς ἔδνωσε θύγατρας
τάσδε πολὺ προτέροις· ἀμῖν γάμος οὗτος ἐν ὅρκῳ.
ὑμεῖς δ' οὐ κατὰ κόσμον, ἐπ' ἀλλοτρίοις λεχέεσσι,
βουσὶ καὶ ἡμιόνοισι, καὶ ἀλλοτρίοις κτεάσσιν,
ἄνδρα παρετρέψασθε, γάμον δ' ἐκλέψατε δώροις.
ἦ μὰν πολλάκις ὔμμιν ἐνώπιος ἀμφοτέροισιν,

Sponsi futuri, Lynceus et robustus Idas.
Verum ut ad tumulum pervenerunt mortui Apharei,
E curribus simul omnes congressi sunt,
Hastis et cavis muniti scutis.
Lynceus autem dixit è galea alte succlamans:
"**Infelices**, cur pugnam appetitis? Quid propter sponsas
Alienas molesti estis, et stricti sunt in manibus enses?
Nobis certe Leucippus suas despondit filias
Has longe prioribus: nobis hæ nuptiæ juramento confirmatæ sunt:
Vos autem non decenter in alienos toros,
Bovesque et mulos et alienas opes *irruentes*,
Virum pervertistis, et nuptias furati estis muneribus.
Certe sæpe vobis coram ambobus

αὐτὸς ἐγὼ τάδ' ἔειπα, καὶ οὐ πολύμυθος ἐών περ·
οὐχ' οὕτω, φίλοι ἄνδρες, ἀριστῆεσσιν ἔοικε
μναστεύειν ἀλόχους, αἷς νυμφίοι ἤδη ἑτοῖμοι.
πολλά τοι Σπάρτα, πολλὰ δ' ἱππήλατος Ἄλις,
Ἀρκαδία τ' εὔμαλος, Ἀχαιῶν τε πτολίεθρα,
Μεσσάνα τε, καὶ Ἄργος, ἅπασά τε Σισυφὶς ἀκτή·
ἔνθα κόραι τοκέεσσιν ὑπὸ σφετέροισι τρέφονται
μυρίαι, οὔτε φυῆς ἐπιδευέες, οὔτε νόοιο·
τάων εὐμαρὲς ὔμμιν ὀπυίειν ἅς κ' ἐθέλητε·
ὡς ἀγαθοῖς πολέες βούλοιντό κε πενθεροὶ εἶναι.
ὔμμες δ' ἐν πάντεσσι διάκριτοι ἠρώεσσι,
καὶ πατέρες, καὶ ἄνωθεν ἅπαν ματρώϊον αἷμα.
ἀλλὰ, φίλοι, τοῦτον μὲν ἐάσατε πρὸς τέλος ἐλθεῖν

Ipse ego hæc dixi, etsi non verbosus sim:
" Viri amici, non ita principes decet
Ducere uxores quibus sponsi jam sunt parati.
Lata est Sparta, lata equestris Elis,
Et Arcadia pecorosa, et civitates Achivorum,
Messeneque et Argos, et tota Sisyphia ora maritima;
Ubi puellæ sub parentum suorum *cura* aluntur
Multæ, neque decora forma carentes, neque ingenio.
Ex illis facile erit vobis ducere quascunque volueritis;
Nam bonis multi volent soceri esse.
Vos autem inter omnes excellentes heroës estis,
Et patres vestri, et à majoribus omne maternum genus.
Verum amici has sinite ad finem procedere

νῶϊ γάμον, σφῷν δ' ἄλλον ἐπιφραζώμεθα πάντες.
ἴσκον τοιάδε πολλά· τὰ δ' εἰς ὑγρὸν ὤχετο κῦμα
πνοιὴ ἔχοισ' ἀνέμοιο· χάρις δ' οὐχ' ἕσπετο μύθοις.
σφὼ γὰρ ἀκηλήτω καὶ απηνέες. ἀλλ' ἔτι καὶ νῦν
πείθεσθ'· ἄμφω δ' ἄμμιν ἀνεψιὼ ἐκ πατρὸς ἐστόν.
εἰ δ' ὑμῖν κραδία πόλεμον ποθεῖ, αἵματι δὲ χρὴ
νεῖκος ἀναῤῥῆξαντας ὁμοίϊον ἔχθεα λῦσαι,
Ἴδας μὲν καὶ ὅμαιμος ἐὸς κρατερὸς Πολυδεύκης
χεῖρας ἐρωήσουσιν ἀπεχθομένας ὑσμίνας·
νῶϊ δ', ἐγὼ Κάστωρ τε, διακρινώμεθ' Ἀρηϊ,
ὁπλοτέρω γεγαῶτε· γονεῦσι δὲ μὴ πολὺ πένθος
ἀμετέροισι λίπωμεν· ἄλις νέκυς ἐξ ἑνὸς οἴκου
εἷς· ἀτὰρ ὤλλοι πάντας ἐϋφρανέουσιν ἑταίρους,

Nobis nuptias, et vobis alias excogitemus omnes."
Dicebam talia multa: ea vero in humidos fluctus abiit
Flatus venti auferens, neque gratia secuta est sermonem:
Vos enim immites et sævi. Sed etiam nunc
Obtemperate: ambo enim nobis fratres patrueles ex patre estis.
Sin vobis animus bellum cupit, et sanguine oportet
Prœlio ancipiti conserto odia dirimere;
Idas quidem, et consanguineus ejus fortis Pollux,
Manus continebunt ab odiosa pugna:
Sed nos duo, ego et Castor, prœlio decertemus,
Minores natu existentes: neque parentibus nimium luctum
Nostris relinquamus: satis est mortuus una ex domo
Unus: verum cæteri omnes amicos lætitia afficient,

νυμφίοι ἀντὶ νεκρῶν, ὑμεναιώσουσι δὲ κούρας
τάσδ'· ὀλίγῳ τοι ἔοικε κακῷ μέγα νεῖκος ἀναιρεῖν.
Εἶπε, τὰ δ' οὐκ ἄρ' ἔμελλε θεὸς μεταμώνια θήσειν.
τὼ μὲν γὰρ ποτὶ γαῖαν ἀπ' ὤμων τεύχε' ἔθεντο,
τοὶ γενεᾷ προφέρεσκον· ὁ δ' εἰς μέσον ἦλυθε Λυγκεύς,
σείων καρτερὸν ἔγχος ὑπ' ἀσπίδος ἄντυγα πράταν·
ὡς δ' αὕτως ἄκρας ἐτινάξατο δούρατος ἀκμὰς
Κάστωρ· ἀμφοτέροις δὲ λόφων ἐπένευον ἔθειραι.
ἔγχεσι μὲν πράτιστα τιτυσκόμενοι πόνον εἶχον
ἀλλάλων, εἴ που τὶ χροὸς γυμνωθὲν ἴδοιεν.
ἀλλ' ἤτοι τὰ μὲν ἄκρα, πάρος τινὰ δηλήσασθαι,
δοῦρ' ἐάγη, σακέεσσιν ἐν ἰτεϊνοῖσι παγέντα.
τὼ δ' ἄορ' ἐκ κολεοῖϊν ἐρυσσαμένὼ, φόνον αὖθις

Sponsi pro mortuis; ducent autem virgines
Hasce: modico malo par est magnum dissidium dirimere."
Dixit: ea vero Deus non irrita facturus erat.
Illi enim ab humeris in terram arma deponebant,
Qui ætate præstabant: verum Lynceus in medium processit,
Quatiens fortem hastam sub orbe summo scuti.
Eodem modo et extremam quatiebat hastæ cuspidem
Castor: utrique vero cristæ in cono galeæ nutabant.
Hastis quidem primum laborabant, collineantes
Alter in alterum, sicubi aliquam corporis partem nudam viderent.
Verum extremitates, priusquam quenquam læsissent,
Hastarum frangebantur, in saligneis scutis fixæ.
Illi vero enses è vaginis stringentes, rursum cædem

τεῦχον ἐπ' ἀλλάλοισι· μάχης δ' οὐ γίνετ' ἐρωή.
πολλὰ μὲν εἰς σάκος εὐρὺ καὶ ἱππόκομον τρυφάλειαν
Κάστωρ, πολλὰ δ' ἔνυξεν ἀκριβὴς ὄμμασι Λυγκεὺς
τοῖο σάκος, φοίνικα δ' ὅσον λόφον ἵκετ' ἀκωκή.
τοὺ μὲν ἄκραν ἐκόλουσεν ἐπὶ σκαιὸν γόνυ χεῖρα
φάσγανον ὀξὺ φέροντος ὑπεξαναβὰς ποδὶ Κάστωρ
σκαιῷ· ὁ δὲ, πλαγεὶς ξίφος ἔκβαλεν· αἶψα δὲ φεύγειν
ὡρμάθη ποτὶ σᾶμα πατρὸς, ὅθι καρτερὸς Ἴδας
κεκλιμένος θαεῖτο μάχην ἐμφύλιον ἀνδρῶν.
ἀλλὰ μεταΐξας πλατυ φάσγανον ὦσε διαπρὸ
Τυνδαρίδας λαγόνος τε καὶ ὀμφαλοῦ· ἔγκατα δ' εἴσω
χαλκὸς ἄφαρ διέχευεν· ὁ δ' εἰς χθόνα κεῖτο νενευκὼς
Λυγκεὺς, καδδ' ἄρα οἱ βλεφάρων βαρὺς ἔδραμεν ὕπνος.

Sibi mutuo struebant, neque ulla pugnæ remissio fiebat.
Multum in scutum latum et comantem galeam
Castor, multum etiam percussit acer oculos Lynceus
Illius scutum, rubram vero ad cristam usque gladii acies pervenit.
Hujus quidem summam mutilavit manum in lævo genu
Acutum ensem ferentis cedens pede Castor
Sinistro: ille vero ictus abjecit ensem, et statim ad fugiendum
Incitabatur ad patris sepulcrum, ubi fortis Idas
Reclinatus spectabat pugnam consanguineam virorum.
Sed irruens, latum ensem penitus adegit
Tyndarides, per ilia et umbilicum: intestina vero intus
Ferrum statim disjecit. Humi autem stratus jacebat
Lynceus, oculosque illi gravis invasit somnus.

οὐ μὰν οὐδὲ τὸν ἄλλον ἐφ' ἑστίῃ εἶδε πατρώῃ
παίδων Λαοκόωσα, φίλον γάμον ἐκτελέσαντα.
ἦ γὰρ ὄγε στάλαν Ἀφαρηΐου ἐξανήχουσαν
τύμβῳ, ἀναῤῥήξας ταχέως Μεσσάνιος Ἴδας,
μέλλε κασιγνήτοιο βαλεῖν σφετέροιο φονῆα·
ἀλλὰ Ζεὺς ἐπάμυνε, χερῶν δέ οἱ ἔκβαλε τυκτὰν
μάρμαρον, αὐτὸν δὲ φλογέῳ συνέφλεξε κεραυνῷ.
οὕτω Τυνδαρίδαις πολεμιζέμεν οὐκ ἐν ἐλαφρῷ.
αὐτοί τε κρατέοντε, καὶ ἐκ κρατέοντος ἔφυσαν.

Χαίρετε Λήδας τέκνα, καὶ ἀμετέροις κλέος ὕμνοις
ἐσθλὸν ἀεὶ πέμποιτε. φίλοι δέ γε πάντες ἀοιδοὶ
Τυνδαρίδαις, Ἑλένᾳ τε, καὶ ἄλλοις ἡρώεσσιν,
Ἴλιον οἳ διέπερσαν, ἀρῆγοντες Μενελάῳ.

Neque sane alterum in domo vidit paterna
Ex filiis Laocoosa gratas nuptias assecutum.
Nempe columnam quæ in Apharei extabat
Sepulcro, erutam celeriter Messenius Idas,
Jacere volebat in fratris sui interfectorem:
Sed Jupiter opem tulit, manibusque illius excussit fabrefactum
Marmor, ipsumque flammeo combussit fulmine.
Sic cum Tyndaridis pugnare haud leve est.
Nam et ipsi fortes sunt, et ex forti nati.

Salvete filii Ledæ, et nostris famam hymnis
Bonam semper mittite. Amici utique sunt omnes Poëtæ
Tyndaridis et Helenæ, et aliis heroïbus,
Qui Trojam exciderunt, auxilium ferentes Menelao.

ὑμῖν κῦδος ἄνακτες ἐμήσατο Χῖος ἀοιδὸς,
ὑμνήσας Πριάμοιο πόλιν, καὶ νῆας Ἀχαιῶν,
Ἰλιάδας τε μάχας, Ἀχιλῆά τε πύργον ἀϋτῆς·
ὑμῖν αὖ καὶ ἐγὼ λιγεῶν μειλίγματα Μουσῶν,
οἷ' αὐταὶ παρέχουσι, καὶ ὡς ἐμὸς οἶκος ὑπαρχει,
τοῖα φέρω. γεράων δὲ θεοῖς κάλλιστον ἀοιδή.

Vobis, ô reges, gloriam peperit Chius vates,
Carmine celebrans urbem Priami, et naves Græcorum,
Et prœlia Iliaca, et Achillem turrim belli.
Vobis autem et ego suaviter canentium lenimina Musarum,
Qualia ipsæ præbent, et ut domus nostræ facultas est,
Talia fero. Carmen autem inter deos pulcherrimus honor est.

ARGUMENTUM

XXIII. EIDYLLII.

Narratio de quodam infelici amatore, qui durum et inhumanum adolescentem amabat a quo cum contemptus esset, ipse sibi mortem conscivit. Et adolescens quoque paulo post interiit, statua cujusdam ruina oppressus. Simile argumentum est secundæ Eclogæ Virgilii, præterquam quod hoc magis tragicum est.

ΕΡΑΣΤΗΣ, Ἡ ΔΥΣΕΡΩΣ,

ΕΙΔΥΛΛΙΟΝ κγ'.

ΑΝΗΡ τις πολύφιλτρος ἀπηνέος ἤρατ' ἐφάβου,
τὰν μορφὰν ἀγαθῶ, τὸν δὲ τρόπον οὐκ ἔθ' ὁμοίω.
μίσει τὸν φιλέοντα, καὶ οὐδὲ ἓν ἄμερον εἶχε,
κοὐκ ἤδη τὸν Ἔρωτα, τίς ἦν θεὸς, ἡλίκα τόξα
χερσὶ κρατεῖ, πῶς πικρὰ βέλη ποτὶ παιδία βάλλει.

AMATOR, VEL INFELIX AMATOR,

EIDYLLION XXIII.

Vir quidam valde amori deditus, crudelem amabat adolescentem.
Forma quidem bona, sed moribus nequaquam similibus *præditum*.
Oderat amantem, nec quicquam mansuetudinis habebat:
Nec norat Amorem qualis esset Deus, quales arcus
Manibus teneat, quomodo acerba tela in adolescentes conjiciat.

πάντα δὲ κἂν μύθοισι καὶ ἐν προσόδοισιν ἀτειρής·
οὐδέ τι τῶν πυρσῶν παραμύθιον, οὐκ ἀμάρυγμα
χείλεος, οὐκ ὄσσων λιπαρὸν σέλας, οὐ ῥοδόμαλον,
οὐ λόγος, οὐχὶ φίλαμα τὸ κουφίζον τὸν ἔρωτα·
οἷα δὲ θὴρ ὑλαῖος ὑποπτεύησι κυναγὼς,
οὕτω πάντ' ἐποίει ποτὶ τὸν βροτόν· ἄγρια δ' αὐτῷ
χείλεα, καὶ κῶραι δεινὸν βλέπον, † εἶχεν ἀνάγκαν·
τᾷ δὲ χολᾷ τὸ πρόσωπον ἀμείβετο· φεῦγε δ' ἀπὸ χρὼς
†ὕβριν τᾶς ὀργᾶς περικείμενος· ἀλλὰ καὶ οὕτως
ἦν καλός· ἐξ ὀργᾶς ἐρεθίζετο μᾶλλον ἐραστάς.
λοίσθιον οὐκ ἤνεικε τόσαν φλόγα τᾶς Κυθερείας,
ἀλλ' ἐνθὼν ἔκλαιε ποτὶ στυγνοῖσι μελάθροις,
καὶ κύσε τὰν φλιάν· οὕτω δ' ἀνενείκατο φωνάν·

Ubique vero et in verbis et in congressibus ferus *erat*.
Neque ullum flammæ solatium *erat*, non nitor
Oris, non oculorum nitidum jubar, non roseæ genæ,
Non oratio, non osculum leniens amorem:
Sed veluti fera silvestris observat venatores,
Ita omnia faciebat erga hominem: sæva illi erant
Labra, et oculi torvum aspiciebant: inerat his truculentia,
Atque bili facies respondebat: fugiebat inde color
Contumelia ex iracundia circumfusus. Attamen etiam sic
Pulcher erat: irâ magis incitabatur amator.
Tandem non sustinuit tantam Veneris flammam,
Sed flevit accedens tristem domum,
Et osculatus est limen: ac sic extulit vocem:

Ἄγριε παῖ καὶ στυγνὲ, κακᾶς ἀνάθρεμμα λεαίνας,
λαΐνε παῖ, καὶ ἔρωτος ἀνάξιε, δῶρά τοι ἦνθον
λοίσθια ταῦτα φέρων, τὸν ἐμὸν βρόχον· οὐκ ἔτι γάρ
κῶρ', ἐθέλω λυπῆν κεχολωμένον· ἀλλὰ βαδίζω [σε,
ἔνθα τύ μευ κατέκρινας, ὅπη λόγος ἦμεν ἀταρπόν,
ξυνὸν τοῖσιν ἐρῶσι τὸ φάρμακον, ἔνθα τὸ λᾶθος.
ἀλλὰ καὶ ἦν ὅλον αὐτὸ λαβὼν ποτὶ χεῖλος ἀμέλξω,
οὐδέ κε τὼς σβέσσω τὸν ἐμὸν πόθον. ἄρτι δὲ χαίρειν
τοῖσι τεοῖς προθύροις ἐπιβάλλομαι· οἶδα τὸ μέλλον.
καὶ τὸ ῥόδον καλόν ἐστι, καὶ ὁ χρόνος αὐτὸ μαραίνει·
καὶ τὸ ἴον· καλόν ἐστιν ἐν εἴαρι, καὶ ταχὺ γηρᾷ·
λευκὸν τὸ κρίνον ἐστὶ, μαραίνεται ἀνίκα πίπτει·
ἁ δὲ χιὼν λευκὰ, καὶ τάκεται ἀνίκα παχθῇ·

Sæve puer et tristis, alumne malæ leænæ,
Saxee puer, et indigne amore, dona tibi veni
Ultima hæc ferens, *nempe* laqueum meum. Non enim amplius te,
Puer, volo molestia afficere iratum: sed abeo
Quo tu me adjudicasti; ubi fama est esse viam,
Commune amantibus remedium, ubi oblivio:
Quam etiam si totam ori admovens exhauriam,
Ne sic quidem restinxero meum desiderium. Jam vero Vale
Tuis vestibulis denuncio. Scio quid futurum sit:
Et rosa pulchra est, et tempus eam contabefacit:
Et viola pulchra est in vere, et statim senescit.
Candidum est lilium, tabescit vero cum decidit.
Et nix candida est, et liquitur cum concreverit.

καὶ κάλλος καλόν ἐστι τὸ παιδικὸν, ἀλλ' ὀλίγον ζῇ.
ἥξει καιρὸς ἐκεῖνος ὀπανίκα καὶ τὺ φιλάσεις,
ἀνίκα τὰν κραδίαν ὀπτεύμενος ἀλμυρὰ κλαύσεις.
ἀλλὰ τύ, παῖ, καὶ τοῦτο πανύστατον ἀδύ τι ῥέξον·
ὀππόταν ἐξενθὼν ἠρτημένον ἐν προθύροισι
τοῖσι τεοῖσιν ἴδῃς, τὸν τλάμονα μή με παρένθῃς·
στᾶθι δὲ, καὶ βραχὺ κλαῦσον· ἐπισπείσας δὲ τὸ δάκρυ,
λῦσον τῶ σχοίνω με· καὶ ἀμφίθες ἐκ ῥεθέων σῶν
εἵματα, καὶ κρύψον με· τὸ δ' αὖ πύματόν με φίλασον·
κᾆν νεκρῷ χάρισαι τὰ σὰ χείλεα· μή με φοβαθῇς·
οὐ δύναμαι ζῆν, εἴγε διαλλάξας με φιλάσεις.
χῶμα δέ μοι κοίλανον, ὅ μευ κρύψει τὸν ἔρωτα·
κᾆν ἀπίκῃ, τόδέ μοι τρὶς ἐπάϋσον, Ὦ φίλε κεῖσαι·

Et forma puerilis pulchra est, sed brevi tempore durat.
Veniet tempus illud, cum et tu amabis,
Cum corde tosto amare flebis.
Sed tu puer saltem hoc ultimum mihi gratum facito:
Quando egressus suspensum in foribus
Hisce tuis videris, ne me miserum prætereas:
Consiste autem et modicum lacrimare: libans vero lacrimam,
Solve à laqueo me, et circunda à membris tuis
Vestimenta, et tege me: et postremum me osculare:
Saltem et mortuo gratificare labris tuis. Ne me metuas:
Non possum reviviscere, etsi mutatus me osculaberis.
Tumulum vero mihi excavato, qui meum tegat amorem.
Cumque abieris, ter mihi istud acclama: "O amice jaces."

ἦν δέ γε λῇς, καὶ τοῦτο, Καλὸς δέ μοι ὤλεθ' ἑταῖρος.
γράψον καὶ τόδε γράμμα, τό σοι † στίχοισι χαράξω·
Τοῦτον Ἔρως ἔκτεινεν, ὁδοιπόρε· μὴ παροδεύσῃς,
ἀλλὰ στὰς τόδε λέξον, ἀπηνέα εἶχεν ἑταῖρον.

Ὣδ' εἰπὼν, λίθον εἷλεν· ἐρεισάμενος δ' ἐπὶ τοίχῳ
ἄχρι μέσων οὐδῶν φοβερὸν λίθον, ἧπτεν ἀπ' αὐτῶν
τὰν λεπτὰν σχοινῖδα· βρόχον δ' ἔμβαλλε τραχήλῳ·
τὰν ἕδραν δ' ἐκύλισεν ὑπὲκ ποδὸς, ἠδ' ἐκρεμάσθη
νεκρός· ὁ δ' αὖτ' ὤϊξε θύρας, καὶ τὸν νεκρὸν εἶδεν
αὐλᾶς ἐξ ἰδίας ἠρτημένον· οὐδ' ἐλυγίχθη
τὰν ψυχὰν, οὐ κλαῦσε νέον φόνον, ἀλλ' ἐπὶ νεκρῷ
εἵματα πάντ' ἐμίανεν ἐφαβικά· βαῖνε δ' ἐς ἄθλως
γυμναστῶν, καὶ τῆλε φίλων ἐπεμαίετο λουτρῶν.

Si voles, et hoc adde; "Bonus mihi periit sodalis."
Scribe et hanc inscriptionem, quam tibi versibus exarabo:
Hunc Amor occidit, viator; ne transeas,
Sed consistens hoc dicito, Crudelem habuit socium.

Sic loquutus, cepit lapidem: et erigens ad parietem,
Usque ad medium limen ingentem lapidem, alligavit ex illo, *s. lissia*
Exilem funiculum, laqueumque injecit collo,
Et sedem devolvit à pedibus, atque pependit
Mortuus: ille autem aperuit fores, et mortuum vidit
Ex atrio suo suspensum: neque flexus est
Animo, nec deflevit recentem interitum, sed in mortuo
Vestimenta omnia polluit puerilia: ivitque ad certamen
Athletarum, et procul grata requirebat lavacra.

καὶ ποτὶ τὸν θεὸν ἦνθε τὸν ὕβρισε· λαϊνέας δε
ἵστατ' ἐπὶ κρηπῖδος Ἔρως, ὑδάτων ἐφύπερθεν.
ἄλατο καὶ τῶγαλμα, κακὸν δ' ἔκτεινεν ἔφαβον·
νᾶμα δ' εφοινίχθη· παιδὸς δ' ἐπενάχετο φωνά.
Χαίρετε τοὶ φιλέοντες· ὁ γὰρ μισῶν ἐφονεύθη·
στέργετε δ' ὔμμες, ἀΐται· ὁ γὰρ θεὸς οἶδε δικάζειν.

Et ad deum venit quem læserat: nam lapidea
Stabat ex basi Cupido, *eminens* supra aquas.
Exiliit simulacrum, et improbum occidit adolescentem:
Aqua autem purpurea facta est: pueri vero supernatabat vox.
Valete amantes: nam qui oderat interfectus est.
Vos vero amate, ô amati: Deus enim novit judicare.

ARGUMENTUM,

XXIV. EIDYLII.

Hoc Eidyllion totum est *διηγηματικον*. **Primum enim commemorat, quomodo Her- les puer decem tantum natus menses, duos immani magnitudine dracones, noctu tempore ut ipsum interficerent, immissos a Junone, manibus eliserit ac laceraver Deinde vaticinium Tiresiæ refertur. Sequitur postea pulchra distributio quibus p ceptoribus Hercules, quaque in arte usus fuerit. Ait Linum illi præceptorem in li rarum ac doctrinæ studiis fuisse : ab Eumolpo vero Musicam ipsum didicisse : ab a porro belli artes, et rei militaris scientiam. Pars ultima, qua vitæ ac victus ratio c ponitur, intercidit. Mancum itaque seu mutilum hoc Eidyllion, fine præciso, habem sicut et sequenti Eidyllio caput seu initium deest.**

ἩΡΑΚΛΙΣΚΟΣ,

ΕΙΔΥΛΛΙΟΝ κδ'.

Ἡρακλέα δεκάμηνον ἐόντα ποχ' ἁ Μιδεᾶτις
Ἀλκμήνα, καὶ νυκτὶ νεώτερον Ἰφικλῆα,
ἀμφοτέρως λούσασα καὶ ἐμπλησασα γάλακτος,
χαλκείαν κατέθηκεν ἐπ' ἀσπίδα, τὰν Πτερελάου
Ἀμφιτρύων καλὸν ὅπλον ἀπεσκύλευσε πεσόντος.

HERCULISCUS,

EIDYLLION XXIV.

Herculem cum jam decem menses natus esset, quondam Mide
Alcmena, et nocte minorem Iphiclum,
Cum ambos lavisset, et lacte replevisset,
Posuit super scutum æreum, quod Pterelæ
Amphitryo pulchram armaturam ademerat interfecto.

ἁπτομένα δὲ γυνὰ κεφαλᾶς μυθήσατο παίδων,
Εὕδετ' ἐμὰ βρέφεα γλυκερὸν καὶ ἐγέρσιμον ὕπνον·
εὕδετ' ἐμὰ ψυχά, δύ' ἀδελφεώ, εὔσοα τέκνα·
ὄλβιοι εὐνάζοισθε, καὶ ὄλβιοι ἀῶ ἵκοισθε.
Ὣς φαμένα δίνασε σάκος μέγα· τοὺς δ' ἔλαβ' ὕπνος.
ἅμος δὲ στρέφεται μεσονύκτιον ἐς δύσιν ἄρκτος
Ὡρίωνα κατ' αὐτὸν, ὁ δ' ἀμφαίνει μέγαν ὦμον·
τᾶμος ἄρ' αἰνὰ πέλωρα δύω πολυμήχανος Ἥρη
κυανέαις φρίσσοντας ὑπὸ σπείραισι δράκοντας
ὦρσεν ἐπὶ πλατὺν οὐδὸν, ὅθι σταθμὰ κοῖλα θυράων
οἴκω, ἀπειλήσασα φαγεῖν βρέφος Ἡρακλῆα.
τὼ δ' ἐξειλυσθέντες ἐπὶ χθονὶ γαστέρας ἄμφω
αἱμοβόρως ἐκύλιον· ἀπ' ὀφθαλμῶν δὲ κακὸν πῦρ

Tangens vero mulier puerorum capita, sic dixit:
Dormite pueri mei dulcem et excitabilem somnum:
Dormite animi mei, fratres duo, incolumes liberi:
Felices dormiatis, et felices auroram consequamini.
Sic locuta, movit scutum grande: illos autem occupavit somnus.
Cum vero media nocte ursa ad occasum vertitur,
Juxta Orionem ipsum, ille autem latum ostendit humerum;
Tunc horrenda monstra duo insidiosa Juno,
Cæruleis horrentes spiris dracones,
Immisit ad latum limen, ubi sunt cavæ postes januæ
Domus; minis instigans ut devorarent infantem Herculem.
Illi vero provoluti in terra, ventres ambo
Cruorivoros volvebant: ab oculis autem mala flamma

ἐρχομένοις λάμπεσκε, βαρὺν δ' ἐξέπτυον ἰόν.
ἀλλ' ὅτε δὴ παίδων λιχμώμενοι ἐγγύθεν ἦνθον,
καὶ τότ' ἄρ' ἐξέγροντο, Διὸς νοέοντος ἅπαντα,
Ἀλκμήνας φίλα τέκνα· φάος δ' ἀνὰ οἶκον ἐτύχθη.
ἦ τοι ὅγ' εὐθὺς ἄϋσεν, ὅπως κακὰ θηρί' ἀνέγνω
κοίλῳ ὑπὲρ σάκεος, καὶ ἀναιδέας εἶδεν ὀδόντας,
Ἰφικλέης· οὖλαν δὲ ποσὶν διελάκτισε χλαῖναν,
φευγέμεν ὁρμαίνων· ὁ δ' ἐναντίος εἶχετο χερσὶν
Ἡρακλέης· ἄμφω δέ βαρεῖ ἐνεδήσατο δεσμῷ,
δραξάμενος φάρυγος, ὅθι φάρμακα λυγρὰ τέτυκται
οὐλομένοις ὀφίεσσι, τὰ καὶ θεοὶ ἐχθαίροντι.
τῷ δ' αὖτε σπείραισιν ἐλισσέσθην περὶ παῖδα
ὀψίγονον, γαλαθηνὸν, ὑπὸ τροφῷ αἰὲν ἄδακρυν.

Euntibus lucebat, noxiumque expuebant venenum.
Verum ubi jam prope pueros venerunt, ora lambentes,
Tunc experrecti sunt (Jove prospiciente omnia)
Alcmenæ cari pueri: lux autem in domo extitit.
Et alter quidem statim exclamavit, ubi malas bestias sensit
Super cavum scutum, et obscenos vidit dentes,
Iphiclus, mollemque pedibus calcitrando disjecit lænam,
Fugere cupiens: alter autem adversus hærebat manibus
Hercules, ambosque gravi innexuit vinculo,
Comprimens jugulum, ubi mala venena sedem habent
Perniciosis serpentibus, quæ etiam dii oderunt.
Illi autem spiris volvebantur circum puerum
Tarde genitum, lactentem, nec sub nutrice unquam vagientem.

ἂψ δὲ πάλιν διέλυσαν, ἐπεὶ μογέοιεν ἀκάνθας,
δεσμῶ ἀναγκαίῳ πειρώμενοι ἔκλυσιν εὑρῆν.
Ἀλκμήνα δ' ἐσάκουσε βοᾶς, καὶ ἐπέγρετο πρώτα·
"Ανσταθ' Ἀμφιτρύων· ἐμὲ γὰρ δέος ἴσχει ὀκνηρόν·
ἄνστα, μηδὲ πόδεσσι τεοῖς ὑπὸ σάνδαλα θείης.
οὐκ ἀΐεις παίδων ὁ νεώτερος ὅσσον ἀϋτεῖ;
αὐ ναέεις ὅτι νυκτὸς ἀωρί που οἵδέ τε τοῖχοι
πάντες ἀριφραδέες, καθαρᾶς ἄτερ ἠριγενείας;
ἔστι τί μοι κατὰ δῶμα νεώτερον, ἔστι, φίλ' ἀνδρῶν.
Ὣς φάθ'· ὁ δ' ἐξ εὐνᾶς ἀλόχῳ κατέβαινε πιθήσας·
δαιδάλεον δ' ὥρμησε μετὰ ξίφος, †ὅρρ' οἱ ὕπερθε
κλιντῆρος κεδρίνω περὶ πασσάλῳ αἰὲν ἄωρτο.
ἤτοι ὅγ' ὠριγνᾶτο νεοκλώστω τελαμῶνος,

Mox vero rursus solverunt, cum defatigati essent spinas *dorsi*,
Vinculi violenti conantes solutionem invenire.
Alcmena autem audivit clamorem, et prima expergefacta est;
"Surge Amphitryo: me enim metus tenet formidolosus:
Surge, neque pedibus tuis sandalia subjicias.
Nonne audis filiorum minor natu quam clamat?
Non sentis quod nocte intempesta adhuc hi parietes
Omnes collucent, cum nondum sit clara aurora?
Aliquid mihi novi est in domo, est, care vir.
Sic ait: ille vero è lecto descendit, conjugi obtemperans,
Et affabrefactum ad ensem properabat, qui illi ad caput
Lectuli cedrini à clavo semper suspensus erat.
Ille utique petebat recens contextum lorum,

κουφίζων ἑτέρᾳ κολεὸν, μέγα λώτινον ἔργον·
ἀμφιλαφὴς δ' ἄρα παστὰς ἐνεπλήσθη πάλιν ὄρφνης·
δμῶας δὴ τότ' ἄϋσεν ὕπνον βαρὺν ἐκφυσῶντας,
Οἵσετε πῦρ ὅτι θᾶσσον ἀπ' ἐσχαρεῶνος ἑλόντες,
δμῶες ἐμοὶ, στιβαρὼς δὲ θυρᾶν ἀνακόψατ' ὀχῆας·
ἄνστατε δμῶες ταλασίφρονες· αὐτὸς ἀΰτεῖ.
[Ἡ ῥα γυνὴ Φοίνισσα μύλαις ἔπι κοῖτον ἔχουσα.]
οἱ δ' αἶψα προγένοντο λύχνοις ἅμα δαιομένοισι
δμῶες· ἐνεπλήσθη δὲ δόμος σπεύδοντος ἑκάστου.
ἦτοι ἄρ' ὡς εἶδόντ' ἐπιτίτθιον Ἡρακλῆα
θῆρε δύω χείρεσσιν ἀπρὶξ ἀπαλαῖσιν ἔχοντα,
συμπλήγδην ἰάχησαν· ὁ δ' ἐς πατέρ' Ἀμφιτρύωνα
ἑρπετὰ δεικανάεσκεν· ἐπάλλετο δ' ὑψόθι χαίρων

Levans altera manu vaginam, magnum è loto opus.
Amplus autem thalamus rursum caligine repletus est.
Tunc famulos clamore vocavit, gravem somnum efflantes,
"Afferte quam celerrime ignem è foco arreptum,
Famuli mei; et firma januarum removete repagula.
Surgite famuli operum patientes; ipse clamat."
[*Hæc* dixit mulier Phœnissa ad molam cubile habens.]
Statim vero aderant una cum lychnis ardentibus
Famuli: et domus, cum *pro se* quisque festinaret, repleta est.
Ut sane viderunt Herculem parvulum
Belluas duas tenaciter manibus teneris prementem
Una *quasi* collisione vociferabantur: ille vero ad patrem Amphitry
Serpentes *comprehensos* porrigebat, et alte exiliebat gaudens

κωροσύνᾳ· γελάσας δὲ, πάρος κατέθηκε ποδοῖϊν
πατρὸς ἑοῦ θανάτῳ κεκαρωμένα δεινὰ πέλωρα.
Ἀλκμήνα μὲν ἔπειτα ποτὶ σφέτερον βάλε κόλπον
ξηρὸν ὑπαὶ δείους ἀκράχολον Ἰφικλῆα·
Ἀμφιτρύων δὲ τὸν ἄλλον ὑπ' ἀμνείαν θέτο χλαῖναν
παῖδα· πάλιν δ' ἐς λέκτρον ἰὼν ἐμνάσατο κοίτω.
Ὄρνιχες τρίτον ἄρτι τὸν ἔσχατον ὄρθρον ἄειδον·
Τειρεσίαν τόκα μάντιν, ἀλαθέα πάντα λέγοντα,
Ἀλκμήνα καλέσασα, χρέος κατέλεξε νεοχμὸν,
καί νιν ὑποκρίνεσθαι ὅπως τελέεσθαι ἔμελλεν
ἠνώγει· Μηδ' εἴ τι θεοὶ νοέοντι πονηρὸν,
αἰδόμενος ἐμὲ κρύπτε· καὶ ὡς οὐκ ἔστιν ἀλύξαι
ἀνθρώποις ὅ τι Μοῖρα κατὰ κλωστῆρος ἐπείγει,

Pueriliter: cumque risu ad pedes abjecit
Patris sui, morte sopita horrenda monstra.
Alcmena deinde in suum conjecit gremium,
Exanimatum metu biliosum Iphiclum.
Amphitryo vero alterum sub agninam posuit lænam
Puerum, et iterum ad lectum rediit ut dormiret.
Galli tertium jam ultimum diluculum cantu indicabant,
Tunc Tiresiam vatem vera omnia dicentem
Alcmena cum vocasset, portentum exposuit recens:
Et ipsum respondere, quid eventurum esset,
Jussit: "Et ne si quid (*inquit*) Dii adversi cogitant,
Reveritus me celes: non enim effugere posse
Homines, id quod Parca per fila sua urget,

†μάντι Εὐηρείδα, μάλα σε φρονέοντα διδάσκω.
Τὼς ἔλεγεν βασίλεια· ὁ δ' ἀνταμείβετο τοίως,
θάρσει ἀριστοτόκεια γύναι, Περσήϊον αἷμα.
[θάρσει· μελλόντων δὲ τὸ λωΐτον ἐν φρεσὶ θέσθαι.]
ναὶ γὰρ ἐμὸν γλυκὺ φέγγος ἀποιχόμενον πάλαι ὅσ-
πολλαὶ Ἀχαϊάδων μαλακὸν περὶ γούνατι νῆμα [σων
χειρὶ κατατρίψοντι, ἀκρέσπερον ἀείδοισαι
Ἀλκμήναν ὀνομαστί· σέβας δ' ἔσῃ Ἀργείαισι.
τοῖος ἀνὴρ ὅδε μέλλει ἐς οὐρανὸν ἄστρα φέροντα
ἀμβαίνειν, τεὸς υἱός, ἀπὸ στέρνων πλατὺς ἥρως,
οὗ καὶ θηρία πάντα καὶ ἀνέρες ἥσσονες ἄλλοι.
δώδεκά οἱ τελέσαντι πεπρωμένον ἐν Διὸς οἴκῳ
μόχθως· θνατὰ δὲ πάντα πυρὰ Τραχίνιος ἐξεῖ.

Vates Eueride, admodum sapientem te doceo."
Sic locuta est regina: ille autem tali modo respondit:
Confide mulier optimæ prolis genitrix, nata ex sanguine Persei.
[Confide; et optimum ex iis quæ futura sunt in animo fige.]
Nam per meum dulce lumen, quod olim ab oculis meis recessit,
Multæ Græcæ mulieres, mollia fila inter genua
Manibus versabunt, extremo vespere cantu celebrantes
Alcmenam nominatim: reverenter vero coleris a mulieribus Argivis
Talis hic vir in astriferum cœlum
Ascensurus est filius tuus lato pectore heros:
A quo et belluæ omnes, et alii viri superabuntur.
Illi in fatis est, ubi duodecim perfecerit, in domo Jovis habitare,
Labores: et pyra Trachinia quicquid illi mortale est absumet.

γαμβρὸς δ' ἀθανάτων κεκλήσεται, οἳ τάδ' ἐπώρσαν
κνώδαλα φωλεύοντα βρέφος διαδηλήσασθαι.
ἔσται δὴ τοῦτ' ἆμαρ ὀπανίκα νεβρὸν ἐν εὐνᾷ
καρχαρόδων σίνεσθαι ἰδὼν λύκος οὐκ ἐθελήσει.
ἀλλὰ, γύναι, πῦρ μέν τοι ὑπὸ σποδῷ εὔτυκον ἔστω,
κάγκανα δ' ἀσπαλάθω ξύλ' ἑτοιμάσατ', ἢ παλιούρω,
ἢ βάτῳ, ἢ ἀνέμῳ δεδονημένον αὖον ἄχερδον·
καῖε δὲ τῷδ' ἀγρίαισιν ἐπὶ σχίζαισι δράκοντε
νυκτὶ μέσᾳ, ὅκα παῖδα κανῆν τεὸν ἤθελον αὐτοί.
ἦρι δὲ, συλλέξασα κόνιν πυρὸς ἀμφιπόλων τὶς,
ῥιψάτω εὖ μάλα πᾶσαν ὑπὲρ ποταμοῖο φέροισα,
ῥωγάδας ἐς πέτρας, ὑπερούριον· ἂψ δὲ νέεσθαι
ἄστρεπτος· καθαρῷ δὲ πυρώσατε δῶμα θείῳ

Gener autem Immortalium vocabitur, qui hæc excitarunt
Monstra speluncis occultata, *ut* puerum læderent.
Tempus sane erit illud, quando hinnulum in suo lustro
Serratis dentibus lupus videns, lædere non volet.
Verum Domina, vide ut ignis tibi sub cinere paratus sit,
Et ligna arida aspalathi instruite, vel paliuri,
Vel rubi, vel vento agitatum siccum acherdum:
In silvestribus vero hisce lignis sectis combure hos dracones
Media nocte, quando puerum tuum occidere ipsi volebant.
Sub auroram vero aliqua ex ancillis collectum cinerem
Projiciat bene omnem, ad fluvium ferens,
In petras præruptas, in ventum secundum: statimque redeat,
Non respectans: et puro lustrate domum sulphure

πρᾶτον· ἔπειτα δ' ἅλεσσι μεμιγμένον, ὡς νενόμιστ
θαλλῷ ἐπιῤῥαίνειν ἑστεμμένον ἀβλαβὲς ὕδωρ·
Ζηνὶ δ' ἐπιῤῥέξαι καθυπερτέρῳ ἄρσενα χοῖρον·
δυσμενέων αἰεὶ καθυπέρτεροι ὡς τελέθοιτε.

Φᾶ, καὶ ἐρωήσας ἐλεφάντινον ᾤχετο δίφρον
Τειρεσίας, πολλοῖσι βαρύς περ ἐὼν ἐνιαυτοῖς.
Ἡρακλέης δ' ὑπὸ μητρὶ, νέον φυτὸν ὡς ἐν ἀλωᾷ,
ἐτρέφετ', Ἀργείῳ κεκλημένος Ἀμφιτρύωνος.
γράμματα μὲν τὸν παῖδα γέρων Λίνος ἐξεδίδαξεν,
υἱὸς Ἀπόλλωνος, μελεδωνεὺς, ἄγρυπνος ἥρως·
τόξον δ' ἐντανύσαι καὶ ἐπίσκοπον εἶναι ὀϊστῶν,
Εὔρυτος, ἐκ πατέρων μεγάλαις ἀφνειὸς ἀρούραις.
αὐτὰρ ἀοιδὸν ἔθηκε καὶ ἄμφω χεῖρας ἔπλασσεν

Primum, deinde sale mixta (ut consuetum est)
Ramoque virenti coronata, aspergite pura aqua.
Jovi autem mactate supremo masculum porcum,
Ut hostibus *vestris* semper superiores sitis.
Dixit, et recedens ad eburneum currum abiit
Tiresias, etsi multis annis gravis erat.
Hercules vero apud matrem, sicut tenera planta in viridario,
Alebatur, Argivi *filius* dictus Amphitryonis.
Literas quidem puerum senex docuit Linus,
Filius Apollinis, procurator diligens, pervigil heros:
Arcum autem tendere, et certum esse sagittæ jaculatorem,
Eurytus à majoribus amplis locuples arvis.
Sed cantorem eum fecit, et ambas manus formavit

πυξίνᾳ ἐν φόρμιγγι Φιλαμμονίδας Εὔμολπος.
ὅσσα δ' ἀπὸ σκελέων ἑδροστρόφοι Ἀργόθεν ἄνδρες
ἀλλάλως σφάλλοντι παλαίσμασιν, ὅσσά τε πύκται
δεινοὶ ἐν ἱμάντεσσιν, ἃ τ' εἰς γαῖαν προπεσόντες
παμμάχοι ἐξεύροντο παλαίσματα σύμφορα τέχνᾳ,
πάντ' ἔμαθ' Ἑρμείαο διδασκόμενος παρὰ παιδὶ
Ἁρπαλύκῳ Φανοτῆϊ· τὸν οὐδ' ἂν τηλόθι λεύσσων
θαρσαλέως τις ἔμεινεν ἀεθλεύοντ' ἐν ἀγῶνι·
τοῖον ἐπισκύνιον βλοσυρῷ ἐπέκειτο προσώπῳ.
ἵππους δ' ἐξελάσασθαι ὑφ' ἅρματι, καὶ περὶ νύσσαν
ἀσφαλέως κάμπτοντα τροχῷ σύριγγα φυλάξαι,
Ἀμφιτρύων ὃν παῖδα φίλα φρονέων ἐδίδασκεν
αὐτός· ἐπεὶ μάλα πολλὰ θοῶν ἐξήρατ' ἀγώνων

In buxea cithara Philammonides Eumolpus.
Quomodo vero à cruribus podicem invertentes ex Argo viri
Sese mutuo luctando supplantant, et quomodo pugiles
Sævi cæstibus, et quæ in terram proclinati
Pancratiastæ invenerunt certamina idonea arti,
Omnia hæc didicit edoctus à filio Mercurii
Harpalyco Phanoteo: cujus ne procul quidem conspectum
Audacter quis sustinuisset, pugnantis in certamine:
Tale supercilium terribili incumbebat faciei.
Porro equos ad currum junctos educere, et circa metam
Tuto flectendo in rotis modiolos axium *ne frangerentur* tueri,
Amphitryo filium suum amans docuit
Ipse: quoniam multa ex velocibus reportavit certaminibus,

Ἄργει ἐν ἱπποβότῳ κειμήλια· καί οἱ ἀεγεῖς
δίφροι ἐφ' ὧν ἐπέβαινε, χρόνῳ διέλυσαν ἱμάντας.
δούρατι δὲ προβολαίῳ, ὑπ' ἀσπίδι νῶτον ἔχοντα,
ἀνδρὸς ὀρέξασθαι, ξιφέων τ' ἀνέχεσθαι ἀμυχμόν,
κοσμῆσαί τε φάλαγγα, λόχον τ' ἀναμετρήσασθαι
δυσμενέων ἐπιόντα, καὶ ἱππῆεσσι κελεῦσαι,
Κάστωρ †ἱππαλίδας ἔδαεν, φυγὰς Ἄργεος ἐνθὼν,
ὁππόκα κλᾶρον ἅπαντα καὶ οἰνόπεδον μέγα Τυδεὺς
ναῖε, παρ' Ἀδρήστοιο λαβὼν ἱππήλατον Ἄργος.
Κάστορι δ' οὔτις ὁμοῖος ἐν ἀμιθέοις πολεμιστὰς
ἄλλος ἔην, πρὶν γῆρας ἀποτρίψαι νεότητα.
Ὧδε μὲν Ἡρακλῆα φίλα παιδεύσατο μάτηρ·
Εὐνὰ δ' ἧς τῷ παιδὶ τετυγμένα ἀγχόθι πατρὸς,

In equestri Argo pretiosa munera: et illi nunquam *in certamine* fra
Currus quibus vehebatur, præ vetustate lora soluta habebant.
At *quomodo* hasta directa, tergo sub scutum occultato,
Virum peteret, et gladiorum vulnera sustineret,
Instrueretque aciem, atque insidias disponeret,
Hostes aggrediens, et equites hortaretur,
Castor eques docuit, quum profugus ex Argo venisset,
Quo tempore totum regnum et vineam magnam Tydeus
Tenebat, equestri Argo ab Adrasto accepto.
Castori autem nullus similis inter heroas bellator
Alius erat, priusquam senium aboleret juventam.
Sic autem Herculem cara edocuit mater.
Torus erat puero instructus prope patrem,

δέρμα λεόντειον, μάλα οἱ κεχαρισμένον αὐτῷ·
δεῖπνον δὲ, κρέα τ' ὀπτὰ, καὶ ἐν κανέῳ μέγας ἄρτος
Δωρικος, ἀσφαλέως κε φυτοσκάφον ἄνδρα κορέσσαι.
αὐτὰρ ἐπ' ἄματι τυννὸν ἄνευ πυρὸς αἴνυτο δόρπον·
εἵματα δ' οὐκ ἀσκητὰ μέσας ὑπὲρ ἔννυτο κνάμας.

* * * * *

Λείπει τὸ τέλος τοῦ παρόντος Εἰδυλλίου.

Exuvium leonis, valde illi ipsi gratum:
Prandium autem, et carnes assatæ, et grandis è canistro panis
Doricus, facile etiam fossorem satiare posset.
Verum finito die exilem absque igne sumebat cœnam:
Vestes autem non elaboratas induebat super mediam suram.

* * * *

Deficit finis hujus Idyllii.

ARGUMENTUM

XXV. EIDYLLII.

Quærens Hercules Augeam regem Elidis, locupletissimum pastorem, primum incidit i
senem quendam ex pastoribus Augeæ a quo ad regem, qui rus ab urbe ad inspiciend
armenta cum filio Phyleo expatiatum iverat, deducitur. Inde in urbem una cum
Hercules et Phyleus: et orto inter eundum, ut fit, sermone, dum Phyleus immanem
exuvium leonis, quo Hercules tectus erat, miratur, et unde illi hæc pellis sit, quærit
Hercules quomodo a se leo Nemeæus interfectus sit, commemorat. Hæc summa est
Eidyllii.

ΗΡΑΚΛΗΣ ΛΕΟΝΤΟΦΟΝΟΣ,

ἢ, κατά τινα ἀντίγραφα,

ΑΥΓΕΙΟΥ ΚΛΗΡΟΣ.

ΕΙΔΥΛΛΙΟΝ κε'.

Λείπει ἡ ἀρχή.

* * * * *

τὸν δ' ὁ γέρων προσέειπε βοῶν ἐπιβουκόλος ἀνὴρ,
παυσάμενος ἔργοιο τό οἱ μετὰ χερσὶν ἔκειτο·

HERCULES LEONIS INTERFECTOR,

VEL

AUGEÆ OPULENTIA.

EIDYLLION XXV.

Deest initium.

* * * *

Hunc senex allocutus est vir boum pastor,
Intermittens opus quod illi in manibus erat:

ἔκ τοι ξεῖνε πρόφρων μυθήσομαι ὅσσ' ἐρεείνεις,
Ἑρμέω ἀζόμενος δεινὴν ὅπιν εἰνοδίοιο·
τὸν γὰρ φασὶ μέγιστον ἐπουρανίων κεχολῶσθαι,
εἴ κεν ὁδοῦ ζαχρεῖον ἀνήνηταί τις ὁδίτην.
ποίμναι μὲν βασιλῆος ἐΰτριχες Αὐγείαο,
οὐ πᾶσαι βόσκονται ἴαν βόσιν, οὐδ' ἕνα χῶρον·
ἀλλ' αἱ μέν ῥα νέμονται ἐπ' ὄχθαις ἄμφ' Ἐλισοῦντος,
αἱ δ' ἱερὸν θείοιο παρὰ ῥόον Ἀλφειοῖο,
αἱ δ' ἐπὶ Βουπρασίου πολυβότρυος, αἱ δὲ, καὶ ὧδε.
χωρὶς δὴ σηκοί σφι τετυγμένοι εἰσὶν ἑκάστοις·
αὐτὰρ βουκολίοισι περιπλήθουσί περ ἔμπης,
πάντεσσιν νομοὶ ὧδε τεθηλότες αἰὲν ἔασι,
Μηνίου ἀμμέγα τῖφος· ἐπεὶ μελιηδέα ποίην

Lubens tibi hospes quod quæris dicam,
Mercurii gravem iram veritus in viis consecrati:
Hunc enim cœlicolarum maxime aiunt irasci,
Siquis via indigentem aversetur viatorem.
Greges quidem lanigeri, regis Augeæ
Non omnes in iisdem pascuis, aut eodem in loco pascuntur:
Sed alii circum pascuntur ad ripas Elisuntis,
Alii ad sacra fluenta divini Alphei,
Alii ad Buprasium vitiferum, alii et hic.
Separatim illis et stabula extructa sunt singulis.
Verum armentis, quamvis magno numero sint, tamen
Omnibus pascua hic virentia semper sunt,
Circa magnam paludem Menii: nam dulces herbas

λειμῶνες θαλέθουσιν ὑπόδροσοι εἰαμεναί τε
εἰς ἅλις, ἥ ῥα βόεσσι μένος κεραῇσιν ἀέξει.
αὖλις δέ σφισιν ἥδε τεῆς ἐπιδέξια χειρὸς
φαίνεται εὖ μάλα πᾶσα πέρην ποταμοῖο ῥέοντος,
κείνῃ ὅθι πλατάνιστοι ἐπηεταναὶ πεφύασι,
χλωρή τ' ἀγριέλαιος, Ἀπόλλωνος νομίοιο
ἱερὸν ἀγνὸν, ξεῖνε, τελειοτάτοιο θεοῖο·
εὐθὺς δὲ σταθμοὶ περιμήκεες ἀγροιώταις
δέδμηνθ', οἳ βασιλῆϊ πολὺν καὶ ἀθέσφατον ὄλβον
ῥυόμεθ' ἐνδυκέως, τριπόλοις σπόρον ἐν νειοῖσιν
ἔσθ' ὅτε βάλλοντες, καὶ τετραπόλοισιν ὁμοίως.
οὐροὺς μὴν ἴσασι φυτοσκάφοι, οἳ πολυεργοὶ
ἐς ληνοὺς ἱκνεῦνται, ἐπὴν θέρος ὥριον ἔλθῃ·

Prata nutriunt roscida, et loca irrigua,
Abunde, quæ cornutis bobus robur augent.
Stabulum illorum hoc ad dexteram tuam manum
Apparet, insigne totum trans fluentem amnem,
Illic ubi platani perennes natæ sunt,
Viridisque oleaster, et Apollinis à pastoribus culti
Sacellum inviolabile, ô hospes, perfectissimi dei.
Mox et stabula permagna agricolis
Ædificata sunt, qui regi multas et immensas opes
Custodimus accurate, ter subactis in novalibus sementem
Nonnunquam spargentes, et quater aratis similiter.
Limites quidem norunt plantarum fossores, qui operosi
Ad torcularia accedunt, cum æstas tempestiva venit.

πᾶν γὰρ δὴ πεδίον τόδ' εὔφρονος Αυγείαο,
πυροφόροι τε γύαι, καὶ ἀλωαὶ δενδρήεσσαι,
μέχρι πρὸς ἐσχατιὰς πολυπίδακος ἀκρωρείης·
ἃς ἡμεῖς ἔργοισιν ἐποιχόμεθα πρόπαν ἦμαρ,
ἢ δίκη οἰκήων οἷσιν βίος ἕπλετ' ἐπ' ἀγροῖς·
ἀλλὰ σύ πέρ μοι ἔνισπε, τό τοι καὶ κέρδιον αὐτῷ
ἔσσεται, οὕτινος ὧδε κεχρημένος εἰλήλουθας.
ἠέ τοι Αὐγείην, ἢ καὶ δμώων τινὰ κείνου
δίζεαι, οἵ οἱ ἔασιν· ἐγὼ δέ κέ τοι σάφα εἰδὼς
πάντα μάλ' ἐξείποιμ'· ἐπεὶ οὐ σέ γε φημὶ κακῶν ἐξ
ἔμμεναι, οὐδὲ κακοῖσιν ἐοικότα φύμεναι αὐτὸν,
οἷόν τοι μέγα εἶδος ἐπιπρέπει· ἦ ῥά νυ παῖδες
ἀθανάτων τοιοίδε μετὰ θνητοῖσιν ἔασι.

Nam omnes hi campi sunt venerabilis Augeæ,
Jugeraque frumentifera, et horti arboribus consiti,
Usque ad extrema montium juga, scaturiginibus plena:
Ad quæ loca nos opus facientes commeamus toto die,
Qui mos est famulorum quibus vita ruri peragitur.
Sed tu mihi dic (quod et tibi ipsi utile
Erit) cujus indigus huc venisti?
Num nam Augeam, an aliquem famulorum illius,
Quæris, qui illi sunt? ego autem, qui certo scio, tibi
Omnia dicam; neque enim te ex malis statuo
Esse ortum, neque malis similem natum:
Sicut te hæc præstans forma decet. Certe filii
Immortalium hujusmodi inter mortales eminent."

Τὸν δ' ἀπαμειβόμενος προσέφη Διὸς ἄλκιμος υἱ
ναὶ, γέρον, Αὐγείην ἐθέλοιμί κεν, ἀρχὸν Ἐπειῶν,
εἰσιδέειν· τοῦ γάρ με καὶ ἤγαγεν ἐνθάδε χρειώ.
εἰ δ' ὁ μὲν ἂρ κατὰ ἄστυ μένει παρὰ οἷσι πολίτα
δήμου κηδόμενος, διά τε κρίνησι θέμιστας,
δμώων δή τινα, πρέσβυ σύ μοι φράσον ἡγεμονεῦσ
ὅστις ἐπ' ἀγρῶν τῶνδε γεραίτερος αἰσυμνήτης,
ὥ κε τὸ μέν κ' εἴποιμι, τὸ δ' ἐκ φαμένοιο πυθοίμη
ἄλλου δ' ἄλλον ἔθηκε θεός γ' ἐπιδευέα φωτῶν.

Τὸν δ' ὁ γέρων ἐξαῦτις ἀμείβετο δῖος ἀγρώτης·
ἀθανάτων, ὦ ξεῖνε, φραδῇ τινὸς ἐνθάδ' ἱκάνεις·
ὥς τοι πᾶν ὃ θέλεις αἶψα χρέος ἐκτετέλεσται.
ὧδε γὰρ Αὐγείης υἱὸς φίλος Ἠελίοιο,

Huic respondens dixit Jovis fortis filius:
" Certe senex Augeam cuperem Epeorum principem
Videre: ejus enim me huc adduxit necessitas:
Qui si in urbe est apud suos cives,
Plebem curans, et jura dicit,
Ex famulis, ô senex, dic alicui, ut me ducat,
Qui ruri hic honoratior præfectus est; [d
Cui aliquid exponere possim, et vicissim ab eo referente aliquid
Nam Deus alium alio indigere statuit viro."
Huic senex vicissim respondit, inclytus agricola:
" Alicujus ex diis immortalibus consilio huc venisti hospes:
Nam tibi omne negotium quod vis statim confectum est.
Huc enim Augeas carus Solis filius,

σφωϊτέρῳ σὺν παιδὶ, βίῃ Φυλῆος ἀγαυοῦ,
χθιζός γ' εἰλήλουθεν ἀπ' ἄστεος, ἥμασι πολλοῖς
κτῆσιν ἐποψόμενος, ἥ οἱ νήριθμος ἐπ' ἀγρῶν·
ὥς που καὶ βασιλεῦσιν ἐείδεται ἐν φρεσὶν ἦσιν
αὐτοῖς κηδομένοισι σαώτερος ἔμμεναι οἶκος.
ἀλλ' ἴομεν μάλα πρὸς μιν· ἐγὼ δέ τοι ἡγεμονεύσω
αὖλιν ἐς ἡμετέρην, ἵνα κεν τέτμοιμεν ἄνακτα.

Ὣς εἰπὼν ἡγεῖτο· νόῳ δ' ὄγε πολλ' ἐμενοίνα,
δέρμα τε θηρὸς ὁρῶν, χειροπληθῆ τε κορύνην,
ὁππόθεν ὁ ξεῖνος· μέμαεν δέ μιν ἐξερέεσθαι.
ἂψ δ' ὄκνῳ ποτὶ χεῖλος ἐλάμβανε μῦθον ἰόντα,
μή τι οἱ οὐ κατὰ καιρὸν ἔπος ποτιμυθήσαιτο
σπερχομένῳ· χαλεπὸν δ' ἑτέρου νόον ἴδμεναι ἀνδρός.

Una cum filio suo illustri Phyleo,
Heri venit ab urbe, multis diebus
Inspecturus opes, quæ illi innumerabiles ruri sunt.
Ita aliquando et regibus videtur in animo,
Cum ipsi curant, domus magis salva esse.
Sed eamus ad eum, egoque tibi dux ero,
In stabulum nostrum, ut inveniamus regem."
Sic locutus, præibat: animo vero multa cogitabat,
Exuvium feræ videns, et clavam manum implentem,
Unde hic hospes *veniret*: cupiebat autem ipsum interrogare:
Reprimebat vero præ metu intra labra sermonem euntem,
Ne quod ei non opportune verbum diceret
Properanti: difficile enim est, mentem alterius hominis nosse.

Τοὺς δὲ κύνες προσιόντας ἀπόπροθεν αἶψ' ἐνόησαι
ἀμφότερόν, ὀδμῇ τε χροὸς, δούπῳ τε ποδοῖιν.
θεσπέσιον δ' ὑλάοντες ἐπέδραμον ἄλλοθεν ἄλλος
Ἀμφιτρυωνιάδῃ Ἡρακλέϊ· τὸν δὲ γέροντα,
ἀχρεῖον † κλάζοντε, περίσσαινόν γ' ἑτέρωθεν.
τοὺς μὲν ὄγε λάεσσιν ἀπὸ χθονὸς ὅσσον ἀείρων,
φευγέμεν ἂψ ὀπίσω δειδίσσετο· τρηχὺ δὲ φωνῇ
ἠπείλει μάλα πᾶσιν, ἐρητύσασκε δ' ὑλαγμοῦ,
χαίρων ἐν φρεσὶν ἧσιν, ὅθ' οὔνεκεν αὔλιν ἔρυντο,
αὐτοῦ γ' οὐ παρεόντος· ἔπος δ' ὄγε τοῖον ἔειπεν·
ὦ πόποι, οἷον τοῦτο θεοὶ ποίησαν ἄνακτες
θηρίον ἀνθρώποισι μετέμμεναι· ὡς ἐπιμηθές.
εἰ οἱ καὶ φρένες ὧδε νοήμονες ἔνδοθεν ἦσαν,

Hos autem accedentes, canes procul statim senserunt,
Utrumque, et ab odore corporis, et pedum strepitu.
Valde autem latrantes incurrerunt aliunde alius
In Amphitryoniadem Herculem: sed seni
Placide latrantes adblandiebantur ab altera parte.
Hos ille lapidibus à terra tantum sublatis
In fugam retrorsum perterrebat: aspere vero voce
Minabatur omnibus, et cohibuit à latratu,
Animo suo gaudens, quod stabulum custodirent
Ipso absente: et verbum tale loquutus est:
" Papæ, quale hoc fecerunt dii reges
Animal, ut cum hominibus sit! quam callidum!
Si ei et mens ita intelligens in pectore esset,

ἤδει δ' ᾧ τε χρὴ χαλεπαινέμεν, ᾧτε καὶ οὐκί,
οὐκ ἄν τοι θηρῶν τις ἐδήρισεν περὶ τιμῆς·
νῦν δὲ λίην ζάκοτόν τι καὶ ἀῤῥηνές γένεθ' αὕτως.
Ἦ ῥα, καὶ ἐσσυμένως ποτὶ ταῦλιον ἶξον ἰόντες.
ἠέλιος μὲν ἔπειτα ποτὶ ζόφον ἔτραπεν ἵππους, 85
Ex adverso inter se lamentabantur, aliæ vero succlamabant
Volucres: lugete columbæ vero etiam vos.
Incipite Siculæ luctum, incipite Musæ.
Quis unquam tua fistula canet, o desideratissime?
Quis calamis tuis admovebit os? quis audax adeo?
Nam adhuc spirant tua labra et tuum halitum:
Echo etiam inter arundines tuos depascitur cantus.
Pani fero fistulam tuam: fortasse et ille affigere
Os verebitur, ne secundas post te ferat.
Incipite Siculæ luctum, incipite Musæ.
Deflet etiam Galatea tuum carmen, quam olim oblectare solebas
Sedentem prope te ad ripas maris:
Non enim sicut Cyclops canebas: illum quidem fugiebat

ἀ καλὰ Γαλάτεια, σὲ δ' † ἄδιον ἐβλεπεν ἄλμας·
καὶ νῦν λασαμένη τῶ κύματος, ἐν ψαμάθοισιν
ἔζετ' ἐρημαίαισι, βόας δ' ἔτι σεῖο νομεύει.
Ἄρχετε Σικελικαὶ τῶ πένθεος, ἄρχετε Μοῖσαι.
πάντα τοι, ὦ βῶτα, συγκάτθανε δῶρα τὰ Μοισᾶν,
παρθενικᾶν ἐρόεντα φιλάματα, χείλεα παίδων·
καὶ στυγνοὶ περὶ σᾶμα τεὸν κλαίουσιν Ἔρωτες.
ἀ Κύπρις φιλέει σε πολὺ πλέον ἤ, τὸ φίλαμα
τὸ πρώαν, τὸν Ἄδωνιν ἀποθνάσκοντα φίλασε.
τοῦτό τοι, ὦ ποταμῶν λιγυρώτατε, δεύτερον ἄλγος,
τοῦτο, Μέλη, νέον ἄλγος· ἀπώλετο πράν τοι Ὅμηρος,
τῆνο τὸ Καλλιόπας γλυκερὸν στόμα, καί σε λέγοντι
μύρεσθαι καλὸν νῖα πολυκλαύστοισι ῥεέθροις·

Pulchra Galatea, te vero libentius adspiciebat quam mare:
Et nunc oblita pelagi, in arenis
Sedet desertis, et boves adhuc tuos pascit.
Incipite Siculæ luctum, incipite Musæ.
Omnia tecum, ô pastor, mortua sunt dona Musarum,
Virginum amabilia oscula, labra puerorum:
Et miserabiliter apud sepulcrum tuum plorant Amores:
Venus te amat multo magis quam, amorem
Pristinum suum, Adonidem morientem osculata est:
Hic tibi, ô fluviorum maxime canore, alter dolor est,
Hic, ô Mele, novus dolor: interiit prius tibi Homerus,
Illud Calliopes dulce os; et te ajunt
Deplorasse filium pulchrum flebiliter resonantibus undis,

πᾶσαν δ' ἔπλησας φωνᾶς ἄλα· νῦν πάλιν ἄλλον
υἱέα δακρύεις, καινῷ δ' ἐπὶ πένθεϊ τάκη.
ἀμφότεροι παγαῖς πεφιλαμένοι· ὃς μὲν ἔπινε
Παγασίδος κράνας, ὁ δὲ πῶμ' ἔχε τᾶς Ἀρεθοίσας.
χὠ μὲν Τυνδαρέοιο καλὰν ἄεισε θύγατρα,
καὶ Θέτιδος μέγαν υἷα, καὶ Ἀτρείδαν Μενέλαον,
κεῖνος δ' οὐ πολέμους, οὐ δάκρυα, Πᾶνα δ' ἔμελπε,
καὶ βώτας ἐλίγαινε, καὶ αἰδῶν ἐνόμευε,
καὶ σύριγγας ἔτευχε, καὶ ἀδέα πόρτιν ἄμελγε,
καὶ παίδων ἐδίδασκε φιλάματα, καὶ τὸν Ἔρωτα
ἔτρεφεν ἐν κόλποισι, καὶ ἤρεθε τὰν Ἀφροδίταν.
Ἄρχετε Σικελικαὶ τῷ πένθεος, ἄρχετε Μοῖσαι.
πᾶσα, Βίων, θρηνεῖ σε κλυτὴ πόλις, ἄστεα πάντα·

Totumque replevisti voce mare: nunc iterum alium
Filium deploras, et tristi luctu contabescis:
Ambo fontibus cari erant: ille bibebat
De Pegaseo fonte, alter autem poculum habebat de fonte Arethusæ.
Et alter Tyndarei formosam cecinit filiam,
Et Thetidis magnum filium, et Atridam Menelaum:
Alter vero non bella, non lacrymas, sed Pana canebat,
Et pastores sonabat, et inter canendum pecora pascebat,
Et fistulas fabricabat, et suavem vitulam mulgebat,
Et puerorum docebat oscula, et Amorem
Fovebat in sinu, et *cantu* mulcebat Venerem.
Incipite Siculæ luctum, incipite Musæ.
Tota, ô Bion, luget te inclyta civitas, urbes omnes;

Ἄσκρα μὲν γοάει σε πολὺ πλέον Ἡσιόδοιο·
Πίνδαρον οὐ ποθέοντι τόσον Βοιωτίδες Ὕλαι·
οὐ τόσον Ἀλκαίῳ πέρι μύρατο Λέσβος ἐραννά.
οὐδὲ τόσον τὸν ἀοιδὸν ἐμύρατο Τήϊον ἄστυ·
σὲ πλέον Ἀρχιλόχοιο ποθεῖ Πάρος, ἀντὶ δὲ Σαπφοῦς
εἰσέτι σεῦ τὸ μέλιγμα κινύρεται ἁ Μιτυλάνα.
πάντες ὅσοις καπυρὸν τελέθει στόμα, βωκολιασταὶ
ἐκ Μοισᾶν, σέο πότμον ἀνακλαίουσι θανόντος·
κλαίει Σικελίδας, τὸ Σάμου κλέος, ἐν δὲ Κύδωσιν
ὁ πρὶν μειδιόωντι σὺν ὄμματι φαιδρὸς ἰδέσθαι,
δάκρυα νῦν Λυκίδας κλαίων χέει· ἔν τε πολίταις
Τριοπίδαις ποταμῷ θρηνεῖ παρ' Ἄλεντι Φιλητᾶς·
ἐν δὲ Συρακοσίοισι Θεόκριτος· αὐτὰρ ἐγώ τοι

Ascra te deflet magis quam Hesiodum:
Pindarum non tantopere desiderant Bœoticæ Hylæ:
Nec tantopere propter Alcæum flevit Lesbus amabilis:
Nec tantopere vatem suum questum est Teium oppidum:
Te magis quam Archilochum desiderat Parus, proque Sapphone
Adhuc tuum carmen querula voce canit Mitylene.
Omnes, quibus eloquens est os, bucolici poetæ,
Musarum ope, tuum fatum deflent mortui:
Flet Sicelidas, Sami decus, interque Cydonas
Qui prius ridentibus oculis hilaris fuit adspici,
Lacrymas nunc Lycidas plorans fundit: et inter cives
Triopidas fluvium apud Halenta luget Philetas;
Inter Syracusanos etiam Theocritus: verum ego tibi

Αὐσονικᾶς ὀδύνας μέλπω μέλος, οὐ ξένος ᾠδᾶς
βουκολικᾶς, ἀλλ' ἄν τ' ἐδιδάξαο σεῖο μαθητὰς,
κλαρονόμος Μώσας τᾶς Δωρίδος· ἄμμε γεραίρων,
ἄλλοις μὲν τεὸν ὄλβον, ἐμοὶ δ' ἀπέλειπες ἀοιδάν.
Ἄρχετε Σικελικαὶ τῷ πένθεος, ἄρχετε Μοῖσαι.
αἶ, αἶ, ταὶ μαλάχαι μὲν, ἐπὰν κατὰ κᾶπον ὄλωνται,
ἢ τὰ χλωρὰ σέλινα, τό τ' εὐθαλὲς οὖλον ἄνηθον,
ὕστερον αὖ ζώοντι, καὶ εἰς ἔτος ἄλλο φύοντι·
ἄμμες δ', οἱ μεγάλοι καὶ καρτεροὶ ἢ σοφοὶ ἄνδρες,
ὁππότε πρᾶτα θάνωμες, ἀνάκοοι ἐν χθονὶ κοίλᾳ
εὕδομες εὖ μάλα μακρὸν, ἀτέρμονα, νήγρετον ὕπνον.
καὶ σὺ μὲν ἐν σιγᾷ πεπυκασμένος ἔσσεαι ἐν γᾷ,
ταῖς Νύμφαισι δ' ἔδοξεν ἀεὶ τὸν βάτραχον ᾄδειν·

Ausonici luctus carmen cano, non alienus a cantione
Bucolica, quam docuisti tuos discipulos,
Hæres Musæ Doricæ: nos munere afficiens,
Aliis opes tuas, mihi vero reliquisti carmen.
Incipite Siculæ luctum, incipite Musæ.
Heu, heu! malvæ, quum in horto interierunt,
Vel viride apium, vel florens crispum anethum,
Postea reviviscunt, et altero anno renascuntur,
Nos vero, magni et fortes aut sapientes viri,
Ubi semel mortui fuerimus, obscuri in terra concava
Dormimus valde longum, infinitum, inexcitabilem somnum.
Et tu quidem tacite conditus eris in terra,
Nymphis autem visum est semper ranam cantare:

τῷ δ' ἐγὼ οὐ φθονέοιμι· τὸ γὰρ μέλος οὐ καλὸν ᾄδει.
Ἄρχετε Σικελικαὶ τῷ πένθεος, ἄρχετε Μοῖσαι.
φάρμακον ἦλθε, Βίων, ποτὶ σὸν στόμα, φάρμακον εἶδες·
πῶς τευ τοῖς χείλεσσι ποτέδραμε, κοὐκ ἐγλυκάνθη;
τίς δὲ βροτὸς τοσσοῦτον ἀνάμερος, ἢ κεράσαι τοι,
ἢ δοῦναι λαλέοντι τὸ φάρμακον, ἢ φύγεν ᾠδάν;
Ἄρχετε Σικελικαὶ τῷ πένθεος, ἄρχετε Μοῖσαι.
ἀλλὰ δίκα κίχε πάντας· ἐγὼ δ' ἐπὶ πένθεϊ τῷδε
δακρυχέων τεὸν οἶτον ὀδύρομαι· εἰ δυνάμαν δὲ,
ὡς Ὀρφεὺς καταβὰς ποτὶ τάρταρον, ὥς ποκ' Ὀδυσσεύς,
ὡς πάρος Ἀλκείδας, κἠγὼ τάχ' ἂν ἐς δομὸν ἦλθον
Πλουτέος, ὥς κεν ἴδοιμι, καὶ εἰ Πλουτῆϊ μελίσδεις,
ὡς ἂν ἀκουσαίμαν τί μελίσδεαι. ἀλλ' ἐπὶ Κώρᾳ

Huic autem ego non invideo, nam carmen non bonum canit.
Incipite Siculæ luctum, incipite Musæ.
Venenum venit, Bion, ad tuum os, venenum sensisti:
Quomodo ad tua labra accessit, et mitius factum non fuit?
Quis homo adeo immitis, ut vel misceret tibi,
Vel daret loquenti venenum, vel fugeret cantum?
Incipite Siculæ luctum, incipite Musæ.
Verum pœna justa deprehendit omnes: ego autem in hoc luctu
Lacrymas fundens, tuum interitum deploro: quod si possem,
Ut Orpheus, qui descendit ad inferos, sicut olim Ulysses,
Ut ante eum Alcides, ita et ego forsitan ad domum venirem
Plutonis, ut viderem an etiam Diti canas,
Atque quid canas, audirem. Verum apud Proserpinam

Σικελικόν τι λίγαινε, καὶ ἁδύ τι βωκολιάσδεν.
Σικελικὰ κἀκείνα ἐν Αἰτναίαισιν ἔπαιξεν
ἀόσι, καὶ μέλος οἶδε τὸ Δώριον· οὐκ ἀγέραστος
ἐσσεῖθ' ἁ μολπά. χ' ὡς Ὀρφέϊ πρόσθεν ἔδωκεν
ἀδέα φορμίσδοντι παλίσσυτον Εὐρυδίκειαν,
καί σε, Βίων, πεμψεῖ τοῖς ὤρεσιν. εἰ δέ τι κἠγὼν
συρίσδων δυνάμαν, παρὰ Πλουτέϊ κ' αὐτὸς ἄειδον.

ΜΕΓΑΡΑ ΓΥΝΗ ΗΡΑΚΛΕΟΥΣ.

ΕΙΔΥΛΛΙΟΝ δ'.

Μᾶτερ ἐμά, τίφθ' ὧδε φίλον κατὰ θυμὸν ἰάπτεις,
ἐκπάγλως ἀχέοισα, τὸ πρὶν δέ τοι οὐκετ' ἔρευθος
σώζετ' ἐπὶ ῥεθέεσσι; τί μοι τόσον ἠνίησαι;

Siculum aliquod carmen modulare, et suave aliquod bucolicum cane:
Nam ipsa quoque Sicula in Ætnæis lusit
Convallibus, et carmen Doricum novit: non sine præmio
Carmen erit, et sicut Orpheo prius dedit
Suaviter cithara canenti reducem Eurydicen,
Et te, ὁ Bion, remittet montibus: si vero et ego
Fistula cantare scirem, ipse apud Plutonem canerem.

MEGARA UXOR HERCULIS.

EIDYLLIUM IV.

" O mater mea, quare sic animum affligis,
Graviter gemens, pristinus vero tibi non amplius rubor
Conservatur in genis? quid mihi tantum doles?

ἦ ῥ' ὅτι ἄλγεα πάσχει ἀπείριτα φαίδιμος υἱὸς
ἀνδρὸς ὑπ' οὐτιδανοῖο, λέων ὡσεί θ' ὑπὸ νεβροῦ;
ὤ μοι ἐγὼ, τί νύ μ' ὧδε θεοὶ τόσον ἠτίμησαν
ἀθάνατοι; τί νύ μ' ὧδε κακὴ γονέες τέκον αἴσῃ;
δύσμορος, ἧτ' ἐπεὶ ἀνδρὸς ἀμύμονος ἐς λέχος ἦλθον,
τὸν μὲν ἐγὼ τίεσκον ἴσον φάεσσιν ἐμοῖσιν,
ἦδ' ἔτι νῦν σέβομαί τε καὶ αἰδέομαι κατὰ θυμόν·
τοῦ δ' οὔτις γένετ' ἄλλος ἀποτμότερος ζωόντων,
οὐδὲ τόσων σφετέρῃσιν ἐγεύσατο φροντίσι κηδέων·
σχέτλιος, ὃς τόξοισιν, ἃ οἱ πόρεν αὐτὸς Ἀπόλλων,
ἦέ τινος Κηρῶν, ἢ Ἐριννύος αἰνὰ βέλεμνα,
παῖδας ἑοὺς κατέπεφνε, καὶ ἐκ φίλον εἵλετο θυμὸν,
μαινόμενος κατὰ οἶκον· ὁ δ' ἔμπλεος ἔσκε φόνοιο.

An quod dolores patitur infinitos inclytus filius
A viro nihili, tanquam leo ab hinnulo?
Hei mihi! cur me sic dii tanta contumelia affecerunt
Immortales? quare me tam malo parentes genuerunt fato?
Infelix ego, quæ postquam viri præstantis in torum veni
Eum quidem colebam æque ut oculos meos,
Et adhuc veneror ac revereor ex animo:
Sed hoc nemo fuit alius infelicior viventium,
Neque tantos suis expertus est in cogitationibus dolores:
Miser, qui sagittis, quas illi præbuit ipse Apollo,
Aut Parcæ alicujus aut Furiæ dira tela,
Liberos suos interfecit, et illis caram eripuit animam,
Furens in domo, quæ plena erat cædis.

τοὺς μὲν ἐγὼ δύστηνος ἐμοῖς ἴδον ὀφθαλμοῖσι
βαλλόμενους ὑπὸ πατρὶ· τὸ δ' οὐδ' ὄναρ ἦλυθεν ἄλλῳ·
οὐδέ σφιν δυνάμην ἀδινὸν καλέουσιν ἀρῆξαι
μητέρ' ἐὴν, ἐπεὶ ἐγγὺς ἀνίκητον κακὸν ἦεν·
ὡς δέ τ' ὀδύρεται ὄρνις ἐπὶ σφετέροισι νεοσσοῖς
ὀλλυμένοις, οὕς τ' αἰνὸς ὄφις ἔτι νηπιάχοντας,
θάμνοις ἐν πυκινοῖσι κατεσθίει, ἡ δὲ κατ' αὐτοὺς
πωτᾶται κλάζουσα μάλα λιγὺ πότνια μήτηρ,
οὐδ' ἄρ' ἔχει τέκνοισιν ἐπαρκέσαι· ἦ γάρ οἱ αὐτῇ
ἆσσον ἴμεν μέγα τάρβος ἀμειλίκτοιο πελώρου·
ὣς ἐγὼ αἰνοτόκεια, φίλον τόκον αἰάζουσα,
μαινομένοισι πόδεσσι δόμον κάτα πολλὸν ἐφοίτων.
ὥς γ' ὄφελον μετὰ παισὶν ἅμα θνήσκουσα καὶ αὐτὴ

Hos quidem ego infelix meis vidi oculis
Feriri a patre, (quod neque per somnium in mentem venit alii,)
Neque ipsis poteram opem ferre crebro invocantibus
Matrem suam, quoniam prope insuperabile malum erat;
Verum ut queritur avis ob suos pullos
Pereuntes, quos sævus anguis adhuc parvulos
Arbustis in densis devorat, at circum ipsos
Volat clangens admodum stridula voce pia mater,
Neque potest liberis auxiliari, nam et ipsi
Prope accedere magnus metus est ad immite monstrum,
Ita ego infelix mater, caros liberos deplorans,
Furiosis pedibus per domum multum currebam.
Utinam cum filiis simul mortua et ipsa

κεῖσθαι, φαρμακόεντα δι' ἤπατος ἰὸν ἔχουσα,
Ἄρτεμι θηλυτέρῃσι μέγα κρείουσα γυναιξί.
τῷ χ' ἡμᾶς, κλαύσαντε, φίλαις ἐπὶ χερσὶ τοκῆες
πολλοῖς σὺν κτερέεσσι πυρῆς ἐπέβησαν ὁμοίης·
καί κεν ἕνα χρύσειον ἐς ὀστέα κρωσσὸν ἁπάντων
λέξαντες κατέθαψαν, ὅθι πρῶτον γενόμεσθα·
νῦν δ' οἱ μὲν Θήβην ἱπποτρόφον ἐνναίουσιν,
Ἀονίου πεδίοιο βαθεῖαν βῶλον ἀροῦντες·
αὐτὰρ ἐγὼ Τίρυνθα κατὰ κραναὴν πόλιν Ἥρης
πολλοῖσιν δύστηνος ἰάπτομαι ἄλγεσιν ἦτορ
αἰεὶ ὁμῶς, δακρύων δὲ πάρεστί μοι οὐδ' ἴ' ἐρωή·
ἀλλὰ πόσιν μὲν ὁρῶ παῦρον χρόνον ὀφθαλμοῖσιν
οἴκῳ ἐν ἡμετέρῳ· πολέων γάρ οἱ ἔργον ἑτοῖμον

Jacuissem, venenatam in jecore sagittam habens,
O Diana mollibus potenter imperans mulieribus:
Tunc nos ubi deflevissent, suis manibus parentes
Multis cum muneribus in rogo posuissent communi,
Et in unam auream urnam ossa omnium
Collecta sepeliissent, ubi primum nati sumus.
Nunc vero illi Theben equorum altricem incolunt,
Aonii campi profundam glebam arantes:
Ego vero in Tirynthe aspera urbe Junonis
Multis misera afficior doloribus animum
Semper æqualiter, lacrymarum autem adest mihi ne ulla quidem ces-
Sed maritum video exiguo tempore oculis
Domi nostræ: multorum enim ei opus paratum est

μόχθων, τοὺς ἐπὶ γαῖαν ἀλώμενος ἠδὲ θάλασσαν
μοχθίζει, πέτρης ὄγ' ἔχων νόον ἠὲ σιδήρου
καρτερὸν ἐν στήθεσσι· σὺ δ' ἠΰτε λείβεαι ὕδωρ,
νύκτας τε κλαίουσα, καὶ ἐκ Διὸς ἤματ' ὀπόσσα.
ἄλλος μὴν οὐκ ἄν τις ἐϋφρήναι με παραστὰς
κηδεμόνων· οὐ γάρ σφε δόμων κατὰ τοῖχος ἐέργει·
καὶ λίην πάντες γε πέρην πιτυώδεος Ἰσθμοῦ
ναίουσ'· οὐδέ μοι ἐστὶ πρὸς ὄντινά κε βλέψασα,
οἷα γυνὴ πανάποτμος ἀναπτύξαιμι φίλον κῆρ,
νόσφι γε δὴ Πύῤῥης συνομαίμονος· ἡ δὲ καὶ αὐτὴ
ἀμφὶ πόσει σφετέρῳ πλέον ἄχθεται Ἰφικλῆϊ,
σῷ υἱῷ· πάντων γὰρ ὀϊζυρώτατα τέκνα
γείνασθαί σε θεῷ τε καὶ ἀνέρι θνητῷ ἔολπα.

Laborum, quos per terram errans et mare
Sustinet, saxi ille habens animum vel ferri
Durum in pectore: tu vero manas sicut aqua,
Per noctes lugens, et ex Jove quotquot dies sunt:
Alius autem nemo exhilararit me præsens
Affinium; non enim illos ædium paries continet,
Sed omnes valde procul ultra pinosum Isthmum
Habitant: neque ullus mihi est, ad quem respiciens,
Utpote mulier infelix, aperire possim animum,
Præter Pyrrham germanam: ea vero et ipsa
Propter virum suum plus dolet Iphiclum,
Filium tuum: omnium enim calamitosissimos liberos
Genuisse te deo et viro mortali opinor."

Ὣς ἄρ' ἔφη, τὰ δέ οἱ θαλερώτερα δάκρυα μήλων
κόλπον ἐς ἱμερόεντα κατὰ βλεφάρων ἐχέοντο,
μνησαμένη τέκνων τε καὶ ὧν μετέπειτα τοκήων.
ὣς δ' αὖτως δακρύοισι παρήϊα λευκ' ἐδίαινεν
Ἀλκμήνη· βαρὺ δ' ἤγε καὶ ἐκ θυμοῦ στενάχουσα,
μύθοισιν πυκινοῖσι φίλην νυὸν ὧδε μετηύδα·

Δαιμονίη παίδων, τί νύ τοι φρεσὶν ἔμπεσε τοῦτο
πευκαλίμης; πῶς ἄμμ' ἐθέλεις ὀροθυνέμεν ἄμφω,
κήδε' ἄλαστα λέγουσα; τὰ δ' οὐ νῦν πρῶτα κέκλαυται.
ἦ οὐχ ἅλις οἷς ἐχόμεσθα τὸ δεύτατον αἰὲν ἐπ' ἦμαρ
γιγνομένοις; μάλα μέν γε φιλοθρηνὴς κέ τις εἴη,
ὅστις ἀριθμήσειν ἔφ' ἡμετέροις ἀχέεσσι.
θάρσει· † οὐ τοιῆσδ' ἐκυρήσαμεν ἐκ θεοῦ αἴσης.

Sic locuta est, et ei largiores lacrymæ in malis
Ad sinum amabilem e palpebris fundebantur,
Recordanti liberorum et suorum deinde parentum.
Similiter autem lacrymis genas albas rigabat
Alcmena: graviter autem hæc et ex animo ingemiscens,
Verbis sapientibus suam nurum sic allocuta est:

" O infelix ob liberos, quomodo tibi in mentem incidit hoc
Prudentem? quomodo nos vis commovere ambas,
Ærumnas ingentes commemorans, quæ non nunc primum defletæ
Annon sufficiunt, quibus afficimur, semper in proximum quemque diem
Incidentibus? *ut* admodum querelarum amicus sit,
Qui numeret (ærumnas) ultra nostros dolores:
Bono animo esto, non tale a deo sortitæ sumus fatum;

καὶ δ' αὐτὴν ὁρόω σε, φίλον τέκος, ἀτρύτοισιν
ἄλγεσι μοχθίζουσαν· ἐπιγνώμων δέ τοι εἰμὶ
ἀσχαλάαν, ὅτε δή γε καὶ εὐφροσύνης κόρος ἐστί.
καί σε μάλ' ἐκπάγλως ὀλοφύρομαι ἠδ' ἐλεαίρω,
οὕνεκεν †ἡμετέροιο λυγροῦ μετὰ δαίμονος ἔσχες,
ὅς θ' ἡμῖν ἐφύπερθε κάρης βαρὺς αἰωρεῖται.
ἴστω γὰρ Κούρη τε καὶ εὐέανος Δημήτηρ,
ἅς κε μέγα βλαφθείς τις ἑκὼν ἐπίορκον ὀμόσσαι
δυσμενέων, μηδέν σε χερειότερον φρεσὶν ἧσι
στέργειν, ἢ εἴπερ μοι ὑπ' ἐκ νηδυιόφιν ἦλθες,
καί μοι τηλυγέτη ἐνὶ δώμασι παρθένος ἦσθα·
οὐδ' αὐτήν γέ νυ πάμπαν ἔολπά σε τοῦτό γε λήθειν.
τῷ μή μ' ἐξείπῃς ποτ', ἐμὸν θάλος, ὥς σευ ἀκηδέω,

Et sane ipsam te video, cara filia, immensis
Doloribus laborantem: ignosco vero tibi
Quod doles, quoniam sane etiam lætitiæ satietas est.
Et te valde vehementer lugeo ac miseror,
Quod nostri funesti particeps fati facta es,
Quod nobis supra caput grave imminet.
Sciat enim Proserpina et pulchre vestita Ceres,
(Quas cum suo magno malo sponte aliquis perjure juraverit
Hostium nostrorum,) me non minus te in animo meo
Caram habere, quam si mihi ex utero provenisses,
Et mihi sero nata in ædibus virgo esses;
Neque ipsam te omnino arbitror hoc latere. [habeo,
Quare ne unquam dicas de me, meum germen, quod tui curam non

μηδ' εἴ κ' ἠϋκόμου Νιόβης πυκινώτερα κλαίω.
οὐθὲν γὰρ νεμεσητὸν ὑπὲρ τέκνου γοάασθαι
μητέρι δυσπαθέοντος· ἐπεὶ δέκα μῆνας ἔκαμνον,
πρὶν καὶ †πέρ τ' ἰδέειν μιν, ἐμῷ ὕπο ἤπατ' ἔχουσα,
καί με πυλάρταο σχεδὸν ἤγαγεν Αἰδωνῆος·
ὧδέ ἑ δυστοκέσουσα κακὰς ὠδῖνας ἀνέτλαν.
νῦν δέ μοι οἴχεται υἱὸς ἐπ' ἀλλοτρίης νέον ἆθλον
ἐκτελέων· οὐδ' οἶδα δυσάμμορος, εἴτε μιν αὖτις
ἐνθάδε νοστήσανθ' ὑποδέξομαι, εἴτε καὶ οὐκί.
πρὸς δ' ἔτι μ' ἐπτοίησε διὰ γλυκὺν αἰνὸς ὄνειρος
ὕπνον· δειμαίνω δὲ, παλίγκοτον ὄψιν ἰδοῦσα,
ἐκπάγλως, μή μοί τι τέκνοις ἀποθύμιον ἔρδῃ.
εἴσατο γάρ μοι ἔχων μακέλην εὐεργέα χερσὶ

Ne quidem si crebrius, quam pulchricoma Niobe, ploro:
Non enim vituperabile est propter filium lugere
Matri afflictum, quoniam decem menses laboravi,
Priusquam eum vel adspicerem, meo sub jecore habens,
Et me ad portas munitas habentem prope adduxit orcum:
Sic ipsum difficulter enixura graves dolores pertuli:
Nunc vero mihi abiit peregre solus, novum certamen
Perfecturus; neque scio infelix, utrum ipsum rursus
Huc reducem receptura sim, necne.
Præterea etiam me exterruit triste somnium per dulcem
Somnum: metuo autem quum terribilem visionem viderim,
Vehementer, ne mihi quid liberis injucundum faciat:
Visus est enim mihi tenens ligonem bene factum manibus

παῖς ἐμὸς ἀμφοτέρῃσι, βίη Ἡρακληείη,
τῇ μεγάλην ἐλάχαινε, δεδεγμένος ὡς ἐπὶ μισθῷ,
τάφρον, τηλεθάοντος ἐπ' ἐσχατιῇ τινος ἀγροῦ,
γυμνὸς, ἄτερ χλαίνης τε καὶ εὐμίτροιο χιτῶνος.
αὐτὰρ ἐπειδὴ παντός ἀφίκετο πρὸς τέλος ἔργου,
καρτερὸν οἰνοφόροιο πονεύμενος ἕρκος ἀλωῆς,
ἤτοι ὅ λίστρον ἔμελλεν ἐπὶ προὔχοντος ἐρείσας
ἀνδήρου καταδῦναι ἃ καὶ πάρος εἵματα ἔστο·
ἐξαπίνης δ' ἀνέλαμψεν ὑπὲρ καπέτοιο βαθείης
πῦρ ἄμοτον, περὶ δ' αὐτὸν ἀθέσφατος εἱλεῖτο φλόξ·
αὐτὰρ ὅγ' αἰὲν ὄπισθε θοοῖς ἀνεχάζετο ποσσὶν,
ἐκφυγέειν μεμαὼς ὀλοὸν βελος Ἡφαίστοιο·
αἰεὶ δὲ προπάροιθεν ἑοῦ χροὸς ἠΰτε γέρρον

Ambabus filius meus, vis Herculea, (i. e. Hercules,)
Quo magnam effodiebat, tanquam conductus mercede,
Fossam florentis in extremitate cujusdam agri,
Nudus, absque læna, et cinctili tunica:
Sed postquam totius pervenerat ad finem operis,
Firmum vitiferæ elaborans munimentum areæ,
Tunc ille, deposito ligone in prominente
Labro fossæ, induturus erat vestes, quibus ante indutus fuerat:
Subito vero illuxit supra fossam profundam
Ignis inexstinctus, et circa ipsum ingens volvebatur flamma:
Verum ille semper retro velocibus recedebat pedibus,
Effugere cupiens perniciosum telum Vulcani:
Semper vero ante suum corpus velut scutum

νώμασκεν μακέλην· περὶ δ' ὄμμασιν ἔνθα καὶ ἔνθα
πάπταινεν, μή δή μιν ἐπιφλέξῃ δηΐον πῦρ.
τῷ μὲν ἀοσσῆσαι λελιημένος, ὥς μοι ἔϊκτο,
Ἰφικλέης μεγάθυμος, ἐπ' οὔδεϊ κάππεσ' ὀλισθών,
πρίν γ' ἐλθεῖν· οὐδ' ὀρθὸς ἀναστῆναι δύνατ' αὖτις,
ἀλλ' ἀστεμφὲς ἔκειτο, γέρων ὡσεί τ' ἀμενηνός,
ὅν τε καὶ οὐκ ἐθέλοντα βιήσατο γῆρας ἀτερπὲς
καππεσέειν· κεῖται δ' ὅγ' ἐπὶ χθονὸς ἔμπεδον αὐτοῦ,
εἰσόκε τίς χειρός μιν ἀνειρύσῃ παριόντων,
αἰδεσθεὶς ὄπιδα †προτέρην πολιοῖο γενείου·
ὣς ἐν γῇ λελίαστο σακέσπαλος Ἰφικλείης.
αὐτὰρ ἐγὼ κλαίεσκον ἀμηχανέοντας ὁρῶσα
παῖδας ἐμοὺς, μέχρι δή μοι ἀπέσσυτο νήδυμος ὕπνος

Vibrabat ligonem, oculisque huc illuc
Circumspiciebat, ne ipsum adureret hostilis ignis.
Huic quidem opem ferre cupiens, ut mihi videbatur,
Iphiclus magnanimus, in terram cecidit lapsus,
Priusquam eo venisset; neque rectus resurgere potuit rursum
Sed immotus jacebat, sicut senex imbecillus,
Quem etiam invitum vi coegit molesta senectus
Concidere: jacet autem humi defixus ibi,
Donec aliquis eum erigat prætereuntium,
Reveritus adspectum senilem canæ barbæ:
Ita in terra procubuerat bellicosus Iphiclus.
At ego flebam ope destitutos videns
Liberos meos, donec mihi excussus est dulcis somnus

ὀφθαλμῶν, ἠὼς δὲ παραυτίκα φαίδιμος ἦλθε.
τοῖα, φίλη, μοι ὄνειρα διὰ φρένας ἐπτοίησαν
παννυχίη· τὰ δὲ πάντα πρὸς Εὐρυσθῆα τρέποιτο,
οἴκου ἀφ' ἡμετέροιο· γένοιτο δὲ μάντις ἐκείνῳ
θυμὸς ἐμὸς, μηδ' ἄλλο παρεκτελέσειέ τι δαίμων.

ΕΙΔΥΛΛΙΟΝ ε'.

Τὰν ἅλα τὰν γλαυκὰν ὅταν ὦνεμος ἀτρέμα βάλλῃ,
τὰν φρένα τὰν δειλὰν ἐρεθίζομαι, οὐδ' ἔτι μοι γᾶ
ἐντὶ φίλα, † ποτάγει δὲ πολὺ πλέον ἅμμε γαλάνα·
ἀλλ' ὅταν ἀχήσῃ πολιὸς βυθὸς, ἃ δὲ θάλασσα
κυρτὸν ἐπαφρίζῃ, τὰ δὲ κύματα μακρὰ μεμήνῃ,
ἐς χθόνα παπταίνω καὶ δένδρεα, τὰν δ' ἅλα φεύγω·

Oculis, et aurora statim clara prodiit.
Talia, ô cara, mihi somnia mentem perterruerunt
Tota nocte: verum omnia ad Eurysthea vertantur
A domo nostra, fiatque vates illi
Animus meus, neque aliud efficiat quid deus."

EIDYLLIUM V.

Quum ventus leniter mare glaucum ferit,
Animus piger mihi irritatur, nec amplius mihi terra
Est jucunda, invitat autem multo magis me maris tranquillitas:
At quando resonat canum mare, et unda marina
Incurvata spumat, ac fluctus longe furunt,
Ad terram oculos converto et arbores, mare autem fugio;

γᾶ δέ μοι ἀσπαστὰ, χ' ἁ δάσκιος εὔαδεν ὕλα,
ἔνθα καὶ, ἢν πνεύσῃ πολὺς ὤνεμος, ἁ πίτυς ᾄδει.
ἦ κακὸν ὁ γριπεὺς ζώει βίον, ᾧ δόμος ἁ ναῦς,
καὶ πόνος ἐντὶ θάλασσα, καὶ ἰχθύες ἁ πλάνος ἄγρα.
αὐτὰρ ἐμοὶ γλυκὺς ὕπνος ὑπὸ πλατάνῳ βαθυφύλλῳ· 11
καὶ παγᾶς φιλεοιμι τὸν εγγύθεν ἦχον ἀκούειν,
ἃ τερπει ψοφέοισα τὸν †ἄγριον, οὐχὶ ταράσσει.

ΕΙΔΥΛΛΙΟΝ στ'.

Ηρα Πὰν Ἀχῶς τᾶς γείτονος, ἤρατο δ' Ἀχὼ
σκιρτητᾶ Σατύρῳ, Σάτυρος δ' ἐπεμήνατο Λύδᾳ·
ὡς Ἀχὼ τὸν Πᾶνα, τόσον Σάτυρος φλεγεν' Ἀχὼ,
καὶ Λύδα Σατυρίσκον· ἔρως δ' εσμύχετ' ἀμοιβᾷ·

Terra vero mihi grata est, et opaca silva placet,
In qua, quando vehementior ventus spirat, pinus canit cum strepitu.
Miseram profecto piscator vitam agit, cui domus est navis,
Et labor est mare, et pisces erratica venatio. 10
At mihi somnus sub platano frondosa dulcis *est;*
Et fontis amem propinquum sonum audire,
Qui oblectat strepitu agrestem, non conturbat.

EIDYLLIUM VI.

Amabat Pan Echo vicinam, amabat autem Echo
Saltatorem Satyrum, Satyrus vero insane deperibat Lydam:
Quantum Echo Pana, tantum et Satyrus inflammabat Echo,
Et Satyrum Lyda: amor autem per vices flagrabat:

ὅσσον γὰρ τήνων τις ἐμίσεε τὸν φιλέοντα,
τόσσον ὁμῶς φιλέων ἐχθαίρετο, πάσχε δ' ἃ ποίει.
ταῦτα λέγω πᾶσιν τὰ διδάγματα τοῖς ἀνεράστοις·
Στέργετε τοὺς φιλέοντας, ἵν', ἢν φιλέητε, φιλῆσθε.

ΕΙΔΥΛΛΙΟΝ ζ'.

Ἀλφειὸς, μετὰ Πίσαν ἐπὴν κατὰ πόντον ὀδεύῃ,
ἔρχεται εἰς Ἀρέθοισαν ἄγων κοτινηφόρον ὕδωρ,
ἔδνα φέρων καλὰ φύλλα καὶ ἄνθεα, καὶ κόνιν ἱρὰν·
καὶ βαθὺς ἐμβαίνει τοῖς κύμασι, τὰν δὲ θάλασσαν
νέρθεν ὑποτροχάει, κοὐ μίγνυται ὕδασιν ὕδωρ·
ἀ δ' οὐκ οἶδε θάλασσα διερχομένου ποταμοῖο·

Quantum enim illorum quisquam oderat amantem,
Tantum et ipse amans odiosus erat, et patiebatur quæ faciebat:
Hæc ego dico omnibus documenta ab amore alienis:
" Diligite eos qui vos amant, ut si ametis, redamemini."

EIDYLLIUM VII.

Alpheus, ubi post Pisam mare ingressus est,
Venit in Arethusam, ferens aquam oleastros vectantem,
Dona ferens pulchras frondes, floresque et sacrum pulverem,
Et profundus ingreditur sub fluctibus; sub mari autem
Inferius currit, nec aqua aquæ miscetur;
Cæterum mare non sentit transeuntem fluvium:

κῶρος δεινοθέτας, κακομάχανος, αἰνὰ διδάσκων,
καὶ ποταμὸν διὰ φίλτρον Ἔρως ἐδίδαξε κολυμβῆν.

ΕΠΙΓΡΑΜΜΑ

ΕΙΣ ΕΡΩΤΑ ΑΡΟΤΡΙΩΝΤΑ.

Λαμπάδα θεὶς καὶ τόξα, βοηλάτιν εἵλετο ῥάβδον
οὖλος Ἔρως, πήρην δ' εἶχε κατωμαδίην·
καὶ ζεύξας ταλαεργὸν ὑπὸ ζυγὸν αὐχένα ταύρων,
ἔσπειρεν Δηοῦς αὔλακα πυροφόρον·
εἶπε δ' ἄνω βλέψας αὐτῷ Διΐ, πλῆσον ἀρούρας,
μή σε τὸν Εὐρώπης βοῦν ὑπ' ἄροτρα βάλω.

Puer ille gravia designans, mala machinans, ardua docens,
Cupido, amnem quoque propter amorem docuit mare subire.

EPIGRAMMA

IN AMOREM ARANTEM.

Face deposita et arcu, boum agitatricem accepit virgam
Perniciosus Amor, peram autem habebat ab humeris pendulam;
Et quum junxisset sub jugo laborum patiens collum taurorum,
Consevit Cereris sulcum tritici feracem:
Dixitque sursum aspiciens ipsi Jovi, "imple arva,
Ne te Europæ bovem aratro subjiciam."

(Cyrus). ΑΔΗΛΟΝ. IX. 136.

Αἴθε πατήρ μ' ἐδίδαξε δασύτριχα μῆλα νομεύειν·
ὥς κεν ὑπὸ πτελέῃσι καθήμενος, ἢ ὑπὸ πέτραις,
συρίσδών, καλάμοισιν ἐμὰς τέρπεσκον ἀνίας.
Πιερίδες, φεύγωμεν· εὐκτιμένην πόλιν ἄλλην
πατρίδα μαστεύσωμεν· ἀπαγγελέω δ' ἄρα πᾶσιν,
ὡς ὀλοοὶ κηφῆνες ἐδηλήσαντο μελίσσας.

INCERTI AUCTORIS.

Utinam pater docuisset me villosas oves pascere,
Ut sub ulmis considens vel sub saxis,
Fistula canens, calamis meos mœrores delinivissem.
O Pierides, fugiamus: bene conditam urbem aliam
Patriam quæramus: dicam autem ideo omnibus
Quod perniciosi fuci læserunt apes.

NOTÆ IN THEOCRITUM.

Eidyllium I.

v. 1. **Το ψιθυρίσμα καὶ ἀ πίτυς.** Ἐν διὰ δυοῖν, pro ψιθύρισμα τῆς πίτυος. Ita Bion. Fragm. 5. ποτὶ ψαμαθόν τε καὶ ἠϊόνα ψιθυρίσδων. id est, πρὸς ψαμαθὸν ἠϊόνος. Locum autem hunc sic expressit Terentianus Maurus,

Dulce tibi pinus submurmurat: en tibi Pastor,
Proxima fonticulis; et tu quoque dulcia pangis.

Hinc et petitum videtur quod legitur apud Etymol. M. p. 819, I. Ἡδύ τι τὸ ψιθυρίσμα τῶν δένδρων ἠκούετο. Et Longus, (Past. I. p. 18.) τοὺς ἀνέμους dixit συρίττειν ταῖς πίτυσιν ἐμπνέοντας. Moschus Eid. 5. 8.

Ἔνθα καὶ ἦν πνεύσῃ πολὺς ὤνεμος ἀ πίτυς ἄδει.

Et Virg. Ecl. 8. 22.

Mœnalus argutumque nemus pinosque loquentes
Semper habet.——

v. 2. **ἃ ποτι ταῖς παγαῖσι μελίσδεται.** Id est, ἀ πίτυς, ἃ μελισδεται ποτὶ ταῖς παγαῖς, ἐστιν ἀδύ τι. Legebat Drexlius

Ἀδύ τι καὶ ψιθύρισμα τὸ ἀ πίτυς, αἰπόλε, τήνα,
ἀ ποτὶ ταῖς παγαῖσι μελίσδεται.

Melius saltem legisset τὸ χἀ πίτυς.

v. 5. **ἐς τὺ καταῤῥεῖ.** Vulgo ἐς τὲ καταῤῥεῖ. Atque τὲ pro σὲ Dorum esse affirmat Apollonius Dyscolus Grammaticus, hoc ipso Theocriti loco citato. Verum cum ipse Theocritus τὺ non τὲ alibi semper dixerit, hoc, cum Brunckio, præferendum judicavi. Quin et ita legendo ingratam auribus ὁμοιόπτωσιν vitamus, cum sequatur in proximo versu ἔστε. Hanc saltem ut vitaret, legebat ibi Taylorus ἔστ' ἂν ἀμέλξῃς, ex Scholiaste.

v. 6. **ἔστε κ' ἀμέλξῃς.** Ἔστε συγκοπὴν ἔπαθεν ἐκ τοῦ ἕως, διὸ καὶ δασύνεται.

v. 7. τὴν' ἀπὸ τᾶς πέτρας. Legendum suspicatur Valckenaerius,

Τῆνο τὸ τᾶς πέτρας καταλείβεται ὑψόθεν ὕδωρ.

Hinc illa Virgilii, Ecl. II. 42.

Tale tuum carmen nobis divine poeta,
Quale sopor fessis in gramine, quale per æstum
Dulcis aquæ saliente sitim restinguere rivo.

Et Ecl. 8. 84.

——nec quæ
Saxosas inter decurrunt flumina valles.

v. 10. σακίταν. Σηκίται δὲ ἄρνες, οὓς ἔτι γάλακτος δεομένους, οἱ νομεῖς, τῶν μητέρων χωρίζοντες, ἰδίᾳ βόσκουσι, καὶ ἐν ἰδίῳ σηκῷ κλείουσι. (Schol.)

v. 11. ὕστερον ἀξῇ. Ἀξῇ pro ἀξεῖς ex Codd. restitui. Firmant illud vicina τὸ δεύτερον ἆθλον ἀποισῇ· αἶγα τὺ λαψῇ· et in Eid V. v. 31. ἄδιον ἀσῇ. Ἄξουμαι, ἀξῇ, ἀξεῖται, Dorice, scribebant. Ut victores τὰ πρῶτα, τὰ δεύτερα, vel ἄκρα, non φέρειν sed φέρεσθαι, sic et sensu nonnihil diverso, præmium suo sibi jure vindicantes, dicebantur ἄγεσθαι δῶρον. (Valckenaer.) φέρειν autem non φέρεσθαι hoc sensu dixit Astydamas. Vide Anthol. vol. I. p. 93. ed. Jacobs.

v. 13. Ὡς τὸ κάταντες τοῦτο γεώλοφον, ᾇ τε μυρῖκαι. Atticorum ὡς pro πρὸς hoc loco non ferendum erat; quare legit Valckenaerius,

Ὦ τὸ κάταντες τοῦτο γεώλοφον, αἵ τε μυρῖκαι.

Ubi acclivis hic tumulus, atque myricæ. Nos ex MSS. reposuimus,

Ἐς τὸ κάταντες τοῦτο γεώλοφον ᾇ τε μυρῖκαι.

Ordo est, ᾇ τοῦτο γεώλοφον ἐς τὸ κάταντες, μυρῖκαι τε. Sensum pete ex versione Latina. Xenophon. Hellen. 3. Ἐπὶ τοὺς λοιποὺς ἐπεκυλίνδουν πέτρας ἐς τὸ κάταντες.

v. 14. τὰς δ' αἶγας ἐγὼν ἐν τῷδε νομευσῶ. Virg. Ecl. V. 12. " pascentes servabit Tityrus hoedos."

v. 16. δεδοίκαμες. Nos nihil dubitamus scribere δεδοίκομες, non δεδοίκαμες, ut vulgo. Δεδοίκω, πεφύκω, λελάθω, et similia, quæ in omnibus Eidylliis occurrunt, prout accurate τὴν Δώριδα servant, sunt ἐνεστῶτες Dorici, τῶν παρακειμένων, ut loquuntur Technici, χαρακτῆρα ἀναδεξάμενοι· qui deinceps ita inflectuntur. (Heinsius.)

v. 17. κεκμακὼς. Casaubonus in margine libri sui, qui nuper Mori, nunc penes acad. Cant. sua manu scripsit κεκμαὼς, quam potiorem esse lectionem credo, tum quod apud Homerum illud κ semper elidi ex hoc participio videam, tum quod Etymol. M. in v. ἤρια, καὶ ἠρία, dicat; Θεοκριτος. καὶ ἠρία κεκμηώτων. (TAYLORUS.) Κεκμαὼς etiam in Cod. Laurent. repertum fuit.

v. 18. καί οἱ ἀεὶ. Καὶ particula syllabam sustinere non potest, ideoque ut fiat longa post se consonam requirit. Atqui pronomen οὗ per omnes casus, atque ab illo derivata ὅς et ἑὸς fere semper postulant τὸ F. quod cuivis observanti facillime patebit. Ne extra hoc Eidyllium vagemur, consulat versus 33. 43. 53. 74. in quibus omnibusque adeoque aliis per totum Theocritum præter unum et alterum levi manu emendandum, hiatus ante hanc vocem occurrit per F supplendus; quod tamen in articulo οἱ nunquam usu venit. (TAYLORUS.)

Ibid. χολὰ ποτὶ ῥινὶ κάθηται. De naso iracundiæ sede nota omnia. Hos autem versus ita Latine reddit Grotius,

De medio cantare die reverentia Fauni
Nos, pastor, prohibet, namque illo tempore fessum
Venatu corpus somno levat: est deus acer;
Et circum nares illi sedet aspera bilis.

Ibid. ῥινὶ. Stobæus ῥῖνα minus bene, cum ποτὶ plerumque accusativo junctum indicet motum ad locum, quod doctissimo Grotio in mentem non venisse miror. (TAYLORUS.)

v. 19. ἄλγεα εἴδες. Sensum nihilo deteriorem præbet alia lectio ἄλγε' ἄεισες. Nimirum Thyrsidem canere rogat caprarius eo quod Daphnidis dolores canere consueverit, et eos canendo summam sibi laudem adeptus sit.

v. 22. Κρανιάδων. Κρηνίδες sive Κρανίδες habet Moschus Eid. III. 29. Scilicet qua analogia Ἀχαιὶς et Ἀχαιάς, eadem Κρηνὶς et Κρηνίας dicuntur.

v. 26. ποταμελξεται ἐς δυὸ πέλλας. Id est εἰς ἀριθμὸν δυὸ πελλῶν. Vide Blomfieldium ad Gramm. Gr. Matthiæi. p. xlviii. "Remarks." Virg. Ecl. III. 30.

Bis venit ad mulctran, binos olit ubere fœtus.

v. 27. Κεκλυσμένον. Callierg. κεκλισμένον. Κλύζω sonat *colluo* sive *oblino*.

v. 28. ἀμφῶες. Capacitas poculi notatur quod duas habuerit aures. Μόνωτοι fuere minores scyphi. Quatuor aures habuit poculum Nestoris. Hom. Il. XII. 631. (WARTONUS.)

Ibid. νεοτευχὲς. Suum νεοτευχὲς hic explanat per ἔτι γλυφάνοιο ποτόσδον, (Al. ἔτ' ἐκ γλυφάνοιο) *Scalptoris adhuc manum redolens*, sive *cælum*: non enim tornum hic, sed cœlum locum habuisse Salmasius evicit, in Solin. p. 1044. (VALCKENAER.)

v. 30. κισσὸς ἐλιχρύσῳ κεκονισμένος. *Hedera auripigmento in modum pulveris conspersa.* a κονίζω. Κεκονισμένος an κεκονιμένος legas nihil interesse monet Valckenaerius. Hesychius in loco corrupto. Λειοκόνιτος ἡ τελείωσις. κόνις διαλελυμένη. λείως γὰρ τελείως. Corrigendum videtur, ἡ τελείως, ὡς κόνις, vel εἰς κόνιν, διαλελυμένη. De qua autem re sermo sit non liquet. Aliud verbum est κονιᾶν, quod significat *calce illinere*.

Ibid. ἀ δὲ κατ' αὐτὸν. *Capreolus autem circum hederæ stipitem volvitur, gestiens fructu colorato,*

" Miraturque novas frondes et non sua poma."

Hæc imitatus est Virgilius, Ecl. III. 37.

——Pocula pomam
Fagina, divini cælatum opus Alcimedontis,
Lenta quibus torno facili superaddita vitis
Diffusos hedera vestit pallente corymbos.

Ubi non significatur vitis hederæ mista, quod prorsus invenustum esset, sed hedera in modum vitis serpens. Vitis vestiens corymbos hedera diffusos est ipsa hedera. Et similiter Nonnus, Dionys. Lib. XIX. p. 358. Ed. Plant. de cratere.

Τοῦ περὶ χείλεος ἄκρον ἔχ' ἀμπελόεντι καρήνῳ
κισσὸς ἕλιξ, χρυσέῳ δὲ πέριξ δαιδάλλετο κόσμῳ.

Ita enim scribendum. Vulgo ἐπ' ἀμπελόεντι, absque ullo sensu. ἀμπελόεντι καρήνῳ περιεῖχε, *viteo capite circumdedit*. Ἕλιξ autem, apud Nonnum, non est capreolus, sed hederæ species.

v. 32. ἔντοσθεν. Viri docti conjecturam ἔκτοσθεν probat Valckenaerius.

v. 38. κυλοιδιόωντες. Scholiastæ interpretatio, οἰδοῦντες τὰ κοιλα τὰ ὑπὸ τοὺς ὀφθαλμούς, monstrat vel sola primam verbi scripturam κοιλοιδιᾶν. Sonum auribus ingratum usus in κυλοιδιᾶν facile mutavit. (VALCKENAER.)

v. 42. ἐλλοπιεύειν. Ἕλλοπες in genere vocabantur pisces

ἐκ τοῦ ἐλλείπειν τῆς ὄπος· sed erat piscis quidam peculiariter dictus ἔλλοψ sive ἔλοψ, circa Syracusas oriundus; de quo Archestratus, apud Athenæum, lib. vii. p. 300.

Τὸν δ' ἔλοπ' ἔσθε μάλιστα Συρακούσαις ἐνὶ κλειναῖς,
τόν γε κρατιστεύονθ'.

Itaque ἐλλοπιεύειν hoc loco forsitan significat Ellopes captare.

v. 43. αἱ δὲ. Præstat altera lectio ὧδε, quam ex multis MSS. in suam editionem recepit Valckenaerius.

v. 45. τυτθὸν δ' ὅσσον. τοσοῦτον διάστημα ὅσον ὀλίγον. (Schol.)

v. 46. πυρναίαις. Scholiastes explicat περκαζούσαις ἢ τρωξίμοις· πύρνος γὰρ ὁ σῖτος καὶ ἡ τροφή. Sed vix credibile est tali voce de uvarum racemis usum esse Theocritum, aut si usus esset, eam ab antiquis Lexicographis prætermissam fuisse. Nobis in mentem venit περκναῖσι. Hesychius. Περκνὸς, γλαυκὸς, μέλας, καὶ τὰ ὅμοια. Homerus Il. P. 571.

Ἐν δ' ἐτίθει σταφυλαῖσι μέγα βρίθουσαν ἀλωὴν,
καλὴν, χρυσείην· μέλανες δ' ἀνὰ βότρυες ἦσαν.

Scribi etiam placet πυκναῖσι. Vid. ad Ephes. IV, 8.

v. 49. φοῖτῃ. Sic pro φοιτᾷ recte jam scriptum in Ed. Flor. Dorica sunt, et in Theocriteis, φοιτῇ· τολμῇς· ἐσορῇ, &c. (Valckenaer.) Vulpium uvas depopulantium meminit Salomon in Cantico Canticorum cap. ii. v. 15. "Capite nobis vulpes parvulas quæ depopulantur vineas." Et Varro de re Rustica, lib. i. cap. viii. tradit vineas in Asia humi stratas sæpe vulpibus et hominibus communes fieri.

v. 50. τὸ παιδίον οὐ πρὶν ἀνάσειν. ἀνήσειν reponere oportebat cum Valckenaerio. Scribebat enim Theocritus τήρησον· ποιησεῖς· πατησεῖς, &c. Locum autem hunc ita vertit D. Heinsius.

———*nec linquere certum est,*
Ni prius in sicco puerum deponat inanem.

Pro ἀκράτιστον, μηδένος ἐγκρατῆ, nonnulli legunt ἀνάριστον, id est ἀνάριστον, *jentaculo carentem.* Ἀναριστον sine elisione in codice quodam repperit Fulvius Ursinus. Phrasin ἐπὶ ξηροῖς καθῖσαι Galtice vertit Anna Fabri *mettre a sec.* Καθίζειν hoc loco idem est quod τιθέναι. Sed in Epigrammate Lucillii (12) ξηροφαγεῖ καθίσας significat *esurit.*

v. 51. Vid. p. 24.

v. 52. ἀνθερίκεσσι. Ἀνθέριξ, testibus Scholiaste atque aliis,

est caulis Asphodeli; *ἀνθέρικος*, ejus fructus vel flos. Contra Eustathius, citante Gaisfordio, hæc habet: *Ἀνθέρικος ὁ τῆς ἀσφοδέλου κάρπὸς ἢ καυλὸς· ἡ δὲ χρῆσις καὶ παρὰ Θεοκρίτῳ.* Ille itaque, ut videtur, legebat hoc loco *ἀνθερίκοισι*. Neque aliter Longus lib. i. p. 11. Ed. Dutens. *Ἡ μὲν ἀνθερίκους ἀνελομένη ποθὲν ἐξελθοῦσα ἀκριδοθήραν ἀνέπλεκε.*

v. 53. *μέλεται*. Aut pro *μέλει* ponitur, quæ inusitatior structura, aut verbum est personale concordans cum nominativo *τί*, subaudito *μέλημα* vel *μέρος*.

v. 54. *τοσσῆνον*. *κατὰ τοσοῦτον*.

v. 55. *ὑγρὸς ἄκανθος*. Virg. Ecl. III. 45.

Et molli circum est ansas amplexus acantho.

Vide infra ad Eid. XXVIII. v. 11.

v. 56. *Αἰολικὸν θάημα*. Ita dedi ex emendatione Porsoni pro *Αἰολικὸν* vel *αἰπολικόν τι θάημα*. Al. *θέαμα*.

v. 57. *Καλυδωνίῳ*. Hesych. *Ἡ Καλύδων Αἰολὶς ἐκαλεῖτο.*

v. 58. *τυρῶντα*. Vulgo *τυρόεντα*, adversante metro. Noster Eid. XI.

καὶ τυρὸν πᾶξαι, τάμισον δρυμεῖαν ἐνεῖσα.

Correxit Porsonus. Subauditur *ἄρτον*. Placentam intellige ex caseo et lacte mistis confectam. v. Valcken. Anglice "a cheese cake."

v. 59. *οὐδ' ἔτι πᾶ ποτὶ χεῖλος ἐμὸν θίγεν*. Al. *οὐδέ τι πω*. Virg. Ecl. III. 43.

Necdum illis labra admovi, sed condita servo.

v. 60. *μάλα πρόφρων*. Junguntur hæ voces apud Antimachum Colophonium. Fragm. XVI. Ed. Schellenberg.

Ἐν δέ σν τοῖσι μάλα πρόφρων, ἐπίκουρος ἀμορβῶν,
*ὠμίλησας, *ἕως διεπέρσατε Δύμιον ἄστυ.*

Ubi *ἐπίκουρος ἀμορβῶν* potest significare *sociis auxilium ferens, sociorum ipsorum socius;* vel *αμορβῶν* est participium ab *ἀμορβέω*, quod idem fuerit ac *ἀμορβεύω* vel *ὁμορβέω*, id est, *sequor*. *Ἕως* pro *ὡς* dedi de meo.

v. 61. *τὸν ἐφίμερον ὕμνον*. Eleganter conjicit D. Hein-

sius τὸν ἐφ' Ἱμέρᾳ ὕμνον, *carmen prope Himeram*, Siciliæ fluvium, jam cantatum.

v. 62. κοὔ τοι τὶ φθονέω. Scholiastes aliam lectionem memorat, κοὔτι τυ κερτομέω. i. e. *nec sane hoc dico tui irridendi causa*. Sed Virgilius, Ecl. I. 11. "Non equidem invideo."

v. 63. τὸν ἐκλελαθόντα. Homerus de Thamyri. Il. B'. 600.

Αἱ δὲ χολωσάμεναι πηρὸν θέσαν· αὐτὰρ ἀοιδὴν
θεσπεσίην ἀφέλοντο, καὶ ἐκλέλαθον κιθαριστύν.

v. 65. Ἄρχετε βωκολικᾶς. Virg. Ecl. VII. 21.

Incipe Mœnalios mecum mea tibia versus.

v. 66. πᾶ ποκ' ἄρ' ἦσθ. Conjecit, credo, Porsonus πᾶ τόκ' ἄρ' ἦσθ'. et in Ed. Venet. Salamand. video scriptum in fine versiculi, πᾶ τόκα Νύμφαι; Confer Virgilium Ecl. X. 9. et Miltonum nostratem in Lycida v. 50.

v. 67. ἢ κατὰ Πίνδω. Subaudi τέμπεα, *nemora*, sive *valles*. Hesychius. Τέμπεα, σύνδενδρα χωρία. τινὲς δὲ, τὰ στενὰ τῶν ὀρῶν.

v. 68. ποταμοῖο. Al. ποταμῶ γε. Anapus Siciliæ fluvius memoratur infra Eid. VII. 151.

v. 69. Ἄκιδος ἱερὸν ὕδωρ. Silius Italicus l. 14, v. 221.

Quique per Ætnæos Acis petit æquora fines,
Et dulci gratam Nereida perluit unda.

v. 71. θῶες. Θὼς illud est animal quod canem Aureum Linnæus, Persæ *Shacall* vocant: (Anglice "Jackall") Lupus aureus Oppiani. Male *lupus cervarius* in versione Latina; hic enim *lynx* est, a *thoe* diversissimus (SCHREBER.)

v. 72. ἀνέκλαυσε. Al. ἔκλαυσε. Virg. Ecl. V. 27.

Daphni tuum Poenos etiam ingemuisse leones
Interitum montesque feri sylvæque loquuntur.

v. 75. δαμάλαι καὶ πόρτιες. *Juvencæ et vitulæ*. Confundunt plerique. Hesychius, Δάμαλις, μόσχος. Idem, Πόρτις, δάμαλις, ἢ νεὰ βοῦς. Hæc imitatus esse videtur Nonnus. Dionys. lib. xv. p. 284. de Hymno pastore,

——καὶ ἐυπετάλῳ παρὰ λόχμῃ
Ὕμνον ἐποικτείραντος ἐλείβετο δάκρυα ταύρου,
καὶ δάμαλις δάκρυσε, καὶ ἔστενεν ἀχνυμένη βοῦς.

v. 78. τίς τυ κατατρύχει; Eodem sensu vocem adhibet Musæus, vers. 87. Vid. p. [411].

Οὐκ ἔθελες κρυφίοισι κατατρύχειν φρένα κέντροις.

v. 80. ἦνθον τοι βῶται. Virg. Ecl. X. 19.

Venit et upilio: tardi venere bubulci:
Omnes, unde amor iste, rogant tibi? venit Apollo:
Galle, quid insanis, inquit: tua cura Lycoris
Perque nives alium perque horrida castra secuta est.

v. 82. ἀ δὲ τε κώρα. In Codd. legitur ἀ δέ τι, et ἀ δέ τοι. Equidem autem vix possum dubitare quin ita scripserit Theocritus;

Κἤφὰ Δάφνι τάλαν τί τυ τάκεαι, ἀ δ' ὅτι κώρα
πᾶσας ἀνὰ κράνας πάντ' ἄλσεα ποσσὶ φορεῖται,
(ἄρχετε βωκολικᾶς, Μῶσαι φίλαι, ἄρχετ' ἀοιδᾶς)
ζαλοῖς;

Noster in Eidyll. VI. v. 26. ζαλοῖ μ', ὦ Παιὰν, καὶ τάκεται. Vulgatæ lectioni res ipsa repugnat; neque enim quærebat, sed fugiebat Daphnin, puella. Ita Virgilius in loco jam citato,

——*tua cura Lycoris*
Perque nives alium *perque horrida castra secuta est.*

ζαλοῖσ' autem quod dedit Valckenaerius, est ex conjectura Hemsterhusii pro ζατοῖσ' aut ζατεῦσ'. Emendabat Wassenbergius, σιγᾶς; ἃ δυσερώς τις, κ. τ. λ. Hermannus ζάτευ.' *quin quære* eam. Ceterum melius intelligemus carminis hujus scopum, missa facientes ea quæ de nympha Echenaide somniati sunt Interpretes.

v. 86. βώτας μὰν ἐλίγευ. Al. μέν. Si πράν legas, antithesis erit inter illam voculam et νῦν. Attamen non necesse est ut aliquid mutemus. (Taylor.) Vid. p. [411].

v. 90. γελεῦντι. Al. γελᾶντι, quam et formam legitimam opinor fuisse. Sic apud nostrum Eid. XV. 148. πεινᾶντι ponitur pro πεινῶντι. Apud Æschylum, Agam. 674. lego Ζεφύρου γελᾶντος αὔρᾳ, pro γίγαντος. Marcus Argentarius. Epig. 24. dixit πρηὺγελως Ζέφυρος.

v. 92. τώσδ'. Ita edidit Valckenaerius pro τὼς δ'.

v. 95. ἦνθέ γε μὰν ἀδεῖα. Nihil hic juvant aut Codices aut virorum doctorum conjecturæ; neque operæ pretium facturus mihi videor, si eas cum lectore communicem. Nescio an ipse rem acu tetigerim, legens,

ἦνθέ γε μάν, ἀνία δὲ, καὶ ἁ Κύπρις γελάοισα.

Venit quidem, sed cruciabat veniens. Ita apud Bionem, Eid. I. 8. Adonis Κύπριν ἀνιᾶ λεπτὸν ἀποψύχων.

v. 96. λάθρια μὲν γελάοισα, βαρὺν δ' ἀνὰ θυμὸν ἔχοισα. Ἀνέχειν significat *in altum attollere* et *elatum ostentare*, ac *præ se ferre*. Subridens Venus, vultu iram animi præferente, dicitur eleganter λάθρη μὲν γελάοισα, βαρὺν δ' ἀνὰ θυμὸν ἔχοισα. (VALCKENAER.) Non revera irata erat Venus sed iram simulabat. Vide infra v. 138. quod an intellexerit Valckenaerius ex ejus verbis non capio. Male sine dubio vertit Latinus Interpres, *Occulte quidem ridens, animo vero graviter irata.* Male etiam hæc confert Interpres ad Miltonum, "Paradise Lost." I. 126. "*Vaunting aloud, yet racked with deep despair.*"

v. 100. ποταμείβετο. Al. τοτ' ἀμείβετο. Etiam ποταμείψατο, quod prætulit Brunckius.

v. 101. ἀπεχθής. Al. ἀπαχθής. Et infra v. 141. pro ἀπεχθῆ aliam scriptionem habemus ἀπαχθῆ, ubi opinatur Sanctamandus scribam voluisse ἐπαχθῆ. Apud Æschylum in Prometheo v. 49. ἐπράχθη pro ἐπαχθῆ exhibent omnes MSS. Legendum enim sine dubio,

Ἅπαντ' ἐπαχθῆ πλὴν θεοῖσι κοιρανεῖν.

Id est, *omnia tibi gravia videntur præterquam imperium in deos, quale est illud Jovis.*

v. 102. ἤδη γὰρ φράσδει. Eustathius ad Iliad. p. 1266. Ἐντεῦθεν δὲ ὀνάμενος ὁ Θεόκριτος φησι τὸ οὐ πάντα τὸν ἅλιον δεδυκεῖν, ἤγουν οὐ πάσας συντελεσθῆναι τὰς ἡμέρας τοῦ ζῆν. Idem ad Odyss. p. 1895. καθὰ καὶ Θεόκριτος ἥλιον πάντα δεδυκεῖν λέγει τῷ ἤδη θνήσκοντι.

Ibid. δεδυκειν. Al. δεδυκει. *Ex priore* Eustathii interpretatione conjecit Hermannus legendum esse,

ἤδη γὰρ φράσδ' οὐ πάνθ' ἅλιον ἄμμι δεδύκειν.

Jam enim dic non omnes mihi soles occidisse.

Nos ex posteriore,

Ἤδη γὰρ φρασδῇ πάνθ' ἅλιον ἄμμι δεδύκειν.

Jam enim sentis solem mihi totum occidisse.

Per Parenthesin hæc dicuntur, nisi, quod verisimilius videtur, versus hic sequenti postponendus sit.

v. 103. κακὸν ἔσσεται ἄλγος ἔρωτος. Interpretatur Valckenaerius, *Daphnis etiam apud inferos amoris infortunati triste erit documentum.* Ἔσσεται placuit nonnemini. Legebat Wassenbergius,

Ἤδη γὰρ (ἔξεστι) φράσδειν πάνθ'. ἅλιος ἄμμι δεδύκει·
Δάφνις κ'ειν Ἀίδα κακὸν ἔσσεται αἰσχος ἔρωτος.

Nos ex Codd. cum Brunckio legimus κακὸν ἔσσεται ἄλγος Ἔρωτι. Minatur Daphnis se eandem molestiam apud inferos Amori creaturum quam in terris creaverat. Bion. Eid. VIII. 10.

Ἅρπασε τὰν Ἑλέναν ποθ' ὁ βωκόλος· ἄγε δ' ἐς Ἴδαν,
Οἰνώνᾳ κακὸν ἄλγος.

v. 105. οὗ λέγεται τὰν Κύπριν ὁ βωκόλος. Τὸ οὐ δασύνεται. ἔστι γὰρ ἀντὶ τοῦ ὅπου. λείπει δὲ τὸ καταισχύναι, ἵν' ᾖ τὸ ὅλον· ὅπου ὁ βωκόλος Ἀγχίσης τὰν Κύπριν καταισχύναι λέγεται. (Schol.) Οὗ in ὦ, ut Δωρικώτερον, mutatum voluit Valckenaerius; sed melius leges,

Οὐ λέγεται τὰν Κύπριν ὁ βωκόλος; ἔρπε ποτ' Ἴδαν.

Hunc locum illustrat Homerus, Hymn. in Ven. v. 53.

Ἀγχίσεω δ' ἄρα οἱ γλυκὺν ἵμερον ἔμβαλε θυμῷ,
ὅς τοτ' ἐν ἀκροπόλοις ὄρεσιν πολυπιδάκου Ἴδης
βουκολέεσκεν βοῦς, δέμας ἀθανάτοισι ἐοικώς.

v. 106. τηνεὶ δρύες, ὧδε κύπειρος. Ἐκεὶ δρύες, κρύπτειν σε δηλονότι δυνάμεναι· ὧδε, ἤγουν ἐνταῦθα, κύπειρος, ταπεινὴ βοτάνη καὶ μὴ δυναμένη σκέπειν σε. (Schol.) Ego potius interpretarer, "Illic quercus sunt sicut hic, et in hoc loco cyperus ut in illo nascitur, ut uterque locus sit ad amorem idoneus."

v. 107. ὧδε καλὸν βομβεῦντι. Vide infra Eid. V. 46. unde forsan male conveniens versus fuit translatus.

v. 109. ὡραῖος χ' Ὧδωνις ἐπεὶ. Virgilii versus (Ecl. X. 18.)

Et formosus oves ad flumina pavit Adonis,

Toupio non obversabatur cum corrigere hæc tentaret, Ὥρειος χ' Ὦδωνις, in hunc sensum, *Tu—de bubulco triumphos agis. Sed Anchises bubulcus; sed Adonis pastor; et uterque montes colebant.* Nulla enim auctoritate ὤρειος communiri potuit. Reiskii tentamina hic etiam aliena sunt. Fateor tamen in hoc versu aliquid Theocriteum desiderari. (VALCKENAER.) Corrigebat Eldikius,

Ὡραῖος χ' Ὦδωνις ἐπ' ἄγκεσι μᾶλα νομεύει.

Jacobsius, ἐπ' ὀχθαις, vel ἐπάκτια. Equidem lego,

Ὡραῖος χ' Ὦδωνις ὄπα καὶ μᾶλα νομεύει.

Vade etiam illuc ubi, &c. Huc autem conferendus etiam Lucianus. Deor. Dial. II. Ἐκεῖνος (ὁ Ἔρως) ὑβριστής ἐστιν· ἐμὲ γοῦν τὴν μητέρα οἷα δέδρακεν; ἄρτι μὲν ἐς τὴν Ἰδην κατάγων, Ἀγχίσου ἕνεκα τοῦ Ἰλιέως, ἄρτι δ' ἐς τὸν Λίβανον, ἐπὶ τὸ Ἀσσύριον ἐκεῖνο μειράκιον.

v. 110. θηρῖα πάντα. Al. θηρία τ' ἄλλα. Conjecit Eldikius θηρί' ἄγραυλα.

v. 112. αὖτις ὅπως στασῇ. *Fac ut iterum consistas cum Diomede congressa;* sive, *iterum congredere cum Diomede.* Infelicem cum Diomede congressum Siciliensis Daphnis acerbe Veneri exprobrat, narratum Homero in Il. E. 336. et seqq. ubi dea minime bellatrix a Tydide vulnerata, in cœlum suum coacta fuit recedere—Vera quidem observatio *Schol.* qua Dorienses modos subjunctivos non aliter efferre dicuntur ac vulgo Græci solent. Sed στασῇ hoc in loco futurum est Indicat. Med. qualia futura tempora cum ὅπως in istiusmodi contractis loquendi formulis ab elegantioribus Græcis jungi solent. Æschylus Prom. 68. ὅπως μὴ σαυτὸν οἰκτιεῖς ποτέ. (VALCKENAER.)

v. 113. ἀλλὰ μάχευ μοι. Acerbissimo joco Venus quia bubulcum Daphnin superaverat, læta nunc dicitur ad Diomedem, quem ante fugerat, accessura propius, et dictura, "quin tu nunc mecum pugna." Pro μάχευ μοι sincera scriptione, Ed. Flor. dat μαχεῦμαι. (VALCKENAER.) Lego ἄλλα μαχεῦμαι. *Alias pugnas pugnabo.* Subaudi μαχήματα, vel tale aliquid.

v. 115. ὦ ἀν' ὥρεα. Ut producatur ultima τοῦ θῶες, sequi debet consona. Forsan poeta scripsit καὶ ἀν' ὥρεα. (TAYLOR.)

v. 118. Θύμβριδος. Nomen Thymbridis suspectum fuit

Eustathio qui ad Dionysii Perieg. v. 350. *Σημείωσαι*, inquit, *ὅτι παρὰ τῷ Θεοκρίτῳ ἐν ἀμφιβαλλομένῃ τινὶ γραφῇ καὶ Σικελικὸς φαίνεταί τις εἶναι Θύμβρις ποταμός*. Flumen hic Siciliæ designari nomine *Θύμβριδος* veteres suspicantur Grammatici; montem sic dictum Casaubonus et Toupius. Sed neque Casaubonus neque Cluverius montem Siciliæ *Thymbrida* unquam legerunt commemoratum. Quodcunque tamen nomen monti fuerit, ego etiam montem hic intelligendum arbitror; quia quæ per montem deorsum feruntur, *φέρεσθαι* vel *πίπτειν κατ' ὄρους* Græci dici solent; unde de summo se monte præcipitantes dicerentur egregie *ποταμοὶ οἱ χεῖτε καλὸν ὕδωρ κατ' ὄρους*. Hac forma loquendi Theocritus usus dixit Eid. V. 15.

——*ἢ κατὰ τήνας*
τᾶς πέτρας, ὤνθρωπε, μανεὶς εἰς Κρᾶθιν ἀλοίμαν.

(Valckenaer.) Aliter legitur in Codd. *Θύβριδος*, *Δύβριδος*, et *Θίβριδος*. Secundum Scholiastem *Θύμβρις κατά τινα γλῶσσαν ἡ θάλασσα*. Equidem igitur lego *Δωρίδος*, quo sensu apud Virg. vox usurpatur Ecl. X. 4.

Doris amara suam non intermisceat undam.

Conferatur locus quem ex Silio citavi supra v. 69.

v. 120. *Δάφνις ἐγών*. Virg. Ecl. V. 43.

Daphnis ego in sylvis hinc usque ad sidera notus,
Formosi pecoris custos formosior ipse.

v. 124. *εἴτε τύγ' ἀμφιπολεῖς μέγα Μαίναλον*. Imitatus est Virgilius, Georg. I. 16. ubi conjecit Schraderus "tua seu tibi Mænala curæ," ex hoc loco, pro "si tibi."

v. 125. *Ἑλίκας δὲ λίπε Ῥίον*. *Ῥίον* hic eximie accipiendum de Rhio promontorio in ea ora Peloponnesi ubi Helice fuit, urbs ab Helica Lycaonis filio nuncupata. L. Bos corrigit *Ἑλίκα δε λίπ' ἤριον*.

v. 126. *ἀγατόν*. Observavit Taylorus *ἀγατὸς* passim apud Homerum occurrere, *ἀγαστὸς* autem nunquam; et raro alibi. Itaque hanc fere omnium Codd. lectionem in contextum admisi.

v. 127. *Λήγετε βωκολικᾶς*. Virg. Ecl. VIII. 61.

Desine, Mænalios jam desine tibia versus.

— * v. 132. *νῦν ἴα μὲν φορέοιτε βάτοι*. Confer Virg. Ecl. VIII. 52. et III. 38. Citat Taylorus etiam Nemesianum I. 75.

* v. 128. Vocem ... [illegible] intel. ... [illegible] calamos ... [illegible] autem.

Namque prius siccis phocæ nascentur in arvis,
Hirsutusque freto vivet leo, dulcia mella
Sudabunt taxi, confusis legibus anni
Messem tristis hyems, æstas tractabit olivas,
Ante dabit fruges autumnus, ver dabit uvas,
Quam taceat Melibœe tuas mea fistula laudes.

v. 134. πάντα δ' ἔναλλα γένοιτο. Hoc est, uti dixit Ovidius,

Omnia naturæ contraria legibus ibunt.

Al. ἄναλλα. Neutra vox, ut credo, auctoritatibus confirmari potest. Al. γένοιτο, quod genuinum putat Kiessl.

v. 136. γαρύσαιντο. Conjectum fuit ὀρίσαιντο. Sic Epig. ἀδεσπ. 468.

Τολμῶεν δ' ἐρίσαι σκῶπες ἀηδονίσι. Ael. p. [412]

v. 138. ἀπεπαύσατο. Ald. Flor. et Schol. ἀνεπαύσατο. Quam veram esse lectionem indicat sequens ἀνορθῶσαι. Est enim teste Suida ἀναπαύομαι, τὸ ἀνακλίνομαι ὡς πρὸς ὕπνον. Deinde multo παθητικώτερον est Daphnidem in articulo mortis reclinatum describere, quam simpliciter finem dicendi facientem. (TAYLOR.)

v. 139. λελοίπει. Al. λελοίπη. Brunck. ἐλελοίπη.

v. 143. ὥς μιν ἀμέλξας. Schol. ἄν. Ceterum Cod. Cant. et Editiones omnes veteres uno ore κεν, quod melius ac μιν ad remotius substantivum referatur. (TAYLOR.)

v. 145. ἄδιον ἄσω. *Suaviter canam.* Ἄδιον pro ἡδέως, poetice.

v. 147. πλῆρές τοι σχαδόνων. Al. δὲ aut τε. Hesych. Σχάδονες, τὰ κηρία τῶν μελισσῶν.

Ibid. ἀπ' Αἰγίλω. Caprarius optat Thyrsidi præter cætera, suavissimas caricas Atticas ex pago Ægilo, quæ valde nobilitatæ hinc Αἰγιλίδες dicebantur. (VALCKENAER.)

v. 151. Κισσαίθα. Κισσαίθα, Κυμαίθα, et Κυναίθα, nomina sunt caprarum apud Theocritum.

v. 152. σκιρτάσητε. Legebat Porsonus σκιρτασεῖτε.

EIDYLLIUM II.

v. 1. φίλτρα. Proprie sunt *pocula amatoria.*

v. 2. στέψον τὰν κελέβαν φοινικέῳ οἰὸς ἀώτῳ. Hinc illa Virgilii ritus eosdem decantantis, Ecl. VIII. 64.

Effer aquam, et molli cinge hæc altaria vitta,
Verbenasque adole pingues et mascula thura,
Conjugis ut magicis sanos avertere sacris
Experiar sensus.

Κελέβη est *pila* in qua aliquid pinsitur. Monet Gaisfordius citare Athenæum φοινικίῳ.

Ibid. οἰὸς ἀώτῳ. Ἄωτον est *flos;* unde ἀωτεῖν, ἀνθεῖν. Translate notat lanam. Ita apud Homerum, Il. N. 599.

Αὐτὴν δὲ ξυνέδησεν ἐϋστρόφῳ οἰὸς ἀώτῳ.

Veteres ea quæ divino honore afficere volebant laneis coronis cingere atque ornare consueverant. Quin et purpureo colori peculiaris quædam vis tribuebatur in incantamentis. In Epig. ἀδεσπ 113. Anthol. Ed. Jacobs. Iynx Thessalæ veneficæ describitur,

Πορφυρέης ἀμνοῦ μαλακῇ τριχὶ μέσσα δεθεῖσα.

v. 3. ὡς τὸν εμοὶ βαρὺν εὖντα φίλον καταθύσομαι ἄνδρα. Ὡς Homeri more jungitur futuro καταθύσομαι. Κορίνθιον illud σχῆμα vocant Grammatici. Pro ἐμοὶ in multis Codd. exhibetur ἐμὸν, quod mihi elegantius videtur. Ἐμὶν, ut Δωρικώτερον, malit Valckenaer. Pro φίλον, al. φίλα.

v. 4. τάλας. Τάλᾶς Dorice. ταλᾶς Attice.

Ibid. οὐδέποθ' ἥκει. Quod Reiskius in contextum intulit, οὐδὲ ποθήκει, mihi quoque fateor in mentem venisse. Postea vidi verbum illud compositum hoc sensu minus usitatum, et hic vulgatum servandum, ne forma quidem οὐδέποθ' in οὐδέποκ' immutata. Recte scribitur infra Eid. XIII. 10. χωρὶς δ' οὐδέποκ' ἦς· et in hoc ipso Eid. 157. οὐδέποκ' εἶδον. Sed hic ista forma, verbo ἥκει sequente, aures offendisset. (VALCKENAER.)

v. 7. ὤχετ ἔχων. Hæc absurdam sententiam efficiunt, quam satis habent Interpretes ita exprimere: *Nimirum illi alio abiit amor levem animum habens et Venus.* Scribe, ἦ ῥα οἱ ἄλλᾳ ὤχετ' ἄγων. Nam ὤχετ' ἄγων usitatissimum poetæ est, pro ἦγε. Infra eodem Eidyllio ὤχετο φεύγων est ἔφυγε. et Eid. 4. sicut hic, ἄγων νιν ἐπ' Ἀλφεὸν ὤχετο Μίλων. Quod iis novum non

est qui Platonem legerunt, quo nemo frequentius ita loquitur. (Heinsius.) Ego vulgatum præfero. Sensus est, *Alio abiit Amor levem ejus animum possidens, et Venus.* Vide infra Eid. IV. 10. et XXII. 168.

v. 10. ἐκ θυέων. Dicitur ut Eidyll. VII. 6. ὃς ἐκ ποδὸς ἄνυε κράναν, ubi vide Musgravium. Cf. infra v. 159. ——*

v. 13. νεκύων ἀνά τ' ἠρία καὶ μέλαν αἷμα. *Inter sepulchra et tabida cadavera mortuorum.* Nullus dubito quin genuinum sit καὶ μέλαν αἷμα. Quod in Etymologo legitur ut Theocriti, ἠρία κεκμηώτων, ex deperdito aliquo carmine haustum videtur.

v. 14. δασπλῆτι. Consule Etymol. M. in voce, et Ruhnkenium, Ep. Crit. 2. p. 31. Palmerius vertit *terribilis,* et deducit ἀπὸ τοῦ τῇ δᾳδὶ πλήττειν, quod obvios sibi in nocte face percutit.

v. 16. Περιμήδας. Perimede secundum Scholiastem eadem saga celebris esse dicitur quæ ab Homero, Il. Λ. 739. vocatur Agamede,

ἣ τόσα φάρμακα εἶδε ὅσα τρέφει εὐρεῖα χθών.

Propertius II. 4. 7. Perimeden appellat.

Non hic herba valet, non hic nocturna Cytæis, (i. e. *Medea*)
Non Perimedea gramina cocta manu.

v. 17. Ἶυγξ. Iynx rhombus erat filis ex lana circumdatus, quam agitabant veneficæ, carminibus simul pronuntiatis, quibus effici posse putabant ut a longinquo aliquis alliceretur. Vide Ep. αδεσπ. 113. supra citatum, et ibi Jacobsium. vid. p. [412]

v. 18. πυρὶ τάκεται. Casaubonus in veteri Codice invenit περικάεται. Schol. πυρὶ κάεται. Cod. Cant. in Marg. πυρὶ καίεται.

Ibid. ἀλλ' ἐπίπασσε. *Tu autem sparge illam;* ut apud Virg. Ecl. VIII. 83. "Sparge molam." Ἀλλὰ vim habet hortandi. Perperam Heinsius ἄλλ', *alia.* Interpungunt nonnulli post Θέστυλι.

v. 19. πᾷ τὰς φρένας ἐκπεπόταται; *Quo tibi mens avolavit?* Φρενὸς malit Valckenaerius. Euripides Electr. v. 175.

οὐκ ἐπ' ἀγλαΐαις, φίλαι,
θυμὸν, οὐδ' ἐπὶ χρυσέοις
ὅρμοις ἐκπεπόταμαι.

* v. 11. Forsitan ἄσυγε δαῖμον, quod convenit Lunæ. (Kiessl.)
Ἠλ. χθονία Ἑκάτα. Cf. Anis. pag. 426.

Homerus, Od. Σ. 326. haud dissimiliter,

Ξείνε τάλαν, σύ γέ τις φρένας ἐκπεπαταγμένος ἐσσί.

v. 21. *πάσσ', ἅμα καὶ λέγε ταῦτα. Sparge farinam, et inter spargendum dic ista.* Sententia quidem est commoda, et sic sæpius eleganter adhibetur *ἅμα*. Quia tamen sal in his sacris adhibebatur, et molæ partem conficiebat, mihi hic quoque placet lectio a D. Heinsio excogitata, *πάσσ' ἅλα*. (VALCKENAER.) Monet Taylorus Virgilium nullam salis in apparatu magico mentionem facere.

v. 23. *δάφναν αἴθω.* Virgilius, Ecl. VIII. 82.

——Fragiles incende bitumine lauros:
Daphnis me malus arit; ego hanc in Daphnide laurum.

Et Propertius 2. 28. 35. de eadem superstitione,

Deficiunt magico torti sub carmine rhombi,
Et non exiguo laurus adusta sono.

De quo sono etiam Lucretius, VI. 153.

Nec res ulla magis quam Phœbi Delphica laurus,
Terribili sonitu flamma crepitante crematur.

v. 24. *καππυρίσασα.* Sine dubio corruptum est vocabulum, cujus vice legebat Valckenaerius *καππυρὸς εὖσα*, pro *κατὰ πυρὸς*, vel, accentu retracto, *κάππυρος* pro *κατάπυρος*. Neutram lectionem probo. Rescribendum succurrit *κἀκ πυρὸς ὄσδει, et ex igne olet.* Etymol. M. in loco a Gaisfordio citato exhibet *κακπυρίσασα*. Ejusdem MS. *κακπυρίσαισα*. Gray. Ly. ἔλακεν.

v. 26. *ἀμαθύνοι.* *Ἀμαθύνει, κατὰ μικρὸν δαπανᾷ, ὃ ἐστι, ἄμαθον καὶ κόνιν ποιεῖ.* Schol. ad Il. A. 589.

v. 28. *ὡς τοῦτον τὸν καρὸν.* Virg. Ecl. VIII. 80.

Limus ut hic durescit, et hæc ut cera liquescit,
Uno eodemque igni, sic nostri Daphnis amore.

Et Ovidius Met. III. 487.

——Sed ut intabescere flavæ
Igne levi ceræ, matutinæve pruinæ
Sole tepente solent, sic attenuatus amore
Liquitur.

Σὺν δαίμονι simpliciter positum significat *deo* vel *dea favente; σὺν δειλαίῳ δαίμονι, non favente.* Lucian. Am. 15. *σὺν δειλαίῳ δαίμονι ἐρασθῆναι τῆς θεοῖ.*

v. 29. ὁ Μύνδιος. Myndus Arcadiæ aut Cariæ oppidum.

v. 30. ἐξ Ἀφροδίτας. Malim ad præcedentia quam ad sequentia referre, propterea quod ὡς pro οὕτως sententiam, quantum memini, inchoare solet. Verte, *quemadmodum rhombus hic sive Lynx Venere favente volvitur, sic ille, &c.*

v. 33. ἐν ᾅδα κινήσαις Ῥαδάμανθα. Al. κινήσαις ἀδάμαντα. vel ῥ' ἀδάμαντα. unde genuinam lectionem conjicias κινήσαις κ' ἀδάμαντα. Ego autem neque Rhadamanthum infernum judicem hic designari, neque indomitum (ἀδάμαντα) deum Plutonem innui credo, cum Valckenaerio, sed de adamantinis orci portis agi, de quibus Virgilius Æn. VI.

Porta adversa ingens, solidoque adamante columnæ.

Et Ovidius Met. lib. iv.

Carceris ante fores clausas adamante sedebant.

Item Propertius IV. 11. 4.

Quum semel infernas intrarunt funera leges,
Non exorato stant adamante viæ.

Neque tamen spernenda est Taylori conjectura pro ἐν ᾅδᾳ legentis ἀναιδῆ κινήσαις ῥ' ἀδάμαντα. hoc est, modo legas κ' pro ῥ', *tu movere possis adamanta, qui nullo affectu, nulla verecundia, moveri solet.* Frequens utique est hoc lapidis epitheton apud Homerum. Noster etiam dentibus tribuit. Eid. XXIV. 24. καὶ ἀναιδέας εἶδεν ὀδόντας. Citat vir doctus ad lectionem ἀδάμαντα stabiliendam, Musæum, v. 174.

Ξείνε, τεοῖς ἐπέεσσι τάχ' ἂν καὶ πέτρον ὀρίναις.

Hermannus ex conjectura emendavit,

Κινήσαις Ῥαδάμανθυν ἢ εἴ τι περ ἀσφαλὲς ἄλλο.

Verum ut a Tayloro itidem observatum video, verba illa εἴ τι περ ἀσφαλὲς ἄλλο indicant poetam de re inanimata ante locutum esse: neque omnino abesse potuit particula κεν.

v. 35. ταὶ κύνες. Virgilius lib. vi.

——visæque canes ululare per urbem
Adventante deâ.

Et Statius, Theb. IV. 429.

Nocturnique canum gemitus, ubi limina patrui
Effugit, inque novæ melior redit ora Dianæ.

v. 36. τριόδοισι. Triviis præerat Diana, sive Hecate, hinc Trivia nuncupata.

Ibid. τὸ χαλκίον ὡς τάχος ἄχει. Verbum ἠχέω cum accusativo construitur apud nostrum, Ep. 4. sed significationis aliquatenus cognatæ,

Κόσσυφοι ἀχεῦσιν ποικιλότραυλα μέλη.

Plerumque neutraliter adhibetur, ut in Eid. XVI. 95. ἔνδοθι δένδρων ἀχεῖ ἐν ἀκρεμόνεσσιν. Itaque mallem hoc loco τὸ χάλκεον subaudito ἦχος, quod in multis MSS. exhibetur, aut pro ἄχει legere ἀχεῖν, vel ἀχοῖ. Σιγᾷν τό χάλκεον, in Epig. 76 Pauli Silentiarii, de mortis silentio usurpatur, secundum Homericum illud, τόν χάλκεον ὕπνον ἰαύειν.

v. 38. ἠνίδε σιγᾷ μὲν πόντος. Virg. Ecl. IX. 57.

Et nunc omne tibi stratum silet æquor, et omnes,
Aspice, ventosi ceciderunt murmuris auræ.

Vide etiam Apoll. Rhod. III. 743. et Virg. Æn. IV. 522.

v. 43. ἐς τρὶς ἀποσπένδω. Theocrito familiaris locutio. Vide Eid. XVII. 72. et XXV. 17. De numero ternario confer Virg. Ecl. VIII. 73. et Tibull. l. II. 54.

v. 45. τόσσον ἔχοι λάθας. Λήθην ἔχειν idem est quod λήθην λαβεῖν, vel λαθέσθαι τινος.

v. 46. ἐν Δίᾳ. Callimachus apud Etymol. M. in v. Δία,

Ἐν Δίᾳ, τὸ γὰρ ἔσκε παλαίτερον οὔνομα Νάξῳ.

Ibid. λασθῆμεν. Al. λελάθημεν, et in uno Cod. apud Gaisf. λελάσθαι, unde forsitan legendum λελαθέσθαι. Catullus, Carm. LXIII. 122.

Aut ut eam tristi devinctam lumina somno
Liquerit immemori discedens pectore conjux.

De hoc argumento vide præsertim Nonni Dionys. lib. xlvii.

v. 48. Ἱππομανὲς. Herbam quandam vel virgulti genus apud Theocritum designari monet Servius ad Virg. Georg. III. 282. et Æn. IV. 516. Et plantam dictam Hippomanes, quæ maxime Tegeæ reperiatur et Clitoriæ, atque adeo in Arcadia, memorat Theophrastus, Hist. Plant. 9. cap. 15. Unus tamen e Scholiastis carunculam hic intelligit fronti pulli recens editi innascentem, (φυτὸν) quam equa enixa statim devorat. De qua Virg. Æn. IV.

Quæritur et nascentis equi de fronte revulsus
Et matri præreptus, amor.

De tribus Hippomanis generibus vide Dict. Bayle, ad calcem Tom. ult. Schaferus suspicatur hunc locum ita legi debere,

——τῷ δ' ἔπι πᾶσαι
ὡς πῶλοι μαίνονται ἀν' ὤρεα καὶ θοαὶ ἵπποι,
ὧς καὶ Δέλφιν ἴδοιμι.

v. 50. καὶ εἰς τόδε δῶμα περάσαι μαινομένῳ ἴκελος. Al. περῆσαι μαινομένῳ ἴκελον. vid. p. [4/2]

v. 53. τοῦτ' ἀπὸ τᾶς χλαίνας. Virg. Ecl. VIII. 91.
Has olim exuvias mihi perfidus ille reliquit,
Pignora cara sui, quæ nunc ego limine in ipso,
Terra, tibi mando.
Vide etiam Æn. IV. 495.

v. 54. κατ' ἀγρίῳ ἐν πυρὶ βάλλω. Schol. καταβάλλω ἐν τῷ πυρὶ τῷ ἀγρίῳ. Abreschius jungenda censet κατατίλλοισα ἐμβάλλω. Et Valckenaerius similem esse structuram docet in Eid. III. v. 21.

Τὸν στέφανον τίλαί με κατ' αὐτίκα λεπτὰ ποιησεῖς.
Quem tamen locum ego corruptum judico. Legebat Hemsterhusius κατ' ἀγρίω, *adversus hunc agrestem et ferocem amatorem* At eo sensu, uti monet Brunckius, articulus abesse vix posset. Conjecit ille legendum esse ἄγριος. Mihi placeret καὶ ἀγρίῳ· id est, ὁ καὶ ἐγὼ νῦν τίλλοισα ἐμβάλλω πυρὶ ἀγρίῳ. vid. p. [4/2]

v. 56. βδέλλα. Utitur voce Nicander, Theriac. v. 930.
Δή ποτε καὶ βδέλλας κορέσεις ἐπὶ τύμμασι βόσκων.

v. 59. θρόνα. Circen venena farinæ miscentem, ἐγκυκῶσαν ἀλφίτῳ θρόνα, describit Lycophron. 674.

v. 60. ἃς ἔτι καὶ νῦν ἐκ θυμῶ δέδεμαι. Explicat Valckenaerius; *ex quo limine nunc tota mente affixa pendeo;* ut ἐκ θυμῶ idem sit quod ἀπὸ καρδίας, Eid. XXIX. 4. Al. ἐν θυμῷ· quod non temere rejiciendum. Ita in Eid. XXIX. 36. ἐν θυμῷ τε λέγεις. Reiskius, post Ald. ἐκ θυμῷ δέδεμαι. i. e. ἐκδέδεμαι θυμῷ. Posses etiam legere ἃ' σέτι καὶ νῦν, id est, ἃ ἐσέτι, pro εἰσέτι. Phrasis εἰσέτι, vel εἰς ἔτι, καὶ νῦν occurrit apud Lucianum, quantum ex H. Stephano colligo; et apud Callimachum H. in Dian. v. 77. τὸ δ' ἄτριχον εἰσέτι καὶ νῦν μεσσάτιον στέρνοιο μένει μέρος.

v. 62. ἐπιφθύσδισα. Ἐπιφθύζειν, teste Eustathio, est ἐπιπτύειν γοητευτικῶς. Tibullus in loco supra citato,
Ter cane, ter dictis despue carminibus. vid. p. [4/2]

v. 66. καναφόρος ἄμμιν Ἀναξὼ. Venit ad nos Anaxo Dianæ sacra ferens propter nuptias jam futuras. v. Schol.

v. 67. τόκα. In contextum admisi pro vulgato ποκα, ex conjectura Casauboni.

v. 68. θήρια πομπεύεσκε. Picta ferarum simulacra intelligit Scholiastes. Xenophon Ephesius, qui de hoc festo consulendus, cap. ii. canes et equos memorat, item instrumenta venatoria, &c. inter pompæ ornamenta fuisse.

v. 69. φράζεο. *Attende, o Luna, dum amoris mei originem tibi narro.*

v. 70. Θευχαρίλα. Vel mulieris nomen casu nominativo, vel viri, genitivo. Al. Θευμαρίδα, aut Θευμερίδα. More Dorico scribitur pro Θεοχαρίλα. Sic Theocrito Κλεόνικος est Κλεύνικος, Θεογενὶς Θευγενίς.

v. 74. τὰν ξυστίδα τὰς Κλεαρίστας. Eurip. Electr. 190. Ἀλλ' ἴθι καὶ παρ' ἐμοῦ χρῆσαι πολύπτηνα φάρεα δῦναι. Mutuo sumere vestes ad festa celebranda non inusitatum erat. Ac in loco Euripidis hic citato Electræ vestes suas mutuo præstare promittit Chorus, ut iis ornata Junonis festa adeat. Aristides, tom. iii. p. 639. citante Musgravio, οὔκουν εἴς τε τὰς πομπὰς τὰ χείριστα ἔχοντες βαδίζομεν· ἀλλ', εἰ καὶ μήπω εἴη οἴκοθεν, αἰτούμεθα, ἵν' ὡς κάλλιστα ἔχοντες ἱμάτια, τὰ σκεύη, τοὺς ἵππους, πᾶν ὅτι περ ἂν ἡ πομπὴ δέηται, κ. τ. λ. Ξυστὶς Hesychio explicatur χιτὼν ποδήρης, γυναικεῖος, παρὰ τοῦ ξύεσθαι.

v. 76. μέσαν. Pro μέσον recte emendavit Brunckius, Codicum etiam nixus auctoritate.

v. 77. Εὐδάμιππον. Etymologia hujus nominis mihi non liquet. Forte Εὐδαμίσκον. Notum nomen est Εὔδημος. Εὐδαμίσκος positum fuerit ὑποκοριστικῶς pro Εὔδαμος, ut alibi Ἀμύντιχος pro Ἀμύντας. ἀμᾶ pro ὁμοῦ legit Brunckius.

v. 79. στήθεα δὲ στίλβοντα πολὺ πλέον ἢ τὺ Σελάνα. Al. ἢ τὸ Σελάνας. Festive Aristophanes τὸν ἀπὸ βαλανείου κεκαλλωπισμένον, Stilbonidem vocat. Eadem autem comparatione usus est Nonnus, Dionys. lib. xvi. v. 22.

Πῇ δὲ παρελκομένων πλοκάμων στίλβοντα δοκεύων
αὐχενα γυμνωθέντα, σέλας πέμποντα σελήνης.

v. 80. λιπόντων. Al. λιποῦσι.

v. 82. ὡς ἴδον, ὡς ἐμάνην. Virg. Ecl. VIII. 41.

Ut vidi, ut perii, ut me malus abstulit error.

Similiter quoque Noster, Eid. III. 42.

Ὡς ἴδεν, ὡς ἐμάνη, ὡς ἐς βαθὺν ἄλλετ' ἔρωτα.

Ibid. ὥς μευ περὶ θυμὸς ἰάφθη. F. Ursinus in citando hoc loco habet ἰάνθη, lapsus, credo, memoria; nam ἰαίνειν gratum quendam calorem indigitat, ut Hom. Od. δ. 840. φίλον δὲ οἱ ἦτορ ἰάνθη. Aliquando tamen suspicatus sum legendum esse πυρὶ θυμὸς ἰάνθη. (TAYLOR.)

v. 83. κοὐδ' ἔτι. Al. κοὐκ ἔτι· κοὔτε τι· κοὐδέ τι. Posterius placet Tayloro, quoniam nondum ad spectaculum pervenerat Simætha, adeo ut minus aptum sit ἔτι.

v. 85. ἐξαλάπαξε. Al. ἐξάλλαξε.

v. 88. θάψῳ. Nicander, Alexiph. 570.

Τῶν ἤτοι θερόεις μὲν ἄγει χλόον ἠΰτε θάψος,
γυῖα δὲ πίμπρησιν.

Θάψος planta quædam erat cujus succo illi oblinebant faciem qui vellent videri pallidi et ægroti. Πολλάκι autem usitato sensu hic adhibetur. Scholiastes per καταπολὺ explicat, et ex eo Latinus Interpres vertit, *admodum*. Crebras oris sui mutationes commemorat Simætha.

v. 89. αὐτὰ δὲ λοιπά. *Sola vero relicta erant ossa et pellis.* Sic Eid. IV. 15. τᾶς πόρτιος αὐτὰ λέλειπται τώστεα. Callim. Cer. 93.

——ἐτάκετο, μέσφ' ἐπὶ πλευραῖς
δειλαίῳ ἰνές τε καὶ ὄστεα μούνον ἐλειφθεν.

v. 91. γραίας δόμον ἄτις ἐπᾷδεν. Lucian. Dial. Meret. 4. ad init. Εἴ τινα οἶσθα, Βακχὶ, γραῦν, οἵαι πόλλαι Θετταλαὶ, λέγονται ἐπᾳδούσαι, παραλάβουσα ἥκε μοι.

v. 95. εὑρε. Correxit Brunckius; vulgo εὑρεῖ. Εἴ ἄγε dedi pro εἰδ' ἄγε cum Wintertono. Εἰδ' ἄγε apud Homerum pro εἰα δὴ ἄγε positum arbitrantur nonnulli, alii pro εἰ δὲ βούλει, ἄγε.

v. 97. ποτὶ. *Accedens ad palæstram observa.*

v. 101. ὅτι. Similis constructio est in Eid. XXIV. 66. Ὅτι redundat cum alicujus verba narrantur. Pro κἠφ', al. κείφ.

Ibid. ὑφάγεο. Monet H. Stephanus, citante Gaisfordio, Græcos in compositione ὑπὸ loco τοῦ πρὸ nonnunquam usurpare.

v. 102. λιπαρόχρων. Al. λιπαρόχρουν.

v. 107. κοχυδέσκε. Al. κοχύεσκε. Κόχος, secundum Scholiastem, est ὁ δαψιλὴς ῥοῦς, unde formatur verbum κοχύδεω, vel κοχύω, *abunde fluo.*

v. 109. κνυζῶνται. Al. κνυζεῦνται. *queribundum sonum edunt.* De canibus proprie usurpatur verbum hoc, et significat gannire, queribundo sono ululare. Vide infra Eid. VI. 30.

v. 110. δαγῦδι. Δαγὺς inter alia *corallium* significat, qui sensus huic loco apprime convenit.

v. 112. καί μ' ἐσιδων ὦ 'στοργος ἐπὶ χθονὸς ὄμματα πήξας. Desideratur conjunctio copulativa. Ex emendatione Koppiersii edidit Brunckius κ' οὐ μ' ἐσιδών. Verum sic desideratur δὲ adversativum. Lego,

Καί μ' ἐσιδὼν ὦ 'στοργος ἐπὶ χθονὸς ὄμματα πῆξαι.

v. 115. ἔφθαξα. Verborum formam variare amat Theocritus. Vide Eid. VII. 97. et XXIV. 35. In Cod. Philelphi legitur ἔφθασσα.

v. 116. ἦ με παρῆμεν. Subauditur μᾶλλον, quæ vox sæpe apud Græcos ellipsin patitur; πρὶν nusquam, quod sciam. αὐτὴ καλέσασα μᾶλλον ἢ ἐμὲ αὐτομάτως ἐλθεῖν.

v. 119. ἢ τρίτος ἠὲ τέταρτος. *Cum duobus aut tribus amicis venissem vespere ineunte.* Charito. 2. 3, ἅμα δὲ τῇ ἕω, πρὶν αἰσθέσθαι τοὺς πολλοὺς, ἵππῳ ἐπέβη· πέμπτος δε. *Primo mane, antequam vulgus sentiret, quatuor stipatus amicis equum conscendit.*

v. 120. μᾶλα μὲν ἐν κόλποισι. Significat Delphis se venturum fuisse, malis, amatoriis donis, comastice, et populea corona, athletarum more, palæstrice instructum.

v. 124. καί μ' εἰ μέν. Κἠμ' αἱ μὲν, Ed. Brunck. quæ Valckenaerio sincera videntur.

Ibid. καὶ γὰρ. Refertur γὰρ ad illud quod eleganter reticetur; quasi sit, *Et ita fieri decebat, quoniam agilis et formosus, &c.* Vid. p. [412].

v. 126. εὖδον δ'. Eleganter quidem a Græcis adhibetur εὕδειν. Sed quo hic sensu ponitur, si tamen illud εὖδον scriptum fuit a Theocrito, vix alibi reperietur. (Valckenaer.) Tollamus

tam ineptam locutionem ex elegantissimo poetâ literæ unius mutatione, εὖ δ' ἧς εἴκε μόνον. Id quum scriptum esset εὖ δ' ἦν neglecto Dorismo, postea in εὗδον mutatum fuit. (Hermann.) Al. εὗδον τ'. Nobis in mentem venerat, εὕδετε δ' αἴκε μόνον· *et vobis dormire licuisset*. Pro τεῦ al. τεῦς.

v. 128. πελέκεις. Ad domum expugnandam. Ad hunc morem alludit Horatius Carm. III. 26. 6.

———*hic, hic ponite lucida*
Funalia, et vectes, et arcus
Oppositis foribus minaces.

Et Strato in Epigrammate a Wartono citato,

Ἐμπρήσω σε θύρη τᾷ λαμπάδι, καὶ τὸν ἔνοικον
συμφλέξας, μεθύων εὐθὺς ἄπειμι φυγάς·
καὶ πλώσας Ἀδριανὸν ἐπ' οἴνοπα πόντον ἀλήτης,
φωλήσω γε θύραις νυκτὸς ἀνοιγομέναις.

In his φωλήσω pro πωλήσω conjectura erat Salmasii, quod tamen male explicatur a Jacobsio, *insidias faciam:* significare enim debet, *me condam, receptaculum mihi quæram*. Verum non φωλεῖν, sed φωλεύειν scribebant Græci, neque scio an φωλεύειν θύραις, satis Græce diceretur. Mihi utique legendum videtur,

Φωνήσω γε θύραις νυκτὸς ἀνοιγομέναις.

Alloquar fores quæ noctu aperiri solent; Italorum scilicet.

v. 136. σὺν δὲ κακαῖς μανίαις. "Et quo minus mireris me amore ita calere, amor puellas etiam innuptas ad insaniam adigens incitare solet ut thalamum deserant, nuptas ut lectum conjugalem relinquant." Hæc mens poetæ. Sed ἔτι alieno loco ponitur, neque ad sensum necessarium esse mihi videtur. Lego itaque,

Καὶ νύμφαν ἐφόβησε τὰ δέμνια θερμὰ λιποῖσαν
ἀνέρος.

Jacobsius legebat ἐσόβησε. Vide infra ad Eid. XIII. 48. *

v. 142. θρυλλέοιμι. A Schafero conjectum ex Cod. recepit Gaisfordius. Hermannus θρυλέωμι. †

v. 144. ἐχθὲς. Explicant *nuper*, minus necessario, ut mihi quidem videtur.

v. 145. ἀλλ' ἦνθέ μοι ἅ τε Φιλίστας. Dubium quidem nullum est quin nomen fuerit muliebre Φιλίστη vel Φιλίστα· sed hic unius suæ tibicinæ Melixus mentionem fecisse mihi jam

* v. 137. Jam subit legi debere ἔτι δέμνια θερμὰ πνέοισαν ἀνέρος.

† v. 143. An κόρον; (Heinsius)

olim videbatur Simætha, et eam φιλίσταν, carissimam dixisse: scribebam idcirco:

——ἦνθέ μοι ἄγε φιλίσταν
μάτηρ τᾶς γε ἐμᾶς αὐλητρίδος, ἄγε Μελιξοῦς.

Venit ad me mater carissimæ meæ tibicinæ, meæ inquam Melixus. (Valckenaer.) Diversæ lectiones reperiuntur in Codd. φιλεῖτας· φιλῆτας· ἀμᾶς, pro ἐμᾶς, omisso γε· αὐλιτρίδος. Emendatio Valckenaerii mihi non admodum placet. Lego

——ἀλλ' ἦνθέ μοι ἄ γε φιλίστα,
μάτερ τᾶς ἀμᾶς αὐλητρίδος ἄ τε Μελιξοῦς.

Id est, ἃ μάτηρ ἐστι τᾶς ἀμᾶς αὐλητρίδος Μελιξοῦς τε. Similem constructionem vide supra, Eid. I. 13.

v. 147. ἀνίκα πέρ τε. Eldikius legit ἀνίκα νέρθε. Περ sequente τε reperitur passim apud Homerum; sed hoc loco mallem, ἀνίκα περ τὸ ποτ' ὤρανον ἔτρεχον ἵπποι, subaudito δράμημα, vel δρόμημα. Lenk. ἀνίκα πέρ τα ποτ' ὤρανον ἵπποι κέλευθα.

v. 149. καὶ ὡς ἄρα Δέλφις ἔραται. Vulgatum ἔραται in metrum peccat; ἐρᾶται quod edidit Brunckius, sensu caret. Equidem conjeceram ἐραστάς, *amator factus est;* sed melius est quod Hermanno in mentem venit, ἐρᾷ τοῦ.

v. 151. ἄταρ τόσον αἰὲν ἔρωτος ἀκράτῳ ἐπεχεῖτο. Lego, ἄταρ τόσον, οὔνεκ' ἔρωτος ἀκράτως ἐπεχεῖτο. Sensus: Ἀλλὰ τόσον ἔφατο, οὔνεκα, id est, ὅτι, ἐπεχεῖτο ἔρωτος ἀκράτως, ἤγουν κύλικας, ἢ προπόσεις. Alexis Comicus apud Athenæum, p. 429. προχείρως τους ἀκράτους πίνομεν. Amantes enim inter bibendum ejus quem amabant mentionem faciebant, et vini meracioris pocula in ejus gratiam, cum honorifica ejus mentione, bibebant. Vide Eid. XIV. 18. Οὔνεκ' legitur in Cod. Vat. Ipse conjeceram ἀκράτως, et jam ita scriptum reperio in Cod. apud Gaisf. [412]

v. 153. καὶ φάτο οἱ. Rescribo καὶ φάτο νιν. *Dixit etiam hospes illum amasii sui fores corollis redimire.* Si legas οἱ, idem sensus erit, sed νὶν aliquanto meliorem lectionem puto. Mirum est φάτο a viris doctis ad Delphidem referri, ut structura esset, ἔφατο (αὐτὴ) οὔνεκ' ἔφατο (αὐτός.) Possis etiam legere καὶ φάτο καὶ.

v. 154. ἔστι δ' ἀλαθής. Mihi non prorsus hæc placent. Præcedens μυθήσατο ob vocalem sequentem Synalœpham pati

debuit; deinde in versu proximo ratio redditur, non cur vetula vera esse soleat, sed cur quæ nunc dixit vera sint. Melius ergo fortasse legere possis, *καὶ τάδ' ἀλαθή*, vel *πάντα δ' ἀλαθή*, ut Eid. V. 76.

βέντισθ' οὗτος ἐγὼ μὲν ἀλαθέα πάντ' ἀγορεύω.

(TAYLOR.) Minore mutatione legas, *κἢς τάδ' ἀλαθή*.

v. 156. *ὅλπαν.* Ὅλπα est vasculum in quo oleum continebatur, quod Delphidi utpote palæstritæ in usu erat. Idem sonat ὅλπις. V. infra Eid. XVIII. 45.

v. 157. *νῦν δέ τε δωδεκαταῖος ἀφ' ὥτέ νιν οὐδὲ ποτεῖδον.* Al. *νῦν δ' ἔτι· νῦν μοι· ἐφ' ὥτε· οὐδεποκ' εἶδον.* Vacat particula *τέ*. Itaque lego *νῦν δὲ δωδεκαταῖος*. Pro *οὐκ* in proximo versiculo legebat Heinsius *οὔν*. Idem in v. 159. scribere jubebat *μιν*.

v. 160. *τὰν Ἀΐδαο πύλαν.* Οὐκέτι τὰν ἐμάν.

v. 162. Ἀσσυρίω. Hesych. Ἀσσυρίων, Χαλδαίων.

v. 164. *ἐγὼ δ' οἰσω τὸν ἐμὸν πόνον ὥσπερ ὑπέσταν.* Al. *τὸ ἐμὸν Πάθος· ποθον· οὔπερ ὑπεσταν.* Scribi posse *ὥπερ* monet Valckenaerius. Sensus videtur esse, *ea quæ minata sum præstabo.* Jacobsius conf. ἀνύσω

v. 165. *κατ' ἄντυγα νυκτὸς ὀπαδοί.* Tibullus II. 1. 87.

Ludite: jam nox jungit equos, currumque sequuntur
Matris lascivo sidera fulva choro.

EIDYLLIUM III.

V. 1. *κωμάσδω.* Κωμάζειν fere idem sonat quod *κῶμον ἄγειν*. Bion. XVI. 4. *ποτὶ ποιμένα κῶμον ἄγοντι*. Quod recte vertit Vulcanius, *Pastorum convivia mista choreis dum peto.* Arctiore sensu Longopetræus, "Je vais conduire une serenade." Κωμάσδω hoc loco significat, *Eo bucolice tripudians et saltans.* Quod ad *κῶμος* attinet, significat sensu magis generali, *Convivium, Cantum, Tripudium, Deum Festivitatis.* Sæpissime *Festivitatem* sonat. (WARTON.)

v. 3. Τίτυρ' ἐμὶν τὸ καλὸν πεφιλαμένε. Virg. Ecl. IX. 23.

Tityre dum redeo, brevis est via, pasce capellas,
Et potum pastas age Tityre, et inter agendum,
Occursare capro, cornu ferit ille, caveto.

De quibus Aulus Gellius, lib. ix. cap. ix. "Illud quoque alio in loco animadvertimus caute omissum quod est in Græco versu dulcissimum, Τίτυρ' ἐμὶν, κ. τ. λ. Quo enim pacto diceret τὸ καλὸν πεφιλαμένε, verba hercle non translaticia, sed nativæ cujusdam dulcedinis?" Quanquam et hæc se transferre potuisse H. Stephanus putavit. Simile quid habet etiam alio loco Maro. Ecl. V. 24.

Non ulli pastos illis egere diebus
Frigida, Daphni, boves ad flumina.

Et Tibullus II, III. 15.

Ipse Deus solitus stabulis expellere vaccas,
Et potum fessas ducere fluminibus.

v. 5. Κνάκωνα. Κνάκων, nomen hirci, a κνανὸς fulvus, Cneci floris colorem referens. Κνακὸν τράγον vocat Agathias in Epigrammate,

Πᾶνι φιλοσκοπέλῳ, λάσιον παρὰ πρῶνα, Χαρικλῆς,
κνακὸν, ὑπηνήταν, τόνδ' ἀνέθηκε τράγον.

Ibid. μή τυ κορύξη. Hoc ut magis Doricum ediderunt Valckenaerius et Brunckius, cum in omnibus Codd. et Edd. legeretur κορύψη. Κορύψῃ etiam ex hoc loco citavit Tzetzes ad Lycophron. 558.

v. 6. τοῦτο κατ' αντρον παρκύπτοισα. *Ex intima antri tui parte proclinato capite me aspiciens.*

v. 9. ἀπάγξασθαί με ποιησεῖς. Virg. Ecl. II. 7. "mori me denique coges." Προγένειος significat eum cui mentum prominet, non barbatus.

v. 10. ἠνίδε τοι. Imitatus est Virgilius Ecl. III. 7.

——*puero sylvestri ex arbore lecta*
Aurea mala decem misi; cras altera mittam.

Pro τηνῶθε, Al. τηνῶ δὲ· et pro ἐμὶν v. 12. al. ἐμόν.

v. 13. ἀ βομβεῦσα μέλισσα. Ald. ἀμβομβεῦσα. Epig. ἀδεσπ. 487.

Βομβήεσσα μέλισσα κορύσσεται ὀξέϊ κέντρῳ.

v. 15. *νῦν ἔγνων τὸν Ἔρωτα· βαρὺς θεός.* Catullus, Carm. L.

Est vehemens Dea: lædere hanc caveto.

Idem, Carm. LXIII. 154.

Quænam te genuit sola sub rupe leæna?

Propius nostri vestigiis insistit Virgilius, Ecl. VIII. 43. quem vide.

v. 17. *ἰάπτει.* Al. *ἱκάνει.*

v. 19. *πρόσπτυξαί με τὸν αἰπόλον.* Sensus videtur esse, *Tu me vel caprarium existentem verbis consolatoriis alloquere.* Valckenaerius malebat *προσφθύσδεις με τὸν αἰπόλον, me caprarium despicis*, cætera alio ablegans, ut non hujus loci. Et profecto alibi apud nostrum occurrunt, tum verba *ὡς τὸ φιλάσω*, tum proxime sequens versiculus, unde huc transferri potuerunt ad hiatum codicis implendum. Verum non placet ad lacunas confugere in poetis emendandis, si ex receptis lectionibus, aut verbis parce mutatis, tolerabilis sensus effici possit. Ahlwardtus, si quis mutationem cupiat, conjicit legendum *πρόσδερξαί, aspice*, aut *προσβλέψαι*, modo inifinitivo; versum vero sequentem pro spurio habet. Mihi non displiceret *πάρψυξαι consolare.* Vide Eid. XV. 54. Dores enim *ποτὶ* dicebant, non *πρός*. Vel locus ad hunc modum reformandus.

Ὦ τὸ καλὸν ποθορεῦσα, τὸ πᾶν λίθος· ὦ κνάνοφρυ
νύμφα ἀποπτύξαι με τὸν αἰπόλον· ὡς τὸ φιλασῶ.

O pulchra quidem aspectu puella, sed eadem tota saxea, o nigris superciliis ad me caprarium despiciendum instructa, te osculari volo. Ante verba *ὡς τὸ φίλασω* subauditur *πειρητέον* vel tale aliquid. Soph. Œd. Tyr. 324.

Ὁρῶ γάρ οὐδὲ σοὶ τὸ σὸν φώνημ' ἰὸν
πρὸς καιρόν· ὡς οὖν μήδ' ἐγὼ ταυτὸν πάθω.

v. 21. *τὸν στέφανον τῖλαί με κατ' αὐτίκα λεπτὰ ποιησεῖς.* Id est *κατατῖλαι εἰς λεπτά*, aut *τῖλαι κατὰ λεπτά*, ut a viris doctis explicatur. Al. *καταυτίκα· καὐτίκα·* et in uno Cod. *πραυτίκα.* Suspicor mendosum esse versiculum, sed emendandi ratio non succurrit. Imitatus est Paulus Silentiarius, Epig. 41.

Σοὶ τὰ λιποστεφάνων διατίλματα μυρία φόλλων, κ. τ. λ.

v. 23. *εὐόδμοισι σελίνοις. Apium graveolens* Linnæi

esse putat Schreberus. Sed isti herbæ male convenit epitheton *εὔοδμος, fragans.* Vide etiam Eid. XX. 23. et VII. 67.

v. 24. Ὤ μοι ἐγὼ, τί πάθω; τί ὁ δύσσοος; Virg. Ecl. II. 58. "Heu, heu! quid volui misero mihi?" Δύσσοος est δυσκόλως σωζόμενος, aut κακοδαίμων.

v. 25. τὰν βαιτὰν ἀποδύς. Virg. Ecl. VIII. 59.

Præceps aerii specula de montis in undas
Deferar; extremum hoc munus morientis habeto.

βαίτα est vestis pellicea, eadem forte quæ describitur infra, Eid. VII. 15. Pro τῆνα al. τηνῶ.

v. 26. τὼς θυννώς. Thynni ex Siculo mari capti inter optimos habebantur. Archestratus apud Athenæum, lib. vii. cap. xiv. p. 301.

Ἔστι δὲ γενναῖος Βυζαντίῳ, ἔν τε Καρύστῳ,
ἐν Σικελῶν τε κλυτῇ νήσῳ.

Hujus piscis capturam graphice depingit Oppianus, Halieut. III. 637.

Ἔνθ' ἤτοι πρῶτον μὲν ἐπ' ὄρθιον ὑψικόλωνον
ἴδρις ἐπεμβαίνει θυννοσκόπος, ὅστε κιούσας
παντοίας ἀγέλας τεκμαίρεται, αἵ τε καὶ ὅσσαι·
πιφαύσκει δ' ἑτέροισι· τὰ δ' αὐτίκα δίκτυα πάντα
ὥστε πόλις προβέβηκεν ἐν οἴδμασι.

v. 27. κῆκα μὴ 'ποθάνω. Al. καί κα. Non mori statuit amator, sed morientis speciem dare. Itaque in mare se præcipitaturus vestem abjicit, ne forte ejus pondere demersus ad imum feratur; quin et ibi se projicere minatur, ubi adest piscator, qui, si opus, auxilium ferat. Illa, inquit, sola specie mortis meæ delectabitur. Hic saltem est hujus loci sensus ut verba nunc leguntur. Sed malim serio loquentem intelligere, atque adeo legere κῆκα δὴ 'ποθάνω, et verba τὰν βαίταν ἀποδὺς interpretari de "vale" dicto a caprario vestibus et negotio suo. Virgilius in loco modo citato, "Vivite sylvæ; Præceps aerii," &c. Hæc sententia saltem ab ultimis hujus Eidyllii versibus confirmari videtur.

Ibid. τό γε μὰν τεὸν ἁδὺ τέτυκται. Κατὰ τὸ τεὸν μέρος ἁδύ τι τέτυκται. Id est, *tu tamen voluptatem capies.*

v. 29. ποτιμαξάμενον πλατάγησεν. Al. ποτεμάξατο

τὸ πλατάγημα. Amantes ex folio papaveris (τηλεφίλου) atque anemones pollici et digito indici sinistræ manus imposito, et adversa manu percusso, conjiciebant an ab amasiis amarentur. Si enim clarum sonum ederet, amari se putabant; sin secus, contra judicabant.

v. 29. ἀπαλῷ ποτὶ πάχεϊ. Al. ὁμαλῷ ποτὶ πάχεος.

v. 31. Ἀγροιὼ. Ab hac lectione stat Valckenaerius, monens nomen analogiæ non repugnare. Mihi præstare videtur virorum doctorum conjectura ex Scholiaste partim confirmata, ἀγραία. Wartonus legit ἀγροιῶτις ἀλαθέα.

v. 32. ποιολογεῦσα παραιβατίς. *Spicilega messores secuta*, vel, ut explicat nescio quis, *herba sinutiles colligens*. Heinsius conjecit καταιβατὶς, *incantatrix*.

v. 33. ἔγκειμαι. Brunckii conjectura ἄγκειμαι viris doctis arridet; sed forsitan nihil mutandum. Gen. xxxiv. 19. Καὶ οὐκ ἐχρόνισεν ὁ νεανίσκος τοῦ ποιῆσαι τὸ ῥῆμα τοῦτο· ἐνέκειτο γὰρ τῇ θυγατρὶ Ἰακώβ. Phrasin ἔγκειμαι πόθῳ habet Archilochus, Fragm. LXVIII.

Ibid. τὺ δέ μευ λόγον οὐδένα ποιῇ. ἀπὸ τοῦ κοινοῦ οὕνεκα. Minor distinctio ponenda erat post ἔγκειμαι.

v. 34. ἦ μάν τοι λευκὰν. Vide Virg. Ecl. II. 40. Vide etiam infra Eid. II. 40. nam hæc duo Eidyllia multa habent affinia.

v. 35. Ἐριθακὶς. Vel nomen est proprium, vel significat, *Operaria mercede conducta*, ab ἔριθος· *ancilla lanam trahens*. μελάνοφρυς conjecit T. Hemsterhusius. Vulgatum mihi satis placet.

v. 37. ἆρα γ' ἰδήσω αὐτὰν. Monet Blomfieldius ad Sapphonem, Mus. Crit. vol. I. p. 8. veteres Dorienses perinde atque Æoles dixisse Fιδέω, atque adeo hoc in loco legendum esse ἆρα ἰδήσω αὐτὰν; id est, Fιδήσω. Rarius apud nostros occurrit hæc forma. Vide Eid. XXV. 222. Mosch. IV. 85. Sed multa sunt loca ubi εἴδω et ἴδον a consonante inchoare non possunt. vid. p. [413]

v. 39. ποτίδοι. Al. ποτίδῃ.

v. 40. Ἱππομένης. De eadem historia Virg. Ecl. VI. 61. *Tum canit Hesperidum miratam mala puellam, &c.*

Item Nonnus, Dionys. XLVIII. v. 181.

Καὶ πέλε τοῖος ἄεθλος ὁμοῖος, ὡς ὅτε κούρην
χρυσοφαῆ, προπάροιθε γαμήλια δῶρα κυλίνδων,
Ἱππομένης νίκησεν ἐπειγομένην Ἀταλάντην.

v. 41. ἑλὼν. Schaferus malit ἔχων. In versu sequente legendum videtur cum Hemsterhusio ἅλατ', ut conveniat cum vicinis ἐμάνη et ἴδεν.

v. 43. τὰν ἀγέλαν χὠ μάντις. Melampus Bianti fratri obsecutus, qui Pero Alphesibœæ matrem deperibat, Iphicli boves surripuit. Filiam enim suam Neleus pater ei promiserat qui hoc faceret. Totam historiam fuse narrat Scholiastes. Attigit et Propertius, II. 3. 51.

Turpia perpessus vates est vincla Melampus,
Cognitus Iphicli surripuisse boves.
Quem non lucra, magis Pero formosa coegit,
Mox Amythaonia nupta futura domo.

Vide etiam Homer. Od. ο'. 226. Othrys Thessaliæ mons.

v. 47. οὐχ οὕτως Ὠδωνις ἐπὶ πλέον ἄγαγε λύσσας. Junge οὕτως ἐπὶ πλέον, *eousque insaniæ adegit.* Λύσσα proprie de lupis rabidis et canibus adhibetur, (vid. Eid. IV. 11.) tum de impetu quodam furibundo, speciatim de furore amoris. Oppianus, Halieut. VI. 622. de thynnis,

Εἰαρινοὶ μετὰ λύσσαν ὀτ' οἰστρήσωσι γάμοιο.

Similiter autem Eidyll. XX. 34.

Οὐκ ἔγνω δ' ὅτι Κύπρις ἐπ' ἀνέρι μήνατο βούτᾳ,
καὶ Φρυγίοις ἐνόμευσεν ἐν ὤρεσι.

v. 48. ἄτερ μασδοῖο τίθητι. Inusitatum loquendi genus mihi videtur τιθέναι ἄτερ μαζοῦ. Forte ἀπ' ἐκ μασδοῖο τίθητι, i. e. ἀποτίθησι ἐκ μαζοῦ, *a sinu deponit.* [413]

v. 49. ζαλωτὸς μὲν ἐμὶν. Ἐμὶν pro ἐμὶν δοκεῖ poni monet Valckenaerius, citato Soph. Antig. 1175.

Κρέων γὰρ ἦν ζηλωτὸς, ὡς ἐμοὶ ποτέ, (sc. ἐδόκει.)

De Endymione Ap. Rhod. IV. 57.

Οὐκ ἀρ' ἐγὼ μούνη μετὰ Λάτμιον ἄντρον ἀλύσκω,
οὐδ' οἵη καλῷ περιδαίομαι Ἐνδυμίωνι.

Ubi vide Scholiastem, qui hunc locum citat. Vide etiam nostrum Eid. XX. 37.

v. 49. τὸν ἄτροπον ὕπνον. Somnum æternum, immotum, ubi qui dormit latera non mutat.

v. 50. Ἰασίωνα. Nonnus, Dionys. lib. xi. p. 207.

Οὐδέ κεν εὐκάρπῳ παλάμῃ πηχύνατο Δηὼ
νυμφίον Ἰασίωνα, καὶ Ἐνδυμίωνα Σελήνη.

v. 51. ὅσ' οὐ πευσεῖσθε βέβαλοι. Forte Eleusinia respexit. Noster de Bacchi sacris, Eid. XXVI. 14. τάδ' οὐχ ὁρώντι βέβαλοι.

v. 52. οὐκετ' ἀείδω. Forte ἀείσω.

v. 53. κεισεῦμαι δὲ πεσών. Proverbialis locutio. Ita Strepsiades apud Aristophanem, Nub. 126.

Ἀλλ' οὐδ' ἐγὼ μέντοι πεσών γε κείσομαι. Κειμ. conj. κἀίκα

v. 54. κατὰ βρόχθοιο. Hinc verbum καταβροχθίζω, *deglutio*.

EIDYLLIUM IV.

V. 1. Εἰπέ μοι ὦ Κορύδων. Eclogam III. sic orditur Virgilius,

M. *Dic mihi Damœta cujum pecus? an Melibœi?*
D. *Non; verum Ægonis; nuper mihi tradidit Ægon.*

Pro αὐτὰς, αὐτὸς legit Reiskius.

v. 3. ἦ πά ψε κρύβδαν. Virg. Ecl. III. 4.

Hic alienus oves custos bis mulget in hora;
Et succus pecori, et lac subducitur agnis.

Ψε ponitur Dorice pro σφε, et ἀμέλγες pro ἀμέλγεις, quod et ostendit accentus.

Ibid. τὰ ποθέσπερα. Epig. ἀδεσπ. 55.

Κούρη τις μ' ἐφίλησεν ὑφέσπερα χείλεσιν ὑγροῖς.

v. 4. ὁ γέρων. Forte pater Ægonis.

v. 6. ἄγων νιν ἐπ' Αλφεὸν ᾤχετο Μίλων. *Secum duxit Milon ad certamina Olympica.* Monet autem Casaubonus Milonem celeberrimum illum athletam Crotoniaten ætate antiquiorem Theocrito fuisse, atque adeo alium quendam Milonem hic designari.

v. 7. ὀπώπη. Al. ὀπώπει. Miratur Battus, formula loquendi e medio sumpta usus, hominem, cui palæstra et oleum quo ungebantur palæstritæ ignota essent, Olympicam coronam affectare. Pro κάρτος in v. 8. al. κάλλος.

v. 10. κώχετ' ἔχων σκαπάναν τε καὶ εἵκατι τουτόθε μᾶλα. Ligonem ferebat Ægon, hoc se athletam professus. Memorat Pompeius Festus effigiem fuisse in Capitolio juvenis rutrum tenentis, atque eo arenam ruentis exercitationis causa. Qui autem Olympiacæ coronæ cupiditate in Pisatidem conveniebant, ii ante legitimum quod erat dierum quinque certamen, triginta dies ab epistatis et ludorum magistris exercebantur: hinc viginti oves secum deducit Ægon, ut illorum carnibus toto illo tempore alatur. Hæc ex Casaubono. Monet autem Taylorus ad hunc fodiendi morem alludere Chrysostomum in Homilia inedita de via angusta virtutis, &c. ubi de genere humano ait, αἰτεῖται τὴν πάλην, καὶ φεύγει τὸ σκάμμα. Quibus rationibus inductus Petrus Faber (Agonistici, lib. ii. cap. 8.) contendat σκαπάναν idem esse quod σκαφίδα, *mulctram*, et μᾶλα de pomis intelligat, mihi non liquet, cum liber ad manus non sit.

v. 11. πείσαι τοι Μίλων. Volentem instigat Milon, instar ejus qui lupos natura feroces ad sævitiam hortetur. Pro τοι legitur in uno Cod. κε. Forte τ' ἀν, i. e. τοι ἄν. vid. p. [413]

v. 12. ταὶ δαμάλαι. Imitatus est Longus, lib. i. ad finem. τὰ δὲ πάντα (πρόβατα) κατέκειτο μήτε νεμόμενα μήτε βληχώμενα, ἀλλ', οἶμαι, τὸν Δάφνιν καὶ τὴν Χλόην ἀφανεῖς ὄντας ποθοῦντα. Pro ὧδε al. αἶδε.

v. 13. δειλαῖαι γ' αὐταὶ. Al. δ'. Virg. Ecl. III. 8.

Infelix o semper oves pecus.

v. 14. καὶ οὐκέτι λῶντι νέμεσθαι. Ita Moschus, Eid. III. 7. 23.

——καὶ αἱ βόες αἱ ποτὶ ταύροις
πλαζομέναι γοάοντι, καὶ οὐκ ἐθέλοντι νέμεσθαι.

Virg. Ecl. V. 25.

——*nulla neque amnem*
Libavit quadrupes, nec graminis attigit herbam.

v. 16. πρώκας σιτίζεται. Virg. Ecl. V. 77.

Dumque thymo pascentur apes, dum rore cicadæ.

Neque hoc poetæ solum sed et Philosophi de cicadis tradunt.

Plinius enim, lib. ii. cap. 26. ait, "Habent in pectore fistuloso quiddam aculeatum; eo rorem lambunt," &c. Scaliger in Stromateo, 418. sic adagium effert, Ὡς τέττιξ πρῶκας σιτούμενος. (Taylor.) Πρώκας autem more Dorico scribendum, non πρῶκας, monuerunt, VV. DD.

v. 17. οὐ Δᾶν. I. e. οὐ μὰ τὴν γῆν. vid. Eid. VII. 39.

Ibid. ἀλλ' ὅκα. Al. una voce ἄλλοκα. Aesarus, hodie *Necete*, fluvius Crotonem urbem perfluens. Latymnus et Physcus sunt montes apud Crotonem, et Neæthus, v. 24. amnis non longe inde fluens.

v. 20. λεπτὸς μὰν. Al. μέν. Virg. Ecl. III. 100

Eheu, quam pingui macer est mihi taurus in ervo.

v. 21. τοὶ τῶ Λαμπριάδα τοὶ δαμόται. Scribendum suspicatus est Valckenaerius τὸν τῶ Λαμπριάδα; item, ὅκκα θύωντι. Hermannus interpungit, τοὶ τῶ Λαμπριάδα, τοὶ δαμόται. Mihi placeret τοὶ τῶ Λαμπριάδα τόκα δαμόται.

v. 22. τᾷ Ἥρᾳ τοιόνδε. Forte τᾷδ' Ἥρᾳ. *Divæ* scilicet *Laciniæ*, cujus nobile templum erat prope Crotonem. Vid. Virg. Æn. III. 352. Vide etiam infra v. 33. Fingamus Battum, dum hæc loquitur, illud digito indicare. Dionys. Perieg. v. 368.

——ἐγγύθι δὲ σφῶν
ἱμερτὸν πτολίεθρον εὐστεφάνοιο Κρότωνος,
ναιόμενον χαρίεντος ἐπ' Αἰσάρου προχοῆσιν·
ἔνθα κεν αἰπὺν ἴδοιο Λακινιάδος δόμον Ἥρας.

Ibid. κακοχράσμων. *Improbus.* Ἀπὸ τοῦ κακὸς, et χρᾶσθαι. Vox est ἐκ τῶν ἅπαξ λεγομένων. Al. κακοφράσμων.

v. 23. ἐς στομάλιμνον. Lacum prope mare qui ipsum mare suo ostio ingrediatur explicat Casaubonus, ad Strabonem, (p. 280.) qui bis terque vocem στομαλίμνης adhibuit. Al. ἐς τὸ Μάλιμνον quod potuit esse nomen loci cujusdam obscuri. Conjecit credo, Stephanus, ἐς τὸ Λάτυμνον.

v. 24. Νήαιθον. Al. Ναύαιθον. Et Lycophron, v. 911.

Ναύαιθος ἔνθα πρὸς κλύδων' ἐρεύγεται.

Primam corripit Ovidius, Met. XV. 51.

Præterit et Sybarin Salentinumque Neæthum.

v. 25. αἰγίπυρος. Αἰγίπυρος, qui hic inter τὰ καλὰ numeratur, alibi κακὸς appellatur. Epig. 705. ἀδεσπ.

Μὴ βάτος αὐχμηρὴ, μὴ κακὸν αἰγίπυρον.
Vix enim herbæ sunt diversæ *αἰγίπυρος* et *αἰγίπυρον*.

v. 27. ὅκα. *Quo tempore, dum.*

v. 28. ἂν ποκ' ἐπάξας. Al. ἔπαξα, vel ἐπάξα pro ἐπάξω. Verum, ut monet Harlesius, Theocritus sæpe πᾶξαι, nusquam πάξασθαι adhibuit.

v. 31. κῆν. Al. κεῖν. Monuit Porsonus hanc crasin Tragicis non in usu fuisse.

Ibid. τὰ Γλαύκας. Glaucæ carminum meminit Hedylus, Epig. 11. ubi vide Jacobsium, qui Plutarchum citat. Eximiam citharistriam Chiam fuisse narrat Scholiastes; Pyrrhum autem Erythræum aut Lesbium.

Ibid. ἀγκρούσμαι. Ἁπλῶς μέλπειν exponit Scholiastes, sed forte citharæ pulsationem simul significat.

v. 32. αἰνέω τάν τε Κρότωνα· καλὰ πόλις ἄ τε Ζάκυνθος. Putat Palmerius hunc versum continere principia duorum hymnorum in Crotona et Zacynthum. Glaucæ fortasse aut Pyrrhi.

v. 33. καὶ τὸ ποταῶον τὸ Λακίνιον. Ἀπὸ τοῦ κοινοῦ αἰνέω. Lacinium est promontorium Bruttiorum. Ποταῶον, τὸ πρὸς ἀνατολὰς τῆς Κροτωνιάδος. (Schol.)

v. 34. κατεδαίσατο μάσδας. De gulis athletarum multa miracula referunt antiqui scriptores. Hinc Ægon dicitur supra v. 10. viginti oves, quo melius sibi animos et robur sustinere possit, ad Elidis certamina secum tulisse. Vide Wartonum ad hunc locum.

v. 35. τᾶς ὁπλᾶς. Sic certe scribendum, non τὰς ὁπλὰς. jungi autem debent ἄγε—τᾶς ὁπλᾶς, pro ἐξ ὁπλᾶς. Callimach. in fragm. Bentl. XI. ἐὸν δέ μιν οἷα γονῆα χειρὸς ἐπ' ὀθνείην ἄχρις ἄγουσι θύρην. Æschylus Septem c. Theb. v. 335. ἄγεσθαι ἱππηδὸν πλοκάμων. Suppl. v. 440. ἀγομέναν ἱππηδὸν ἀμπύκων. Aristophanes in Lysist. v. 1121. Ἦν μὴ διδῷ τὴν χεῖρα, τῆς σάθης ἄγε. Ubi nihil est cum Flor. Christiano mutandum. (Valckenaer.) Apud Bionem, Eid. III. describitur Venus.

Νηπίαχον τὸν Ἔρωτα καλᾶς ἐκ χειρὸς ἄγουσα,

Ubi vertit Latinus Interpres *pulchra manu ducens*, id est, *sua*. Et certe epitheton Veneris manibus quam Cupidinis melius

videtur convenire. An differentia ex eo oritur, quod in illo loco exprimitur præpositio ἐξ, in hoc, et in iis quæ a Valckenaerio citantur, subintelligitur?

v. 39. ὅσον αἶγες ἐμὶν φίλαι ὅσσον ἀπέσβας. Si hæc stare permittimus, talis erit loci sensus: *Quam mihi caræ sunt capellæ meæ, tam tu mihi cara eras Amarylli donec superites eras; sed nunc extincta es.* Ita posterius ὅσον idem erit quod τόσον. Sic apud Callimachum, aiunt, H. in Apoll. 94. duplex τόσον pro τόσον ὅσον ponitur. Ego autem persuasum habeo locum hunc corruptum esse; neque de morte Amaryllidis, ut puto, queritur Battus. Conjicio legendum esse,

ὅσον αἶγες ἐμὶν φίλα, ὅσσον ἀπέστας.

O tu tam cara mihi quam sunt capræ, quam procul abes! Vel *tam procul*, id est, *quatenus de te absente hoc dicere licet.* Amica absente quæritur Propertius, I. 12. 3.

Tam multa illa meo divisa est millia lecto,
Quantum Hypanis Veneto dissidet Eridano.

Homerus Od. ψ. 101.

Οὐ μὲν κ' ἄλλη γ' ὧδε γυνὴ τετληότι θυμῷ
ἀνδρὸς ἀφεσταίη.

Ἀπέσας legitur in uno Cod. [vid. p. 413]

v. 40. ὅς με λέλογχε. Ita dedi pro vulgato ὅς μ' ἐλελόγχει, ex conjectura Valckenaerii, a Cod. Med. apud Gaisf. comprobata.

v. 41. τάχ' αὔριον ἔσσετ' ἄμεινον. Forte ἔξετ' ἄμεινον. Quare hanc mutationem probabilem crediderim, vide ad Eid. proxime sequens, v. 91. Sensus est, *cras forte redibit illa, et vos in meliore statu eritis.*

v. 42. ἐλπίδες ἐν ζωοῖσι. At amica sua mortua nihil erat quod posset sperare. Citavit hoc Barnesius ad Euripidem, Troad. 628.

Οὐ ταυτὸν ὦ παῖ τῷ βλέπειν τὸ κατθανεῖν·
τὸ μὲν γὰρ οὐδὲν, τῷ δ' ἔνεισιν ἐλπίδες.

v. 43. χὠ Ζεύς. Theognis, v. 25.

——οὐδὲ γὰρ ὁ Ζεὺς
οὔθ' ὕων πάντως ἀνδανει, οὐδ' ἀνέχων.

Et Sophocles in Fragm. Polyxenæ,

Ἐπεὶ οὐδ' ὁ κρείσσων Ζεὺς ἐμοῦ τυραννίδι,

οὐτ ἐξ ἐπομβρῶν, οὔτ' ἐπαυχμήσας, φίλος
βροτοῖς ἂν ἔλθοι.

Et Aristoph. Av. 1501.

——τί γὰρ ὁ Ζεὺς ποιεῖ;
ἀπαιθριάζει τὰς νεφελὰς, ἢ ξυννεφεῖ.

v. 44. βάλλε κἄτωθε τὰ μοσχία. Vertunt, *pelle deorsum vitulos*. Imo, *sursum*.

v. 45. σίτθ' ὁ λέπαργος. Σίττα, pro ψύττα, est vox qua pastores gregem ad festinandum incitant. Conf. Eid. V. 3. ibique Schol. Vide etiam Eurip. Cycl. 49. Λέπαργος, *cui alba est pellis*, apud Nicandrum, Ther. 349. est *Asinus*.

v. 47. κακὸν τέλος αὐτίκα δωσῶν. *Malum vectigal in te collaturus*. Vocem τέλος sensu metaphorico adhibere amant Græci. Hinc apud eos λύειν τέλη, sive λυσιτελεῖν, idem est quod ὠφελεῖν. Soph. Œd. Tyr. 316. φρονεῖν ὡς δεινὸν, ἔνθα μὴ τέλη λύει φρονοῦντι. Atque ita, ni fallor, Euripides, in Medea, v. 552.

——σοί τε γὰρ παιδων τέλη
ἐμοί τε λύει, τοῖσι μέλλουσιν τέκνοις
τὰ ζῶντ' ὀνῆσαι.

Ope futurorum infantium viventes juvisse, liberorum vectigalia et tibi et mihi solvit, hoc est, *quod ad liberos attinet, et tibi et mihi prodest*. Vulgo, σοί τε γὰρ παίδων τί δεῖ;

v. 48. ἅδε ποθέρπει. Al. ᾇδε pro ᾧδε, quod etiam ipsum in nonnullis Codd. exhibetur.

v. 49. ῥοικὸν τό λαγωβόλον. Ἡ καλαύρωψ. Mutius Scævola in Epigrammate, Anth. Gr. ... IX, 217.

Οὐκ ἀπὸ πυγμαχίης ἀποπαύσετε, μή ποτ' ἐπαχθὴς
ἀντήση κορύνη χειρὸς ἀπ' αἰπολικῆς;

Ita enim legendum cum Piersono. Vulgo ἀπεχθής.

v. 51. ἁρμοῖ μ' ὧδ' ἐπάταξ' ὑπὸ τὸ σφυρόν. Πατάσσω, unde πάταγος, sensum idoneum hoc loco vix videtur præstare; et idem verbum significatione magis propria jam præcessit. Lego ἔπλαξ', a πλήσσω. Jam nil mutandum puto.

v. 54. ταὶ 'τρακτυλλίδες. Vulgo ταὶ ἀτρακτυλλίδες. Quod dedi est ex conjectura Gaisfordii ad Hephæst. Neque aliter ipse conjeceram. Ille tamen edidit τ' ἀτρακτυλλίδες ex emendatione Falkenburgii, nescio an rectius. Hesych. Ἀτρακ-

τυλλις, φυτὸν ἀκανθῶδες. οἱ δὲ, τὴν ἀγρίαν κνῆκον. Planta ita vocabatur, quod *fusi* (ἄτρακτοι) ex ea fiebant. v. Schol. Carthamum lanatum Linnæi esse monet Schreberus. Infra, al. χασμώμενος.

v. 54. ναὶ, ναὶ, τοῖς ὀνύχεσσιν ἔχω τέ νιν· ἄδε καὶ αὐτά. Al. ἔχω γέ νιν. Hermannus,

ναὶ, ναὶ, τοῖς ὀνύχεσσιν ἔχω νιν, ἴδ· ἄδε καὶ αὐτά.

Mihi versus solum interpunctione prava laborare videtur,

ναὶ, ναὶ· τοῖς ὀνύχεσσιν ἔχω τέ νιν, ἄδε καὶ αὐτά.

v. 56. ἀναλίπος. Ab ἄλιψ, Dorice pro ἧλιψ, *calceus*. Dicitur etiam νήλιπος. V. Etym. M. et Hesych. Sed in Epig. ἀδεσπ. 110. ubi ridentur Philosophi, pro vulgato νηλιπο—legerem ἀνηλιποκαιβλεπέλαιοι, rhythmi causa.

v. 57. ῥάμνοι τε καὶ ἀσπάλαθοι. Frutices spinosi quinam sint, definiri vix posse putat Schreberus. Utriusque mentio facta alibi apud Theocritum, nisi vox ῥάμνω in Eid. XXI. 36. sit corrupta.

v. 58. εἶπ' ἄγε μ' ὦ Κορύδων. Al. μοι quod mihi videtur præstare. Citat Gaisfordius Dorvillium ad Charit. p. 414. In uno Cod. legitur μὺν. T. l. εἰπέ μοι, ὦ Κορυδων

Ibid. μύλλει. Sic Horatius dixit *alienas permolere uxores*. Ἐρωτὶς est nomen diminutivum, Theocriteum. Pro ἐκνίσθη conjecit Hemsterhusius ἐκνίσθης.

v. 60. ἀκμάν. Vehementius quoddam sonat hoc adverbium quam ἔτι. Const. Lex. Latinus Interpres hujus loci vertit *admodum*. Particulam γ' in uno MS. omissam omisi. Al. δ'.

Ibid. ὦ δειλαῖε. Οὐκ ὡς λοιδορῶν, ἀλλ' ὑποκοριζόμενος, τοῦτο λέγει. (Schol.) Vide infra Eid. V. 85.

Ibid. πρώαν. Mallem πρόαν hic et Eid. V. 4. etiam Eid. XV. 15.

v. 61. τᾷ μάνδρᾳ. Al. τὰν μάνδραν. τὰν μάκτραν, Callierg.

Ibid. ἐνήργει. Τὴν μετ' αὐτῆς δηλονότι μίξιν. (Schol.)

v. 62. φιλοῖφα. Οἰφεῖν τὸ συνουσιάζειν. (Schol.)

v. 63. ἐρίσδει. Ἐρίσδοι mallet Valckenaerius; et sic locutus est Nonnus, Dionys. lib. xviii. p. 329.

Ἄρεος οὐ καλέω σε χερείονα· καὶ γὰρ ἐρίζοις
πᾶσι Διὸς τεκέεσσι.

Sed licuit Nonno fortasse particulam ἂν omittere; Theocrito non licuisse opinor. Al. ἐρίσδεις. Forte κακοκνάμοις ἂν ἐρίσδοι. Idem Poeta, lib. xviii. p. 320, Panes vocat εὐκνήμους.

Οἰστρομανεῖς καὶ Πᾶνες ἐθήμονες ὑψόθι πέτρης
ποσσὶν εὐκνήμοισιν ἐπωρχήσαντο κονίῃ.

Sed nimirum propter agilitatem in saltando ita vocari potuerunt, cum nihilominus respectu habito ad externam speciem κακόκνημοι essent.

EIDYLLIUM V.

Argum. Θουριου τοῦ Συβαρίτα. Vide ad v. 5

v. 1. Αἶγες ἐμαί. Hujus dialogi, si rite eum intelligo, personæ sunt, duo Sybaritæ, Cometes caprarius, Eumaræ Sybaritæ servus, et Lacon pastor, Sibyrtæ, sive Sybartæ, utroque modo enim scriptum exhibent Codices, Thurini servus. Sybaris et Thurium oppida vicina erant, postea uno nomine designata.

Ibid. τὸν Συβαρίταν. Hermanno scribendum videtur τόνδε Συβάρτα, quod mihi non placet propter præcedens τῆνον. Casaubonus τὸν Συβαρίτα, nempe δοῦλον, ut Sybarita et Sybarta æque dictus fuerit Laconis herus. Brunckius τῷ Συβαρίτα. Tayloro placebat τόν γε Συβάρτα. Equidem in vulgato acquiescendum duco.

v. 2. τὸν Λάκωνα. Nomen gentilitium servo impositum vult Scholiastes. Sed Λάκων, *Lacedæmonius*, primam corripit. Malim itaque a λακέω, Dor. pro ληκέω, *loquor*, deducere. Eadem analogia formantur Timon, Philon, &c.

Ibid. νάκος. *Pellis caprina*, quam rustici modo pro amictu usurpabant, modo pro veste stragula. (Toup.)

v. 3. ἀμνίδες. Etymologiam hujus vocis quam tradit Scholiastes merito improbat Musgravius, ad Euripidem, Cycl. v. 60.

qui credit potius derivandum esse ab ἀμνὸς, *agnus*, significari autem *ovem quæ agnum peperit*. Al. ἀμνάδες.

v. 4. πρώαν κλέψαντα Κομάταν. Vide supra ad Eid. IV. 60. Κομάτας pro Κομήτης, nomen formatum a κόμη. Ita autem appellatur hic vir forsitan ut lucus a non lucendo. Vide infra ad v. 91.

v. 5. τύ γαρ πόκα. Ita Virg. Ecl. III. 25.

Cantando tu illum? aut unquam tibi fistula cera
Juncta fuit? non tu in triviis, indocte, solebas
Stridenti miserum stipula disperdere carmen?

Et hunc imitatus Calpurnius, Ecl. VI.

Vincere tu quenquam? vel te certamine quisquam
Dignetur? qui vix stillantes, aride, voces
Rumpis, et expellis male singultantia verba.

Unde et Miltonus nostras in Lycida,

"——*their lean and flashy songs*
Grate on their scrannel pipes of wretched straw."

Ibid. δῶλε Σιβύρτα. Hoc ex duobus Codd. apud Gaisf. edere mihi visum fuit, pro Συβάρτα, quo inter hoc et gentilitium nomen Συβαρίτας melius distinguatur. Sibyrtius est viri nomen apud Aristophanem, Acharn. 118.

v. 7. καλάμας αὐλόν. *Fistulam ex stipula.* Καλάμη est nomen collectitium. Vide infra Eid. X. 49. Ita Exod. v. 12. Καὶ διεσπάρη ὁ λαὸς ἐν ὅλῃ τῇ γῇ Αἰγύπτου, συναγαγεῖν καλάμην εἰς ἄχυρα.

v. 8. τὶν δὲ τὸ ποῖον Λάκων ἐκκλέψας πόκ' ἔβα νάκος; Nihil est, quantum video, unde regatur istud τιν· et verbum ἐκκλέπτω sensu alieno hic adhibetur. In Codd. diverse scriptum exhibetur, ἂν κλέψας· ἀγκλέψας· αὖ κλέψας· ἀνακλέψας· ἐγκλέψας. Forte autem legendum ὃ κλέψας.

v. 10. οὐδὲ γὰρ Εὐμάρᾳ τῷ δεσπότᾳ ἧς τοι ἐνεύδεν. Respexit forte Homerum, Od. γ. 349.

Ὥστε τεῦ ἢ παρὰ πάμπαν ἀνείμονος, ἠὲ πενιχροῦ,
ᾧ οὔτε χλαῖναι καὶ ῥήγεα πόλλ' ἐνὶ οἴκῳ,
οὐτ' αὐτῷ μαλακῶς, οὔτε ξείνοισιν, ἐνεύδειν.

Koehlerus autem legendum conjecit, σῷ δεσπότῃ ἧς τῷ ἐνεύδεν. τῷ δεσπότα τοι dicitur, ut IV, 62. τὸ τᾶι γένος, i. e. τὸ γένος ὃ σοί ἐστιν. (Kiessl.)

v. 12. *καὶ τόκ' ἐτάκευ βασκαίνων.* Virg. Ecl. III. 13.

——*quæ tu, perverse Menalca,*
Et cum vidisti puero donata dolebas,
Et si non aliqua nocuisses mortuus esses.

v. 14. *οὐ μ' αὐτὸν τὸν Πᾶνα.* Valckenaerii conjecturam *οὐ μὰν, οὐ τὸν Πᾶνα* (v. Eid. XXVII. 35.) in contextum recepit Brunckius, qui præterea legit *οὐ τύ γα Λάκων.*

Ibid. *τὸν ἄκτιον.* Citavit Gaisfordius Etymol. M: ad vocem Ἄκτιος. Ἄκτιον τὸν Πᾶνα Θεόκριτος εἴρηκεν· ἄκτιος ἢ ὁ θηρατὴρ· καὶ γὰρ ἐπακτῆρες οἱ θηρυταί· ἢ ὁ κὴπὶ ταῖς ἀκταῖς ὑπὸ τῶν ἁλιέων ἱδρυμένος· ἀγρευτὴς γὰρ ὁ θεός· ἢ ἐν Ἀθήναις τιμώμενος. Dedi ἢ, pro ὁ ἐν Ἀθήναις, ex conjectura; Attica enim regio *ἀκτὴ* vocabatur. Vel legendum ἢ ὁ ἐν Ἀθήναις. In editione Etymologici quam ego possideo deest articulus. Citavit etiam Gaisfordius Æsch. Pers. 449. (Ed. Blomf. 454.)

Νῆσός τις ἐστὶ πρόσθε Σαλαμῖνος τόπων,
βαιὰ, δύσορμος ναυσὶν, ἣν ὁ φιλόχορος
Πὰν ἐμβατεύει, ποντίας ἀκτῆς ἔπι.

v. 16. Κρᾶθιν. Crathis est fluvius prope Sybarim, cui vicinum templum Panis fuisse scribit Scholiastes.

v. 17. *οὐ μὰν, οὔτ' αὐτας.* Emendavit Valckenaerius *οὐ ταύτας.*

v. 18. *αἴ τ' ἐμὶν ἴλαοι τε.* Τὸ τὲ ad sensum nihil confert. Conjicio,

αἴτ' ἐμὶν ἴλαοι αὖτε καὶ εὐμενέες τελέθοιεν.

αὖτε est *posthac*. Suidas, *αὖτε, μετὰ ταῦτα.* vel verte *rursus*, i. e. pergant, ut solent, benevolæ esse. Penultima vocis ἴλαος sæpius brevis reperitur quam longa. Infra pro *πιστεύσαιμι*, al. *πιστεύσοιμι.*

v. 22. *ἀλλ' οὖν.* *Sin tu velis hocdo deposito mecum certare, nulla religio vetat quin hoc fiat, sed tecum certabo donec succumbas.*

v. 22. *ἀλλά γε τοι.* Al. *ἀλλ' ἄγε τοι. Διαείσομαί τοι* significat *tecum cantando certabo;* quæ vis est præpositionis *διὰ* in compositis. Vide Eid. VI. 15.

v. 23. Ὑς ποτ' Ἀθηναίαν ἔριν ἤρισεν. Videtur poeta in veteri proverbio ὗς τὴν Ἀθήνην aliquid novasse, ut proposito suo accommodaret; nam enarrator ille Theocriti, quem Erasmus ait hoc proverbium proferre, ὗς ὢν πρὸς Ἀθήνην ἐρίζεις, ubi inveniendus sit nescio. (TAYLOR.) Al. ποκ'· unde conjecit Valckenaerius Ἀθαναίᾳ. Sed infra, v. 136. ποτ' ἀηδόνα κίσσας ἐρίσδεν.

v. 25. καὶ πῶς ὦ κιναδεῦ τᾷδ' ἔσσεται ἐξ ἴσου ἄμμιν; Vulgo, καὶ πῶς ὦ κίναδ' εὖ τάδε γ' ἔσσεται. Quæ dedi in Codd. leguntur, nisi quod τᾷδ scripsi pro τάδ'. Κιναδεὺς est *vulpis catulus*. Vide Valckenaer. ad Eid. XV. 121. Locum vertas, *Et quomodo, o astute, hac ratione res erit ex æquo nobis?* Al. κίναδε. Conjecit Eldikius ὦ κυνιδεῦ. Infra, pro παρεύσας, al. παροίσας.

v. 27. δήλετ'. Idem est quod ἐβούλετο. Hesychius. Δήλεσθαι, θέλειν, βουλέσθαι. βούλετ' legitur in nonnullis Codd. in uno est εἴλετ'.

v. 29. σφὰξ βομβέων τέττιγος ἐναντίον. Infra, Eid. VII. 41. βάτραχος δὲ ποτ' ἀκρίδας ὥς τις ἐρίσδω.

Ibid. ἀλλὰ γὰρ. De hujus loci constructione vide Elmsleium ad Eur. Med. v. 1035.

v. 30. τὺ, ἴδ' ὁ τράγος οὗτος, ἔρισδε. Interpunxit Valckenaerius, Heinsium secutus, τὺ, ἴδ' ὁ τράγος, οὗτος ἔρισδε.

v. 31. Μὴ σπεῦδ'· οὐ γάρ τοι πυρὶ θάλπεαι. Scholiastes hoc proverbium explicat οὐ γὰρ ἐπὶ πυρὸς βέβηκας. Quam explicationem amplectitur Erasmus in adagiis. Verba tamen alium sensum admittere videntur, usitatæ τοῦ θάλπεαι significationi magis congruum. *Nondum scilicet igne calefactus es*, quo paratior sis ad aliquid agendum. Vide Anacr. III. 19. (TAYLOR.)

v. 33. τηνεί. Al. τουτεὶ et τουτί. pro πεφύκη al. πεφύκει.

v. 34. χἀ στιβὰς ἅδε. *Et ecce torum tibi paratum.* Al. ᾇδε, quod Dorice dictum ferunt pro ὧδε. Virg. Ecl. X. 42.

Hic gelidi fontes, hic mollia prata, Lycori,
Hic nemus.

v. 36. ὄμμασι τοῖς ὀρθοῖσι. Τοῖσδ' conj. Hermannus. Confer Eid. XXII. 66. et vide Porson. ad Eurip. Hec. 966. in Addendis.

v. 37. ἴδ' ἀ χάρις ἐς τί ποθέρπει. Nossis, Epig. X. ἴδ' ἀ χάρις ἀλίκον ἀνθεῖ.

v. 38. θρέψαι καὶ λυκιδεῖς. Vide supra v. 25. Similiter Epig. ἀδεσπ. 422. εἰς αἴγα θηλάζουσαν λύκον.

Τὸν λύκον ἐξ ἰδίων μαζῶν τρέφω οὐκ ἐθέλουσα,
ἀλλά μ' ἀναγκάζει ποιμένος ἀφροσύνη.
αὐξηθεὶς δ' ὑπ' ἐμοῦ κατ' ἐμοῦ πάλι θηρίον ἔσται·
ἡ χάρις ἀλλάξαι τὴν φύσιν οὐ δύναται.

Pro καὶ conjecit Heinsius ναί.

v. 40. ὦ φθονερὸν τὺ καὶ ἀπρεπὲς ἀνδρίον αὕτως. *O invide homuncio, et omnia indecora temere effutiens.* Eupolis, citante Stephano: μὴ φθονερὸν ἴσθ' ἀνδρίον. Vide etiam quæ notantur ad Hesych. Ed. Alberti, v. Μαρικᾶν.

v. 41. ἀνίκ' ἐπύγιζον. Virg. Ecl. III. 8.

Novimus et qui te, transversa tuentibus hircis,
Et quo, sed faciles Nymphæ risere, sacello.

v. 43. ὑβὲ. Annotat Scholiastes ὑβὸς deduci a nomine κυφὸς *gibbosus*, abjectione literæ κ, et mutatione τοῦ φ in β. hinc ὑβοῦσθαι, ὑβοῦμαι, ὕβωσις.

v. 44. ὕστατα βωκολιαξῇ. *Adeo a me superaberis ut postea nunquam animum sis adjecturus ad certamen canticum.* Al. ὕστερα βωκολιαξεῖς. Virg. Ecl. III. 51.

Efficiam posthac ne quenquam voce lacessas.

v. 45. τούτω. Al. τουτεί. Schaferus, τουτῶ. Vide Eid. I. 106.

v. 47. ἔνθ' ὕδατος ψυχρῶ κρᾶναι δύο. Al. ψυχρὰ κράνα.

v. 50. ὐψόθε. Al. ὐψόθι, et in versu præcedente al. δένδροις aut δένδρῳ.

v. 50. ἀρνακίδας. Apud Suidam ἀρνάκις explicatur τὸ τοῦ ἀρνοῦ κώδιον, τὸ μετὰ τῶν ἐρίων δέρμα.

v. 51. *ὕπνῳ μαλακώτερα.* Dixit Antipater Thess. de puella quadam, in Epig. XXXII,

Ἡ τακεραῖς λεύσσουσα κόραις μαλακώτερον ὕπνου.

Qui locus huic et Virgiliano illi,

Muscosi fontes, et somno mollior herba,

videtur similis esse; sed diversum esse suspicor. Ibi enim *sopor* unice voce ὕπνος designatur; at hic et apud Virgilium, ni fallor, *muscus* intelligitur. Ὕπνον, *Hypnum*, musci genus, in lexicis quidem non reperitur; sed vocem usurpavit Ætius medicus qui Constantino coætaneus fuit. Μνιαρὸν τάπητα dixit Antiphilus in Epigrammate, id est, *musci instar mollem*, a μνίον *muscus*.

v. 55. *αἰ δέ κε.* Al. κα, refragante metro. V. Valckenaer. ad Eid. I. 10.

v. 56. *γλάχων'.* Γλήχων, *Pulegium*, menthæ genus, secundum Schreberum. Scholiastes videtur legisse βλήχων'.

v. 58. *γαυλῶς.* Γαυλοὺς atque σκαφίδας eodem versu nominavit Homerus, Od. I. 222.

——νᾶον δ' ὄρῳ ἄγγεα πάντα,
γαυλοί τε σκαφίδες τε, τετυγμένα, τοῖς ἐνάμελγεν.

Natabant autem sero vasa omnia fabricata, mulctralia scaphiaque quibus immulgebat.

v. 60. *αὐτόθε.* αὐτόθι priore loco nonnulli Codd.

v. 62. *αἴθ' ἐνθοι ποθ'.* Legendum ποχ' cum Brunckio, non solum ut evidetur concursus earundem literarum, sed ut servetur Dorismus.

v. 64. *βωστρήσομες.* Ἀντὶ τοῦ καλέσομεν. (Schol.)

v. 65. *ξυλοχίσδεται.* Ξύλα τέμνων συνάγει. (Schol.) Forte, *in fasciculos componit.*

v. 66. *βωστρέωμες.* Ex Codd. dedit Gaisf. pro vulgato βωστρέομες. Virg. Ecl. III. 53.

——*tantum, vicine Palæmon,*
Sensibus hæc imis, res est non parva, reponas.

Et supra v. 50.

Audiat hæc tantum vel qui venit ecce Palæmon.

v. 68. *βωκολιαστὰς.* Al. βωκολιακτὰς, et pro ὦ 'γαθὲ al. ὦ φίλε.

v. 76. *βέντισθ' οὗτος.* Id est, *ὦ βέλτιστε σύ.* Ita saltem interpretantur; sed de hac locutione dubitari potest. Forsitan legendum *βέντισθ' ὡς, ὅτ' ἐγὼ μὲν,* i. e. *ὅτι ἐγὼ μὲν ἀληθέα πάντ' ἀγορεύω, ὡς βέλτιστα ὄντα.* vel *βέντισθ' ὥς τα.* vel denique *ὥς τις,* i. e. *quâ ratione ille agit qui optima dicit.*

v. 79. *ζῶντ' ἄφες.* Ne expectando moriatur. Plautus in Milite Glorioso,

Jam sat est, aniabo, sinite abeam si possum viva a vobis.

Ibid. *ὦ Παιὰν, ἦ στωμύλος ἦσθα, Κομάτα.* In Cod. Flor. legitur *ἦ στωμύλος ὦ Λάκων ἦ,* ut hi duo versus ad Comatem referendi videantur; et pro Παιὰν exhibentur *ποιμὰν· ὦ πᾶν· ὤπτε ἄν·* item *ὦ στωμύλος.* Nihil mutandum puto. Pæanis, i. e. Apollinis, nomine Comatem designat Lacon, utpote jactantem se unice veridicum esse. Virg. Ecl. III. 106.

Dic quibus in terris, et eris mihi magnus Apollo, &c.

v. 82. *Ὥπόλλων φιλέει.* Virg. Ecl. III. 62. "Et me Phœbus amat."

v. 83. *τὰ δὲ Κάρνεα καὶ δὴ ἐφέρπει.* Carnea festum fuit Apollinis Carnei, de quo vide Schol. ad h. l. et Spanhemium ad Callim. H. in Apoll. 71. Wartonus putat Laconem ad festum suæ gentis, Laconum scilicet, alludere. Sed vide quæ notavi de hac re ad v. 2.

v. 85. *τάλαν, λέγει.* Ita vulgo Græci. Noster Eid. IV. 60. *ἀκμὰν, ὦ δειλαῖε.* Non quod miseros haberi vellent quos ita *προσεφώνουν·* aliquando enim *φιλοφρονητικὸν* erat, aliquando *ἐπιτιμητικόν.* V. Tan. Faber. ad Aristoph. Eccles. v. 90.

Ibid. *αὐτὸς ἀμέλγεις;* *Αὐτὸν κατ' ἐξοχὴν,* honoris causa, a puella se appellari simulat. Vide Eid. XXIV. v. 12. et 50.

v. 87. *ἐν ἄνθεσι παῖδα μολύνει.* Pueri inter flores jacentis

Sanguineis frontem baccis et tempora pingit.

Tale aliquid saltem intellige. Scholiastes hæc sensu obscœno capit, sine ulla necessitate, ut mihi quidem videtur.

v. 88. *βάλλει καὶ μάλοισι.* Idem prov. habet noster Eid. VI. 6.

Βάλλει τοι, Πολύφαμε, τὸ ποίμνιον ἁ Γαλάτεια
μάλοισιν, δυσέρωτα τὸν αἰπόλον ἄνδρα καλεῦσα.

Et Aristoph. in Nubibus, *μήλῳ βληθεὶς ὑπὸ πορνιδίου.* Virg. Ecl. III. 64.

Mâlo me Galatea petit lasciva puella,
Et fugit ad salices, et se cupit ante videri.

Inter alias hujus moris causas hanc profert e Clearchi Eroticis Athenæus, lib. xii. prope finem: *ἡ γὰρ τῶν ὡραίων ἀνθῶν καὶ καρπῶν αἴτησις* (an *ἄφεσις*;) *εἰς ἀντίδοσιν τῆς τοῦ σώματος ὥρας προκαλεῖται τοὺς λαβόντας.* (Taylor.)

v. 89. *παρελεῦντα.* Al. *παρελῶντα* et *παρελᾶντα.* Scholiastem *παρελῶσα* legisse putat Casaubonus. *vid. p. [414]*

v. 90. *ὁ Κρατίδας.* *ὁ Κρατίδα* placebat Casaubono; nempe *Eumedes.*

Ibid. *λεῖος ὑπαντῶν.* Al. *ἀπαντῶν.* Conjecit Ruhnkenius *λεῖος ὑπάναν.* Virgilius tamen, Ecl. III. 66.

At mihi sese offert ultro meus ignis Amyntas.

v. 91. *ἐκμαίνει.* *Εἰς μανίαν ἔρωτος ἐμβάλλει.* (Schol.) Verbum in passiva voce significat *amore ardeo.* Hinc apud Theognidem v. 1350. Ed. Gaisf. legendum

Οὕτω μὴ θαύμαζε, Σιμωνίδη, οὕνεκα κἀγὼ
ἐξεμάνην, καλοῦ παιδὸς ἔρωτι δαμείς.

Vulgo *ἐξεδάμην.* De amasio autem suo hic jactat Lacon, utpote luxuriose comam alente, adeoque minime servili. Aristoph. in Avibus,

Ἔπειτα δῆτα δοῦλος ὢν κόμην ἔχεις;

Ubi vide Interpretem Græcum. Legendum autem puto *ἔκμαινεν.* Significat Lacon se primo occursu puerum deperiisse. Sic *σείετ'* positum fuerit pro *ἐσείετο*, non *σείεται*· quod multo melius, mea saltem opinione. Bucolicis enim, ut credo, poetis diphthongus elisus syllabam producit. Scio alia quædam loca tum apud Theocritum, in Bucolicis, tum apud Bionem et Moschum, huic regulæ repugnare videri, sed in omnibus mendum subesse suspicor. Vide infra v. 116. 118. Non absimiliter autem Apollonius Rhod. II. 678.

——χρυσέοι δὲ παρειάων ἑκάτερθεν
πλοχμοὶ βοτρυόεντες ἐπερρώοντο κίοντι.

Et I. 221.

——ἀμφὶ δὲ νώτοις
κράατος ἐξ ὑπάτοιο καὶ αὐχένος ἔνθα καὶ ἔνθα
κυανέαι δονέοντο μετὰ πνοιῇσιν ἔθειραι.

Hor. Carm. III. 20.

——*et leni recreare vento*
Sparsum odoratis humerum capillis.

Item Epod. XV.

Intonsosque agitaret Apollinis aura capillos.

v. 92. ἀλλ' οὐ σύμβλητ' ἐστὶ. Ῥόδον ἀνεμώνῃ συγκρίνεις· ἐπὶ τῶν ἀνόμοια συμβαλλόντων. (SUIDAS.)

v. 93. πρὸς ῥόδα. Πρὸς pro ποτὶ respuit, credo, dialectus Dorica. Vide supra, Eid. III. 19. Legerem εἰς vel καὶ ῥόδα, quod et syntaxis videtur postulare. Ἄνδηρα hoc loco explicantur a viris doctis *florum areolæ;* ut sensus sit; *Sed non conferendæ sunt cynosbatus aut anemone, herbæ sylvestres, cum rosis, quæ in areolis hortorum, juxta sepes, quæ* eas a ventis et frigore defendant, plantari solent.

v. 94. οὐδὲ γὰρ οὐδ' ἀκύλοις ὀρομαλίδες. Ἤγουν σύμβλητοί εἰσι. Ἄκυλος est *glans iligna.* Amphis Comicus apud Athenæum, II. 11.

Ὁ συκάμινος συκάμιν', ὁρᾷς, φέρει,
ὁ πρῖνος ἀκύλους.

Ὀρομαλίδες, (al. ὁριμαλίδες,) sunt τὰ μῆλα ὄρεια. Similiter comparationis modum variavit Oppianus, Cyneg. I. 69. venationem piscatione et aucupio potiorem indicans,

Ἰῷ παρδαλίων δὲ τὶς ἂν μύραιναν εἴσκοι,
ἢ θῶας κίρκοις, ἢ ῥινοκέρωτας ἐχίνοις;

Verum hoc loco Ironiam esse crediderim. Lepide fingit Lacon glandes malis præstare, propterea quod istæ tenue et exsuccum putamen habeant, hæc autem solum sapore mellita sint. Λεπρὸν pro λεπτὸν Valck. ex Cod. Toletano; sed monuit Schreberus ἀκύλους nunquam esse λεπράς. Ordo est, αἱ μὲν ἀπὸ πρίνοιο ἔχοντι λεπτὸν λεπύριον.

v 96. κἠγὼ μὲν δώσω. Virg. Ecl. III. 68.

Parta meæ Veneri sunt munera; namque notavi
Ipse locum, aeriæ quo congessere palumbes.

Et Ovid. Met. XIII. 831.

Nec tibi deliciæ faciles, vulgataque tantum
Munera contingent, damæ, leporesve, capræve,
Parve columbarum, demptusve cacumine nidus.

v. 99. πελλὰν. Ita enim scribere debueram, non πέλλαν, *nigram*, sive *fuscam*. Hesych. Πελλὸν, φαιὸν χρῶμα, ἐμφερὲς τῷ πελιδνῷ.

v. 101. ἐς τὸ κάταντες. Vide quæ notavi ad Eid. I. 13.

v. 102. οὐκ ἀπό. Signum interrogationis ad finem hujus versus ponit Schaferus, plene distinguens post φάλαρος.

v. 103. τουτεὶ. Al. τουτί. ταυτεὶ βοσκασεῖσθε dederat Valckenaer. in Ep. ad Rover. p. 17. Putat Kiessl. ὡς non significare quemadmodum, [illegible] *

v. 108. ὑπερπαδῆτε. Legendum erat ὑπερπηδῆτε cum Valck. quod et præbent duo MSS. apud Gaisf. Al. ὑπερπαδεῖτε, et ὑπερ πηδᾶτε. Infra pro λωβάσησθε, al. λωβασεῖσθε, et λωβάσασθε.

v. 109. ἐντὶ γὰρ ἆβαι. Vites *pubescentes* interpretatur Toupius. Valckenaerius scribendum putabat ἐντι παρ' ἀβᾳ. Quadruplex lectio notatur in Scholiis, ἆβαι, αὖαι, ἄζαι, αὐταί. In Codd. MSS. præter vulgatum exhibentur ἀβαὶ, ἀβαὶ, et ἆσσαι. Conjiciebam ἀβραὶ, *teneræ*. Ἀβρὸς λειμὼν exponitur apud Suidam καινότερος, (lege καὶ νοτερὸς) καὶ εὐθαλής. Et ἁβροῖς ἄνθεσι dixit Philostratus, Icon. I. 20. vid. p. [414]

v. 111. καλαμευτὰς. Al. καλαματὰς, quod Valckenaerio præferendum videtur.

v. 112. μισέω. His qui sequuntur versibus Rusticus alter alterum latrocinii insimulare videntur.

v. 113. ῥαγίζοντι. Ῥαγολογοῦσι exponit Scholiastes. Ῥὰξ est *acinus*. ῥαγίσδοντι, Brunck. ut et φοιτεῦσαι pro φοιτῶσαι.

v. 115. ποτέονται. Al. φορέονται, et in uno Cod. φορέοντι.

* v. 105. Explic. Kiessl. "opus tam egregium ut Praxitelis haberi possit".

v. 116. ἦ οὐ. Sic Hom. Il. E. 349.

Ἦ οὐχ ἅλις ὅττι γυναῖκας ἀνάλκιδας ἠπεροπεύεις;

Sophocl. in Antig. 468.

Τούτων ἐγὼ οὐκ ἔμελλον ἀνδρὸς οὐδενὸς κ. τ. λ.

Vide etiam Moschum, Eid. IV. 65.

Ibid. μέμνασ'. Codex unus μέμνα, et sic videtur legendum, cum ι subscripto, per contractionem pro μέμνησαι. Vide supra ad v. 91. Μέμνη etiam occurrit infra, Eid. XXI. 41.

Ibid. κατήλασα. Sensu obsceno hic adhiberi ferunt. Vide Kuster. ad Aristoph. Eccles. 1074. De voce σεσαρὼς quædam dicturus sum ad Eid. VII. 19.

v. 117. εὖ ποτε κιγκλίσδευ. Προσεκίνου. Derivatur verbum a κίγκλος, *motacilla*. Al. εὖ ποτ' ἐκιγκλίζευ, et εὖ ποτε κιγκλίσδευ. Wartonus conjecit πύκα κιγκλίζευ, *crebro te commovebas*. Kiessl. εὖ ποκ' ἐκιγκλίσδευ.

v. 118. ὄκα μὰν πόκα τᾷδε. Al. ὄκκα μὰν τᾷδε. Legitur etiam τεῖνδε. Τεῖδε genuinum putat Valckenaerius. Nos propter rationes jam datas nondum huic loco satis factum existimamus. Legendum fortasse

Τοῦτο μὲν οὐ μέμναμαι· ὃ μὰν πόκα τᾷδε τὺ δάσας κ. τ. λ.

ὃ pro ὅτι, *quod*, ut apud Bion. I. 15. et 57.

v. 119. ἐκάθηρε. Hesych. Καθαρθῆναι, μαστιγωθῆναι. Idem, Ἴσαμι, ἐπίσταμαι. Συρακούσιοι.

v. 120. οὐχὶ παρήσθευ; Diverse hæc in Codd. exhibentur. ἦ οὐχὶ· παρῆσθα· παρῆσθες· παρῆθευς. Vertit Heinsius: *Nonne tu insaniebas?* Comatæ sermone ad Laconem converso. Alii compositum pro simplici verbo αἰσθάνομαι poni arbitrantur. Locus videtur corruptus. Succurrit οὐχ ὕπαρ ἤσθευ; sub. καὶ οὔκ ὄναρ. *Nonne hoc liquido sentis?* Sed hæc conjectura est mera.

v. 121. σκίλλας. *Vadens* ad illud *monumentum, scillas veteres*, et non teneras scilicet, *avelle*, ut eum flagro domes. Nam patet ex Theocrito Eid. VII. 107. ad eum usum esse utilem scillam. (Palmer.) Al. τίλλειν et τέλλοις. Æschylus, Agam. 286.

Γραίας ἐρείκης θῶμον ἅψαντες πυρί.

v. 122. *καὶ τὺ δὲ λεύσσεις.* Al. *λεύσσοις.* Conjecit Heinsius *καὶ τὺ δὲ λύσσῃ.* Quidni legamus, *καὶ τάδε λύσσας, et hæc sunt furoris indicia,* vel, *καὶ τόδε λεύσσεις.*

v. 123. *ἐνθὼν τὰν κυκλάμινον. Vadens ad Halenta,* Lucaniæ fluvium, *effode cyclaminum,* insaniæ remedium. Advocant Interpretes Dioscor. II. c. 194. et Bodæum Stapelium ad Theophrastum, p. 874. Halenta oppidum in insula Co alibi memorat Theocritus.

Ibid. *ὄρυσσέ νυν.* Al. *νιν.* Verbum *ὀρύσσειν* effodiendi sensu usurpavit Homerus, Od. *κ.* 305.

> *Μῶλυ δέ μιν καλέουσι θεοί· χαλεπὸν δέ τ' ὀρύσσειν*
> *ἀνδράσι γε θνητοῖσι.*

v. 124. *Ἰμέρα.* Genitivum esse credo ex nominativo *Ιμέρας.* Non dissimiliter autem Euripides in Bacchis v. 142. *Ῥεῖ δὲ γάλακτι πέδον, | ῥεῖ δ' οἴνῳ, ῥεῖ δὲ μελισσᾶν | νέκταρι.* Ovidius, Met. I. 111.

> *Flumina jam lactis, jam flumina nectaris ibant,*
> *Flavaque de viridi stillabant ilice mella.*

Ita etiam loquebantur Hebræi. Moses in Libro Numerorum, cap. xvi. v. 13. *Γὴν μέλι καὶ γάλα ῥέουσαν.* νιλ. β. [414]

Ibid. *καὶ τὺ δὲ, Κρᾶθι.* Omittitur *δὲ* in duobus MSS. Forte *καὶ τύγα.*

v. 125. *τὰ δέ τοι σία.* *Σίον* exponitur a Scholiaste esse planta apio similis. Al. *τὰ δέ τ' οἰσία.* quod vertunt *salices;* sed *ἡ οἰσία,* sive *οἰσύα,* est *salix,* non *τὸ οἰσίον.* Quicquid legendum sit, imitatus est Virgilius Ecl. III. 89. "Ferat et rubus asper amomum."

v. 126. *ἁ Συβαρῖτις.* Subintelligitur *κρήνη.* Vide infra v. 146.

Ibid. *καὶ τὸ ποτ' ὄρθρον.* Una voce *πότορθρον* scribendum censebat Salmasius. *Circa tempus matutinum.*

v. 127. *τᾷ κάλπιδι κηρία βάψαι.* Pro *τὰν κάλπιδα κηρίοις.* Ita Euripides in Hippolyto: *βαπτὰν κάλπισι ῥυτὰν παγὰν | προιεῖσα κρημνῶν.* Quod legitur in nonnullis MSS. *τὰν κάλπιδα* vitiosum est.

v. 129. *σχῖνον.* Al. *σχοῖνον.* Pro *κέχυνται,* al. *κέοντι.* Vulgo *κέονται.*

v. 131. ῥόδοκισσος. Εἶδος βοτάνης ἐοικύιας ῥόδῳ. (Schol.) Mallet Toupius ὁ ῥοδόκισσος, pro ὡς. Al. ὡς ῥόδα κισσὸς, vel κισθὸς. Bodæus conjecit κίστος. Monet Schreberus κίστος et κισσὸς sæpe confundi. Forte legendum πολλὸς δὲ κάτω ῥοδόκισθος ἐπανθεῖ. *Et plurimus in imis locis Rhodocistus floret.* Fingamus cistum quendam rosæ colore similem ita nominatum.

v. 133. τῶν ὥτων καθελοῖσ'. Sic Plautus in Poenulo,

Sine te exorem, sine te prendam auriculis, sine dem suavium.

Et Tibullus II. 5. 98.

Oscula comprensis auribus eripiet.

Ubi videndus Vulpius. Χύτραν φιλεῖν dicebant veteres comprensum auribus, quasi *ollam*, aliquem *deosculari*. Citavit Pollux ex Eunico,

Λαβοῦσα τῶν ὤτων φίλησον τὴν χύτραν.

v. 136. κίσσας. Κίσσα, vel κίττα, *pica*. Pro καὶ τὺ δὲ, infra, καὶ τύγα legit Valckenaerius.

v. 141. φριμάσσεο. Φριμάσσομαι idem quod φρυάσσομαι, i. e. *fremo, superbio*. Sed de doloris, non lætitiæ, fremitu usurpavit Longus, lib. i. Καὶ ἀλγήσας ὁ τράγος, φριμαξάμενος εἰς φυγὴν ἐτράπετο.

v. 142. καχαξῶ. Videtur ex risus sono confictum hoc vocabulum.

v. 144. ἀνυσάμαν γε τὸν ἀμνόν. Hoc dedi ut modulatius quam quod legitur in Ed. Wintertoni τόν γ' ἀμνόν. Plerique MSS. τὸν ἀμνὸν omisso γε. Al. τὰν ἀμνόν· Atque hoc prætulit Valckenaerius. Vide supra, v. 139. Πορφυρέης ἀμνοῦ legitur in Epig. adesp. citato ad Eid. II. 2. Ἀνύεσθαι significat *præmium reportare*. Sic Eid. XVIII. 17. ὡς ἀνύσαιο. vid. p. [41/44]

v. 145. κερουχίδες. Al. κερουλίδες, *flexa cornua habentes*; item κερουλκίδες, quod explicat Scholiastes, ὑπὸ τῶν κεράτων ἑλκομεναι. Pro ὔμμε mihi placeret ὑμέας.

v. 146. πᾶσας ἐγὼ λουσῶ. Virg. Ecl. III. 96.

Tityre, pascentes a flumine reice capellas;
Ipse, ubi tempus erit, omnes in fonte lavabo.

v. 147. ὁ Λευκίτας. Nomen capri ex colore inditum, ut κνάκων supra, Eid. III. 5.

v. 147. κορύττιλος. Ὁ τοῖς κέρασι πλήττων. (Schol.) Vulgo κορυπτίλος.

v. 148. τὰν αἰγὰν. Cod. Lips. τῶν αἰγῶν. Dores in genitivo plurali quintæ declinationis ων in αν mutavisse negat Bentleius. Sed hoc apud Theocritum alibi factum reperies.

Ibid. φλασῶ τυ. Φλασῶ hic significat *contundam* vel *percutiam*. Hesych. Φλᾶν, μαλάσσειν πληγαῖς. Alibi, *avide et cum sonitu vorare*.

Ibid. ἤ γ' ἐμέ. Al. ἢ ἐμέ· et ἢ τ' ἐμέ. Schaferus legit ἤ γέ με.

Ibid. καλλιερῆσαι. Eustathius: καλλιερεῖν ἐλέγοντο ὧν τὰ θύματα ἀπεδέχετο ὁ θεός.

v. 149. ταῖς Νύμφαισι τὸν ἀμνον. Al. ταῖς Νύμφαίς τον, vel τὰν, ἀμνον· Pro Νύμφαις multi Codd. præstant Μοίσαις.

v. 150. Μελάνθιος. Melanthii caprarii pœnas feram. Vide Hom. Odyss. XXII. 474.

EIDYLLIUM VI.

V. 1. Δαμοίτας καὶ Δάφνις. Virg. Ecl. VII. 2.
Compulerantque greges Corydon et Thyrsis in unum.

v. 2. Ἄρατε. Aratum celebrem poetam intellige; cujus et alibi meminit et prolixe Theocritus ejusdem coætaneus. (Warton.)

v. 3. πυῤῥός. Id est, *imberbis*. Noster infra Eid. XV. 120. Οὐ κεντεῖ τὸ φίλαμ'· ἔτι οἱ πάρα χείλεα πυῤῥά. Longus, lib. ii. p. 64. Ed. Dutens Τίτυρος, πυῤῥὸν παιδίον καὶ γλαυκόν.

Ibid. ἐπὶ κράναν. *Ad fontem*. Calpurnius II. 5.
Ad gelidos fontes, et easdem forte sub ulmos
Conveniunt.

v. 4. θέρεος μέσῳ ἄματι. *Medio die æstivo*. Dedit

Calliergus μέσω casu genitivo, sine iota subscripto. Atque ita scribendum existimo. Solstitii tempus intelligitur. Virg. Ecl. VII. 47.

Muscosi fontes, et somno mollior herba,
Et quæ vos rara viridis tegit arbutus umbra,
Solstitium pecori defendite. vid. p. [414]

v. 5. ἐπεὶ καὶ πρᾶτος ἔρισδεν. Ἐρίσδεν, pro ἐρίζειν, dedit Aldus. Lege ἐπεὶ καὶ πρᾶτος ἔφισδεν. scil. ἐπὶ κράναν. Noster, Eid. V. 97. τηνεὶ γὰρ ἐφίσδει. Ἔζεσθαι et ἵζειν indifferenter adhibere potuit Theocritus, quemadmodum ἐρᾶν et ἔρασθαι.

v. 6. βάλλει τοι, Πολύφαμε. Vide quæ notavi ad Eid. V. 88.

v. 7. δυσέρωτα τὸν αἰπόλον ἄνδρα καλεῦσα. Id est, καλοῦσα τὸν αἰπόλον δυσέρωτα ἄνδρα. Δυσέρως, quod alibi apud Theocritum significat in *amorem nimium effusus, nec modum sui tenens,* hoc loco a Scholiaste explicatur, ὁ μὴ εἰδὼς ἐρᾶν, *qui ægre ad amorem excitatur*. Atqui nihil causæ video quin Cyclopem hic, ut misere amantem, et amorem suum ægre dissimulantem, rideat puella.

v. 8. ποθόρησθα. Ita pro ποθορῆσθα scribendum ostendit D. Heinsius. ποθόρημι Dorice dicitur pro προσοράω.

v. 9. πάλιν ἄδ', ἴδε. Al. ἀδί· ἀδὺ ἄνδ'. Locum leviter corruptum puto. Forte πάλιν, ἠνίδε. Pro συρίσδων in initio versus Codex Philelphi apud Gaisf. exhibet τυρίσδων. sic. Reiske.

v. 10. ἀ δὲ βαΰσδει. Verbum βαΰζω proprie de canibus usurpatum, Anglice, "to bay," de voce humana adhibetur tum alibi, tum in loco corruptissimo apud Æschylum, Pers. 12.

Πᾶσα γὰρ ἴσχυς Ἀσιητιγενὴς
Οἴχωκε (ᾤχωκε, Rob.) νέον δ' ἄνδρα βαΰζει.

Locus, ni fallor, ita restituendus.

Πᾶσα γὰρ ἰσχὺς Ἀσιητιγενὴς
ᾤχετ' ἀπ' οἴκων,
κενεὰ δ' ἀνδρῶν αἶα βαΰζει.

Confer ejusdem dramatis v. 580. et 1070.

v. 12. καχλάζοντος. Ita ex conjectura correxerat Tay-

lorus, et locum ita scriptum postea repperit in Ed. Flor. Vulgo καχλάζοντα. *Canis currentis figuram aqua ostendit.* In multis MSS. scribitur αἰγιαλοῖσι. Καχλάζειν autem, secundum Scholiastem, est ψοφεῖν, nempe τὸ κῦμα φερόμενον ἐπὶ τοὺς κάχληκας, *ad calculos litorales.*

v. 15. ἀ δὲ καὶ αὐτόθε τοι διαθρύπτεται. *Illa e mari progrediens huc illuc fertur, atque te ludens deliciatur, quemadmodum aridi pappi carduo emissi ludunt tempore æstatis.* Aliter exponitur hic locus; *Illa vero sponte sua delicias faciendo, tecum contendit.* Scilicet διὰ in verborum compositione aliquando vim indit certandi. Vide Eid. V. 22. Pro αὐτόθε al. αὐτόθι. Verte "delicias iungit."

v. 18. καὶ τὸν ἀπὸ γραμμᾶς κινεῖ λίθον. Subauditur τᾶς ἱερᾶς, teste Eustathio ad Homerum, Il. Z. Scilicet γραμμαὶ in ludo tesserario erant quinque lineæ ab utraque parte ductæ, quibus totidem imponebantur calculi, quarum media ἱερὰ dicebatur, unde non nisi cum res posceret talus movebatur. Non secus fit apud hodiernos in Scacchiæ ludo, ubi Rex, nisi urgente necessitate, loco suo raro movetur. *Lapides a sacra linea movere* igitur significat extrema omnia experiri. Alii lineam intelligunt in stadio seu campo ludis gymnicis consecrato ductam, in qua saxum pro meta positum fuit terminus cursus. Sed undecunque hoc proverbium ducatur, liquet loci sententiam talem esse: *Galatea lascivit, et omnes amoris terminos turbat et transgreditur; omnem modum in amore excedit.*

Ibid. ἦ γὰρ ἔρωτι. Hujus loci sententiam expressit Horatius, Serm. I. 3. 38.

> *Illuc prævertamur, amatorem quod amicæ*
> *Turpia decipiunt cæcum vitia, aut etiam ipsa hæc*
> *Delectant.*

Confer etiam nostrum, Eid. X. 26.

v. 19. τὰ μὴ καλὰ καλὰ πέφανται. Hujus vocis quantitatem similiter variavit Callimachus. H. in Jov. 55.

Καλὰ μὲν ἠέξευ, καλὰ δ' ἔτραφέ σ', οὐράνιε Ζεῦ.

Ita enim legendum censeo istum versiculum. Vulgo ἔτραφες. Consulendus Clarkius ad Homerum, Il. B. 43.

v. 20. *ἀνεβάλλετο καλὸν ἀείδειν.* Homerus, Od. θ. 226.

Αὐτὰρ ὁ φορμίζων ἀνεβάλλετο καλὸν ἀείδειν.

Et Noster, Eid. X. 22. *Καί τι κόρας φιλικὸν μέλος ἀμβάλεν.* De præludiis in cantando eximie adhibitum fuisse *ἀναβάλλεσθαι* monet Valckenaerius. Hoc autem loco alia prostat lectio, *ἀνεβάλλετο, καὶ τάδ' ἄειδεν.*

v. 22. *κοὔ μ' ἔλαθ', οὐ τὸν ἐμὸν τὸν ἕνα γλυκύν.* Interpres; *Neque me latuit, neque hunc meum unicum dulcem oculum.* Sed potius cum Scholiaste subintelligendum *μὰ*, quasi dixisset Polyphemus *οὐ μὰ τὸν ἐμὸν ἕνα γλυκὺν ὀφθαλμόν.* Similiter infra, Eid. VII. 33. *οὐ Δᾶν* ponitur, teste Scholiaste, pro *οὐ μὰ τὴν γῆν.*

Ibid. *ᾧ ποθόρημι.* Al. *ᾧ ποθορῶμι, quo utinam videam.* Aliæ etiam lectiones in Codd. prostant. Forte legendum hic, et infra, v. 25. *ποθορῶ μιν, illam aspicio.*

v. 23. *ἐς τέλος. Usque ad vitæ finem.*

Ibid. *μάντις ὁ Τήλεμος.* Ovid. Metam. XIII. 770.

Telemus interea Siculam delatus ad Ætnen,
Telemus Eurymides, quem nulla fefellerat ales,
Terribilem Polyphemon adit, lumenque quod unum
Fronte geris medio rapiet tibi, dixit, Ulixes.

Uterque respexit Homeri locum, Od. I. 508.

Ἔσκε τις ἐνθάδε μάντις ἀνὴρ ἠΐος τε, μέγας τε,
Τήλεμος Εὐρυμίδης, ὃς μαντοσύνῃ ἐκέκαστο,
ὅς μοι ἔφη τάδε πάντα τελευτήσεσθαι ὀπίσσω,
χειρῶν ἐξ Ὀδυσῆος ἀμαρτήσεσθαι ὀπωπῆς.

v. 24. *φέροιτο ποτ' οἶκον.* Al. *φέροι ποτὶ οἶκον.*

v. 25. *κνίσδων. Pungens.* Alibi *pruritum movere*, ut Eid. IV. 59. *τᾶς ποτ' ἐκνίσθη.* Vide et VII. 110. (Warton.)

v. 26. *ἀλλ' ἄλλαν τινὰ φαμὶ γυναῖκ' ἔχεν.* Euphoniæ ergo, ut ille ait, legit Brunckius *ἀλλά τιν' ἄλλαν*, et pro *γυναῖκ', γάναν*, quod Siculis proprium fuisse dicit Gregorius. In uno scilicet Cod. exhibetur *γυνᾶν.* Equidem, quod ad priorem emendationem attinet, a viro docto dissentio. Eo-

dem initio versus utitur Theognis. 167. ἄλλ' ἄλλῳ κακόν ἐστι. Pseudo-Homerus H. in Merc. v. 348.

Ἀλλ' ἄλλην τινὰ μῆτιν ἔχων διέτριβε κέλευθα.

Sophocles Œd. Tyr. 1151.

Λέγει γὰρ εἰδὼς οὐδέν, ἀλλ' ἄλλως πονεῖ.

Immo ter eundem sonum repetivit Archilochus, Fragm. 33. nisi ex lusu id fecerit,

Ἀλλ' ἄλλος ἄλλῳ καρδίην ἰαίνεται.

v. 29. Σῖγα δ' ὑλακτεῖν μιν καὶ τᾷ κυνί. Interpres: *Jussi autem canem illi placide allatrare.* Verterem potius, *Tacite innui cani ut eam allatraret.* Sed locum corruptum puto; et ingeniose quidem correxit Ruhnkenius,

Σίξα δ' ὑλακτεῖν νιν καὶ τὰν κύνα.

Canem sibilo incitavi ut eam allatraret. Et facile quidem credo fuisse verbum σίττω, vel σίζω, unde σίττα, ψίττα, ψιττάζειν. Sed tutius illud neutro quam transitivo sensu legerimus. Forte retinendum erat καὶ τᾷ κυνί. Quod ipse olim conjeceram, εἶτα δ' ὑλακτεῖν νιν, a codicum lectione nimis recedit.

v. 30. ἐκνυζητο. Κνυζᾶσθαι, sive κνυζεῖσθαι, *gannire*, supra, Eid. II. 100. improprie de infantum vagitu adhibetur. Al. ἐκνυζᾶτο· ἐκνυζεῖτο· ἐκνιζᾶτο. Pro ποτ' ἰσχία, al. παρ' ἰσχία.

v. 32. κλαξῶ. Dorice pro κλείσω. Al. κλασῶ. Κλᾳξῶ cum ι subscripto legendum censet Casaubonus.

v. 33. αὐτά μοι στορέσειν καλὰ δέμνια. Quod servile. Nonnus, Dionys. 116. p. 289.

Ἔσσομαι, ἢν ἐθέλῃς, θαλαμηπόλος· ἐν δὲ μελάθρῳ
αὐτὸς ἐγὼ στορέσω σέο δέμνια.

Ibid. τᾶσδ' ἐπὶ νάσω. Conjecit Heinsius τᾷδ', ἐπὶ νάσῳ, *hic, in insula*, nempe Sicilia, κατ' ἐξοχήν ita appellata.

v. 34. καὶ γὰρ θήν, Virg. Ecl. II. 25.

Nec sum adeo informis: nuper me in litore vidi,
Cum placidum ventis staret mare.

Et Ovid. Metam. XIII. 840.

Certe ego me novi, liquidæque in imagine vidi
Nuper aquæ, placuitque mihi mea forma videnti.

Denique Calpurnius, Ecl. II. 74.

Fontibus in liquidis quoties me conspicor ipse,
Admiror toties.

v. 35. ἐσέβλεπον. Ed. Flor. ἐσέδρακον.

v. 36. καλὰ δ' ἐμὶν ἁ μία κώρα,
ὡς παρ' ἐμὶν κέκριται, κατεφαίνετο.

Vel subauditur εἶναι, vel prius ἐμὶν eleganter positum pro ἐμοῦ vel ἐμή. A καταφαίνομαι regi non puto. Quanquam ne sic quidem structa sententia Græcis poetis inusitata. Euripides, Med. 289.

Κλύω δ' ἀπειλεῖν σ', ὡς ἀπαγγέλλουσί μοι.

v. 38. ὑπέφαινε. Interpres vertit: *mare ostendebat*; perperam, meo saltem judicio. ὑπέφαινε ex iisdem nominativis quibus κατεφαίνετο pendere opinor. Theocritus infra, Eid. XXV, 234, de leone, λαμυροὺς δὲ χανὼν ὑπ' ὄδοντας ἔφηνε. Et Philostratus Junior, Icon. V. p. 869. Ἡρακλῆς ἐν Σπαργάνοις. Ἀλλ' οἱ μὲν ἤδη παρεῖνται—τὰς κεφαλὰς ὑποκλίναντες ταῖς τοῦ νηπίου χερσὶν, ὑποφαινούσας τι καὶ τῶν ὀδόντων. Intellige: *Barba mea atque oculus infra conspiciendos ostendebant dentes.* αὐγὰ λευκοτέρα Παρίας ὑπέλαμπε λίθ.

v. 39. τρὶς εἰς ἐμὸν ἔπτυσα κόλπον. Ut invidiam averterem. Superstitio veterum. Vide Casaub. Lect. Theocrit. 8. et Heins. 2. Sic infra, Eid. XX. 12.

Τοίαδε μυθίσδοισα, τρὶς εἰς ἑὸν ἔπτυσε κόλπον·

Et Tibullus I. 2. 9.

Despuit in molles et sibi quisque sinus.

Hoc modo etiam expiabant homicidium occulte perpetratum. Ap. Rhod. IV. 479.

Τρὶς δ' ἀπέλειξε φόνου· τρὶς δ' ἐξ ἄγος ἔπτυσ' ὀδόντων,
ἣ θέμις αὐθέντῃσι δολοκτασίας ἱλάεσθαι.

v. 40. Κοτυτταρίς. Wartono non est nomen proprium, sed *venefica, sacrificula,* quæ circa ritus *Cotyttus* versabatur. Utut hoc sit, idem nomen vetulæ tribuitur in Epig. II. Lollii Bassi:

Ἡ πολιὴ κροταφοισι Κοτυτταρὶς, ἡ πολόμυθος
γραία, κ. τ. λ.

v. 41. ἃ πρὰν ἀμώντεσσι. Hic versus legitur infra,

Eid. X. 16. et cum hoc loco spurius visus sit Piersono et Valckenaerio, atque absit uno Cod. ad exemplum Gaisfordii uncis compescui.

v. 46. *νίκη*. A verbo *νίκημι*, quomodo dixit infra Theocritus, Eid. VII. 40. Σικελίδαν *νίκημι*. Al. *νίκα*.

Ibid. *ἀνασσατοι*. Ab *ἥσσων, inferior*, vel *ἡσσάω, vinco*. Virg. Ecl. III. 108.

——non nostrum est tantas componere lites:
Et vitula tu dignus et hic.

EIDYLLIUM VII.

V. 1. *ἦς χρόνος*. Scena Eidyllii in insula Co figenda est. Fluvium hujus insulæ, cujus urbs metropolis Κῶς (hodie *Stanchio*) voce Πόλιος designatur, vocat Theocritus Ἄλεντα, vix alibi memoratum. (HARLES.)

v. 3. *θαλύσια*. Hom. Il. 10. 529.

Καὶ γὰρ τοῖσι κακὸν χρυσόθρονος Ἄρτεμις ὦρσε,
χωομένη ὅ οἱ οὔτι θαλύσια γουνῷ ἀλωῆς
Οἴνευς ῥέξ', ἄλλοι δὲ θεοὶ δαίνυνθ' ἑκατόμβας·
οἴῃ δ' οὐκ ἔρρεξε Διὸς κούρῃ μεγάλοιο.

Unde constat omnes deos horum sacrorum fuisse participes. Et sacrificia quidem *θαλύσια*, ipsa vero festa Ἀλῶα et *συγκομιστήρια* dicta perhibentur. Harpocration hæc Ἀλῶα e Philochoro docet *ὀνομασθῆναι ἀπὸ τοῦ τότε τοὺς ἀνθρώπους διατριβὰς ποιεῖσθαι περὶ τὰς ἅλως*. Ultima illa verba cum Laurentio et Stephano intelligo de Rusticis in areis suis se versantibus, ut frumento terendo triturandoque operam darent. (TAYLOR.)

Ibid. *καὶ Φρασίδαμος*. Ita Codd. quamplurimi. Vulgo editur *ὁ Φρασίδαμος*. Vis est in duplici *καί*. Nimirum eo tempore Antigenes cum fratre commorabatur, unde hospites majore eum visendi studio incendebantur.

v. 4. *εἴ τι περ ἐσθλὸν χαῶν τῶν ἐπάνωθεν*. *Si quid egregium est inter nobiles antiquos.* Laudat igitur illos

poeta ab antiquitate et nobilitate generis : v. Schol. Χαὸς, *bonus, nobilis*, est vocabulum poeticum, Doribus quoque et Lacedæmoniis proprium. (HARLES.) Ἐπάνωθεν pro vulgato ἔτ' ἄνωθεν optime restitutum fuit. Ald. et Codex unus apud Gaisf. ἐπ' ἄνωθεν. Theocritus in Epigrammate de Pisandro,

Πρῶτος τῶν ἐπάνωθε μουσοποιῶν. .

Ἐσθλὸν ex Cæsareo Cod. revocavit Reiskius, improbante Valckenaerio, qui formam istam in Pindari odis frequentatam, apud Theocritum inveniri negat. Pro χαῶν Heinsio placebat Κώων. Mihi in mentem venit Παῶν τῶν ἐπάνωθεν. *Si qua antiquæ prosapiæ laus est.* Ovid. Amor. lib. iii. Eleg. 15.

Si quid id est, usque a proavis vetus ordinis hæres.

Πηοὶ, συγγενεῖς. Hesych. Quem vide. Noster, Eid. XVI. 25. Πολλοὺς δ' εὖ ἔρξαι παῶν. et Nicander Alex. v. 3. πολέων κυδίστατε παῶν. Pro χαῶν in uno Cod. legitur χαλῶν, unde facile colligendum est errorem ex Χάλκωνος in proximo versu profluxisse.

v. 6. Βούριναν. Al. Βούρπαν, et Βούρινναν. Antimachus apud Galen. de Antidot. lib. i. p. 429. ad Æsculapium.

Εἴτε σε Τρικκαῖοι, δαῖμον, ἔχουσι λόφοι,
ἢ Ῥόδος, ἢ Βούρινna.

Βορίνην vocat Philetas apud Scholiastem. Quod perinde est. Inepte autem noster Interpres *Qui Buream fontem ab imo confecit.* Immo, *ictu pedis confecit.* (TOUP.) Ita Bion. Eid. IV. 2. Καὶ ἐκ ποδὸς αὐτῷ ἔπονται.

v. 8. Αἴγειροι πτελέαι τε ἐΰσκιον ἄλσος ἔφαινον. Ὑφαινον conjecit Heinsius, quemadmodum dixit Virgilius "intexere fontibus umbras." Taylorus, hiatu qui est in hoc versu offensus, legi maluisset βαθύσκιον, vel κατάσκιον. Mihi in mentem venit κατ' εὔσκιον ἄλσος ἔφαινον. *Populi autem atque ulmi quæ circa illam erant, in umbrosi nemoris formam frondescentes apparebant*, id est, formam nemoris induebant.

v. 10. μεσάταν. Similem locutionem præstat Eid. XXI. 19.

Κ' οὔπω τὸν μέσατον δρόμον ἄννεν ἅρμα Σελάνας.

v. 11. Βρασίλα. Qui Βρασίδα legebant, alia de causa

præter eam a Scholiaste memoratam peccabant. Nam Βρασίδας primam producit. Aristoph. Vesp. 473.

Καὶ ξυνὼν Βρασίδᾳ, καὶ φορῶν κράσπεδα
στεμμάτων, τὴν θ' ὑπήνην ἄκουρον τρέφων.

Ita hos versus divide, ut sint Cretici. Et Pace, 639.

Αἰτίας ἂν προστιθέντες, ὡς φρονεῖ τὰ Βρασίδου.
(Taylor.)

v. 11. *καί τιν' ὀδίταν.* Οὔπω sequente καὶ legitur apud Antiphilum, Ep. 43.

Οὔπω χεῖλος ἔμυσε, καὶ ἦν ἴσος ἀἰδι πόντος·

Et apud Nonnum, Dionys. lib. xvi.

Οὔπω μῦθος ἔληγε, καὶ ἴαχεν αἰγίβοτος Πάν.

Et forte tritus est loquendi modus. Sed vide Eid. XXI. 19. Locum autem imitatus est Virgilius, IX. 59.

Hinc adæo media est nobis via, jamque sepulchrum
Incipit apparere Bianoris.

v. 12. *ἐσθλὸν σὺν Μοίσαισι. Virum Musarum peritum,* Vid. Stephani Lexicon. In Epig. *ἀδεσπ.* 44. diversa adhibetur phrasis.

Τὸν σοφὸν ἐν Μούσαις Κύπρις ἔτικτε μόνη.

v. 14. *ἠγνοισεν ἰδών.* Hom. Od. ε. 77.

——οὐδέ μιν ἄντην
ἠγνοίησε ἰδοῦσα Καλυψὼ δῖα θεάων.

Qui locus huic Theocriteo magis est similis quam alter ab Heinsio adductus, Il. A. 536.

——οὐδέ μιν Ἥρη
ἠγνοίησε, ἰδοῦσ' ὅτι οἱ συμφράσσατο βουλὰς
ἀργυρόπεζα Θέτις.

v. 16. *κνακόν.* Vide quæ notavi ad Eid. III. 5. Simulus in Moreto Virgilii describitur ut "cinctas villosæ tergore capræ."

v. 18. *ζωστῆρι πλάκερῷ.* Al. πλοκερῷ. Quod perinde est. Utrumque enim fluxit a πλέκω, et significat *cingulum plexum,* vel potius *funiculum ex sparto plexum,* qualia sunt hominum rusticorum. v. Toup.

v. 19. *καί μ' ἀτρέμας εἶπε σεσαρὼς ὄμματι μειδιόωντι.* Quo attentius hunc locum intueor, eo magis mihi

persuasum est, errorem gravem sublatere. Ubicunque enim ni multum fallor, vel apud Lexicographos vel probos auctores (confer ipsum Theocritum, Eid. V. 116. XX. 14.) vocem σεσηρὼς invenies, ei notio quædam adhæret affectibus inimicis accommodatior; aliquid sarcastici, irati, malevoli, vel dolosi denique. Talem vero notionem hujusce loci ratio non admittit. Reponendum arbitror mutatione

——καί μ' ἀτρέμας εἶπε σεσανὼς
ὄμματι μειδίοωντι. (WAKEFIELD.)

Ingeniosa est Wakefieldii emendatio, sed de usu participii σεσανὼς mihi non constat, præsertim sensu transitivo. Deinde ἀτρέμας pro ἠρέμα viris doctis poni videtur. Sed vox ea, cum ad oculos refertur, *fixum* aliquid et *immobile* denotat, non, *placidum*. Homer. Od. T. 212.

Ὀφθαλμοὶ δ' ὡσεὶ κέρα ἔστασαν, ἠὲ σίδηρος,
ἀτρέμας ἐν βλεφάροισι·

Et Apoll. Rhod. III. 950.

——οὐδέ ποτ' ὄσσε
ἀμφιπόλων μεθ' ὅμιλον ἔχ' ἀτρέμας.

Σεσηρὼς autem Hesychio est κεχηνώς. διηνοιγμένον, ἀνοικτὸν, ἔχων στόμα. Ea est vocis sententia apud Lucianum. Am. §. 13. ubi describitur Veneris statua σεσηρότι γέλωτι μικρὸν ὑπομειδιῶσα. Inimicis affectibus nullus ibi locus; ut neque apud Philostratum, Icon. lib. i. Ἐρῶντες δὲ αὐτοῦ Σατύρων τις ἀγέλη καταθεῶνται τὸ μειράκιον, ἐρυθροὶ καὶ σεσηρότες. Itaque hujus loci sensus talis esse debet: *cum paulisper ore aperto fixus stetisset, quasi miraculo rei attonitus.* Verum ne sic quidem salva res est; nam elisio pronominis μοι non toleranda mihi videtur; neque placet quod olim conjeci, ἀτρέμας δέ μοι εἶπε σεσαρώς. Jam itaque auctor sum ut legatur

——καί μ' ἀτρέμας εἶπε δεδορκὼς
ὄμματι μειδιόωντι.

Hoc participium sensu activo apud Euripidem plus semel adhibetur.

v. 21. Σιμιχίδα. Nomen pastorale et poeticum esse putat Taylorus, quo se designet Theocritus, quomodo Virgilius se sub Tityri persona repræsentavit. In *Syringe*, poemate obscuro, vocatur Theocritus Σιμιχίδας Πάρις, i. e. θεῶν κριτής.

v. 21. μεσαμέριον. Toupius et Wartonus correxerant μεσαμέριος. vid. p. [415]

v. 22. ἐφ' αἱμασιαῖσι. Al. ἐν αἱμασιαῖσι, quod longe præstat. Valckenaerius ὑφ' αἱμασιαῖσι. Αἱμασιὰ, monente Brunckio est *maceria* e siccis lapidibus et temere collectis, in quorum intervallis latitant lacertæ. In ipso muro cubant, non sub murum. Virgilius, Ecl. II. 9.

Nunc virides etiam occultant spineta lacertas.

Nemesianus, Ecl. IV. 38.

——vocat æstus in umbram;
Jam pecudes subiere nemus; jam nulla canoro
Gutture cantat avis: toto non squamea tractu
Signat humum serpens.

v. 23. ἐπιτυμβίδιοι. Ἐπιτυμβίδιοι vocantur, teste Galeno, ὅτι τὸν τύμβον (λόφον) ἐπὶ τῆς κεφαλῆς ἔχουσι. Pro οὐδ', al. αἴδ' item, ἐπιτυμβίδιαι· κορυδαλίδες· ἡλαίνοντι· quod postremum cum Koehlero præfero vulgato. v. Ernesti ad Callim. H. in Dian. 251.

v. 24. μετὰ δαῖτα κλητὸς. Al. δαῖτ' ἄκλητος.

v. 25. ποσὶ νισσομένοιο. Hemsterhusius et Reiskius ποσὶν ἐσσυμένοιο. Calliergus νεισόμενοιο.

v. 26. ἀρβυλίδεσσιν. Epig. ἀδεσπ. 279.

Ποῦ δὲ Λυκαστείων ἐνδρομὶς ἀρβυλίδων.

Nomen est diminutivum, ab ἀρβύλη.

v. 28. vid. p. [415]

v. 30. καί τοι. Quid si legamus κού τοι, ut Eid. I. 62. κ' οὔ τοι τὶ φθονέω? Sic certe melius cohærebunt ea quæ dicit Simichidas hic, et infra, v. 35. sqq.

v. 31. θαλυσιάς. Toupius ad Hesych. vol. iii. p. 345. legendum censet θαλυσιάσ', *ad Thalysia*. Et video Tayloro in mentem venisse θαλυσίαδ', eodem sensu. Sed adjectivum θαλυσιὰς apud Nonnum frequenter occurrit.

Ibid. ἑταῖροι. Piersono et Valckenaerio displicet hæc lectio. Malit hic ἄριστοι vel ἀγαυοὶ, satis audaci mutatione. Ego, si quid mutandum, legerem ἑτοῖμοι.

v. 35. *Ξυνὰ γὰρ ὁδὸς, ξυνὰ δὲ καὶ ἀὼς.* Vertit Toupius, "The day is common, and the way is common;" quasi trita phrasis sit ista inter Nostrates. Valckenaerius conjecit *φῶα* pro *ἀὼς*· fatetur tamen vulgata sensum satis commodum præbere. Equidem legendum credo *ἀ δὼς*, "the gift," nempe *τοῦ βουκολιάζεσθαι*. *Δόσις Μουσῶν* apud Pindarum est Hymnus. Apoll. Rhod. lib. iii. 173.

> *Ξυνὴ γὰρ χρείω, ξυνοὶ δέ τε μῦθοι ἔασι*
> *πᾶσιν ὁμῶς.*

In Cod. Emanuel. Cantab. deest huic versiculo finis.

v. 37. *Μοισᾶν καπυρὸν στόμα.* Citavit Toupius ex Epigrammate quodam (*ἀδεσπ.* 519.) *Πίνδαρε Μουσάων καπυρὸν στόμα*, sed memoria lapsus, ut videtur. Ibi saltem legitur in editione penes me, *ἱερὸν στόμα*. *Καπυρὸς* est *ardens*, quasi *κατάπυρος*. *Καπυρὰ νόσος* (Eid. II. 85.) est *πυρετός*. Hæc autem imitatus est Virgilius, Ecl. IX. 32.

> ——*Sunt et mihi carmina, me quoque dicunt*
> *Vatem pastores, sed non ego credulus illis:*
> *Nam neque adhuc Varo videor, nec dicere Cinna*
> *Digna, sed argutos inter strepere anser olores.*

v. 39. *οὐ Δᾶν.* *Οὐ μὰ τὴν γῆν.* Al. *οὐ γᾶν.* vid. Eid. IV. 17.

v. 40. *Σικελίδαν.* Asclepiadem Sicelidæ filium intelligit Scholiastes. De Phileta vide Moschum, III. 99. qui et Sicelidæ ibidem mentionem facit.

v. 43. *δωρύττομαι.* Al. *δωρήσομαι.* Vide Gregor. de Dial. 110. Forte *δωρύξομαι*.

v. 44. *ἐπ' ἀλαθείᾳ πεπλασμένον.* Perperam verba *ἐπ ἀλαθείᾳ* pro *ἐπ' ἀλαθείας* capit Latinus Interpres, vertens *revera*. Sensus est, monente Harlesio, *tu instar Jovis patris tui, omnino verax verique amans factus es.* *ἐπ ἀλαθείᾳ πεπλασμένος, in veracitatem compositus.* Ἐκ *Διὸς* etiam verti possit, *Jovis beneficio*, sive *auspiciis*.

v. 46. *Ὠρομεδόντος.* Ἐν *τῇ Κῷ φασιν εἶναι τοῦτο τὸ ὄρος.* (Schol.) Mons forte ita dictus a gigante ibi occiso et obruto, uti censet Casaubonus. Propertius,

Te duce vel Jovis arma canam, cæloque minantem
Cœum, et Phlegræis Oromedonta jugis.

Alia tamen prostat lectio Ὠρομέδοντι, quod mire placuit Reiskio, et reposuit Brunckius. Arrogans sit, necesse est, et propterea odio habendus, iste opifex, qui Oromedonti giganti domum ædificare aggrediatur.

v. 51. ἐν ὄρει. Notandum est, Eustathium, ad Iliad. A. p. 125. legisse in hoc Theocriti loco ὤρῃ pro ἐν ὄρει, quod prætulit Heinsius, vertens, *vere præcedente*. Sed vide infra, v. 92.

v. 54. κ' Ὡρίων. Tempus illud intelligit poeta, cum post Orionem occidunt Pleiades, periculosissimum quidem navigantibus. (WARTON.)

v. 55. ὀπτεύμενος. Al. ὀπτόμενον. Et in Eid. XXIII, ubi vulgo legitur ὀπτεόμενος, unus Codex dat ὀπτόμενος. Meleager, Epig. IV. Ὀπταῖσθ' ἐν κάλλει. Monet Jacobsius nostro præivisse Sophoclem, apud Athen. XIII. p. 564.

Τοίαν Πέλοψ ἴυγγα θηρατηρίαν
ἔρωτος, ἀστραπήν τιν' ὀμμάτων ἔχει·
ἐνθάλπεται μὲν αὐτὸς, ἐξοπτᾷ δ' ἐμέ.

Ita enim puto legendum, non ἐξοπτᾷ δέ με.

v. 56. ῥύσηται. Forte vertendum erat, *sublevet, juvet*.

v. 58. ὅς ἔσχατα φυκία κινεῖ. Hic versus locum Callimachi in mentem mihi revocat, corruptissimum quidem illum, et hactenus male intellectum. H. in Del. 197.

Ἀστερίη φιλόμολπε, σὺ δ' Εὐβοίηθε κατῆεις,
Κυκλάδας ὀψομένη περιηγέας, οὔ τι παλαιὸν,
ἀλλ' ἔτι τοι μετόπισθε Γεραίστιον εἵπετο φῦκος.
ἔστης δ' ἐν μέσσῃσι, κατοικτείρασα δὲ Λητὼ,
φῦκος ἅπαν κατέφλεξας.

Verba φῦκος ἅπαν κατέφλεξας, cum sensu omnino careant, tum absunt, credo, a plerisque MSS. Robortellus ex Codice suo dedit φῦκον ἅπαν φλέξας. Ego ex conjectura repono, φεύγουσαν, τάδ' ἔλεξας. Sensui saltem hac lectione satisfeci. Statim enim loqui incipit Asterie; cujus oratione finita, sequuntur verba

ἡ δ' ἄῤῥητον ἄλης ἀπεπαύσατο λυγρῆς,

neque ea corruptela carentia. Legendum puto,

ἡ δ' ἀῤῥηδὸν ἄλης ἀπεπαύσατο λυγρῆς.

Ἀῤῥηδὸν, "without speaking." Fateor quidem vocem in Lexicis non reperiri; sed *ἀῤῥήδην* legitur apud Hesychium, Suppl. a Schow; et Aldus eo loco dedit *ἀῤῥηδέν*. Unde suspicari licet veram lectionem esse *ἀῤῥηδόν*.

v. 59. *ταίτε μάλιστα*. Ed. Call. *ταὶ τὰ μάλιστα*. Et sic edidit Brunckius, et in sequente versu *ὅσαισί περ*. Valckenaerius conjecit *ταί γε*, et *ὅσαις γε*. Infra, pro *εὔπλοον*, placet Schafero *εὔπλοος*.

v. 64. *λευκοΐων*. Al. *λευκάων*. Παρὰ pro *περὶ* dant multi MSS.

v. 65. *Πτελεατικόν*. Ptelea locus in insula Co.

v. 66. *πὰρ πυρί κεκλιμένος*. Ita Xenophon Colophonius in Parodis, i. e. canticis ad aliorum modulationem modulatis, citante Athenæo, lib. ii. cap. 13.

Πὰρ πυρὶ χρὴ τοιαῦτα λέγειν χειμῶνος ἐν ὥρῃ,
ἐν κλίνῃ μαλακῇ κατακείμενον, ἔμπλεον ὄντα,
πίνοντα γλυκὺν οἶνον, ὑποτρώγοντ' ἐρεβίνθους.

Cum Xenophon iste circa sexagesimam Olympiada vixerit, (vid. Casaub. ad loc. citat.) liquet hos Theocriti versus ab eo adumbratos fuisse. Neque non Virgilius hunc locum imitatus est, Ecl. V. 69.

Et multo imprimis hilarans convivia Baccho,
Ante focum, si frigus erit, si messis, in umbra,
Vina novum fundam calathis Ariusia nectar.

v. 68. *ἀσφοδέλῳ τε*. Mirum est quod apud Gellium, XVII. 2. legimus in Saturnalibus quæstionem institutam fuisse de asphodelo, cujusmodi herba esset, cum tamen Dioscorides II. 199. vocet *φυτὸν τοῖς πλείστοις γνώριμον*. (Taylor.)

v. 70. *αὐταῖσιν κυλικέσσι*. *Αὐταῖς ἐν κυλίκεσσι*, Valck. i. e. *ἐνερείδων*. Schaferus suspicatur legendum esse *αὖαισιν*, i. e. *ὥστε αὐαίνεσθαι αὐτὰς*, conferens Hor. Carm. I. 35. *cadis cum fæce siccatis*. Ego comma ponendum puto post *ἐν κυλίκεσσι*. *Memor Ageanactis etiam inter pocula, et fæcibus labra infigens*. Vide infra v. 104. Male corrigebat Petitus *καὶ ἐς τρίχα*, i. e. *εἰς τὴν μύστακα*.

v. 71. εἷς μὲν Ἀχαρνεύς. Duo pastores, alter Atticus, alter Ætolus. v. Schol.

v. 72. Τίτυρος. Hoc nomen hodiernis Græcis in usu esse ferunt, et pastoribus subinde, atque etiam arietibus, tribui.

v. 73. ξενέας. Nomen esse proprium sed corruptum statuit Reiskius. Mihi vera videtur Dan. Heinsii interpretatio, p. 344. ut puellam Daphnidi amatam et notissimam, quam nominare nolebat, more satis usitato, ξέννην dixerit, sive ξενέαν. (VALCKENAER.)

v. 74. δρύες αὐτὸν ἐθρήνευν. Virg. Ecl. X. 13.

Illum etiam lauri, illum etiam flevere myricæ.

v. 77. ἐσχατόεντα. Multi MSS. ἐσχατόωντα.

v. 78. εὐρέα λάρναξ. Τὶς αἰπόλος καλούμενος Κομάτας, τοῦ οἰκείου δεσπότου θρέμματα νέμων ἐν τῷ ὄρει τῆς Θουρίας, ἔθνε συχνάκις ταῖς Μούσαις. Ὁ δὲ δεσπότης αὐτοῦ δυσχεράνας, κατέκλεισεν αὐτὸν εἰς λάρνακα ξυλίνην, πειράζων εἰ σώσειαν αὐτὸν αἱ Μοῦσαι. Δύο δὲ μηνῶν παρελθόντων παραγενόμενος καὶ ἀνοίξας, ζῶντα μὲν αὐτὸν εὗρε, πλήρη δὲ καὶ τὴν λάρνακα κηρίων. (Schol.)

v. 82. χέε νέκταρ. Pindarus, loco supra citato: νέκταρ χυτὸν, Μοισᾶν δόσιν.

v. 85. ἐξεπόνασας. Ita Codices bene multi. Vulgo ἐξετέλεσσας. Pro ἐμεῦ in versu sequente, al. ἐμοί. et in v. 89. al. κατεκέκλισο.

v. 93. θρόνον. Wakefieldius legebat θραννν, i. e. θρῆνυν, *pulvinar*, qui si mihi persuasisset primam ejus vocis syllabam corripi posse, non eo magis persuasisset mutationem hanc necessariam esse.

v. 94. ὦ τυ γεραίρεν. Al. ὅττι γ' ἀείδεν. Hesych. Γεραίρει, τέρπει, τιμᾷ.

v. 96. ἐπέπταρον. De sternutamento in deteriorem partem sumpto exemplum habes in historia Timothei Atheniensis, quo classe in Corcyræos dimicaturo, gubernator proficiscenti jam classi signum receptui dedit, quia e remigibus quendam ster-

nutantem audierat. Ille vero, "miraris," inquit, "ex tot militibus unum perfrixisse?" (TAYLOR.) Propertius II. 3. 24.

Num tibi nascenti primis, mea vita, diebus
Aureus argutum sternuit omen amor?

Catullus in Poematio de Acme et Septimio:

Hoc ut dixit Amor sinistram, ut ante
Dextram, sternuit approbationem.

Vide etiam infra, Eid. XVIII. 16.

v. 97. ἐρῇ. Al. ἐρᾷ. Ἐρῶντι, pro ἔρανται, Brunck. uno Codice consentiente.

v. 100. μέγ' ἄριστος. Ἄριστις, edd. juniores Calliergum secutæ. Ego neutram lectionem intelligo. Forte, legendum, ἐσθλὸς ἀνὴρ μὲν Ἄριστις, *vir quidem eximius Aristis*. Αἴθετ' est pro imperfecto ἤθετο.

v. 103. Ὁμόλας. Al. Ὁμόλου. Homole, vel Omole, sive Homolus, erat mons Thessaliæ. Vid. Eurip. Herc. fur. 371. Et Virgilius, Æn. VII. 675.

——*Homolen Othrynque nivalem*
Linquentes cursu rapido.

v. 105. εἴτε Φιλῖνος ἄρ' ἔστιν. Ita legendum puto ex Codice Philelph. apud Gaisf. pro vulgato εἴτ' ἔστ' ἄρα Φιλῖνος. Ἄρα est ἦ ἄρα. Aliter tamen, ut videtur, judicabat Porsonus, qui ad Æsch. Agam. v. 1213. legebat

Ἦ κάρτα χρησμῶν ἆρ' ἐμῶν παρεσκόπεις,

cum facile scribere potuisset ἄρα γ' ἐμῶν.

v. 106. παῖδες Ἀρκαδικοί. Intellige festum Panis in Arcadia celebratum; ubi solenne fuit Panis simulachrum flagellare. Consulas Scholiastem nostrum. Necnon de ejusdem flagellationibus in genere vide Cl. Spanhemium ad Callim. II. p. 520. (WARTON.)

v. 107. σκίλλαισιν. Vide supra, Eid. V. 121.

v. 109. εἰ δ' ἄλλως νεύσαις. *Sin vero alio inclinaveris.* (VALCKENAER.) Al. νεύσοις. vel νεύσεις.

v. 110. ἐν κνίδαισι. Artemo, Epig. II.

——ἆρα μελισσέων
ἐσμοῦ, καὶ κνίδης, καί πυρὸς, ἠψάμεθα·

penultima pariter longa; quod mirum, cum ab ἔκνιδον, Aoristo secundo verbi κνίζω, deducatur. In uno Cod. reperitur κνηίδεσσι. Forte legendum κνήδαισι, et κνήδης· nam eo modo scriptum reperitur in Lexicis vocabulum. Sed consule Stephanum in voce.

v. 111. εἴης δ' Ἠδωνῶν. Cum Edoni ad Hebrum fluvium parum accurate collocari videantur, conjecit Hemsterhusius legendum esse εἴης Ζωναίων, vel Ζωναίοις μὲν, conferens Nicand. Ther. 461. Sed vide an leniore remedio huic loco salus restituatur. Rescribo,

Κείοις δ' Ἠδωνῶν μὲν ἐν ὤρεσι χείματι μέσσῳ,
Ἔβρον πὰρ ποταμὸν τετραμμένος, ἐγγύθεν ἄρκτου.

Hesych. Κείων, κοιμηθησόμενος. *Cubes in Edonis montibus, prope Arcton, facie versa ad Hebrum fluvium*, Edonis et Arcto interjacentem. Statius, Theb. V. 78. junxit *Edonas hyemes Arctonque frementem.* A nostro colorem duxit Virgilius, Ecl. X. 65.

Nec si frigoribus mediis Hebrumque bibamus,
Sithoniasque nives hyemis subeamus aquosæ:
Nec si, cum moriens alta liber aret in ulmo,
Æthiopum versemus oves sub sidere cancri. vid. p. [41]

v. 114. ὅθεν οὐκέτι Νεῖλος ὁρατός. Est amplificatio poetica; Blemyes enim citra Nili fontes habitabant. Claudianus, de Nilo, v. 19. eum errare dicit,

Per Meroen, Blemyasque feros, atramque Syenen.
(TAYLOR.)

v. 115. ὔμμες δ' Ὑετίδος. Sensus est: *Vos Cupidines qui, relicta Hyetidis et Byblidis unda, colitis excelsam sedem Dionæ.* Nimirum Byblidis undam deseruisse dicuntur Cupidines ob infandum et infelicem amorem Cauni et Byblidis. Quod et recte tangit Scholiastes. Deinde per ἕδος αἰπὺ Διώνας intelligenda est Cyprus, Veneris et Amorum domicilium. Orpheus, Argon. 30.

Αἰπεινάν τε Κύπρον, καὶ Ἀδωναίην Ἀφροδίτην.

(TOUP.) Ego locum, cum Heinsio ita interpretor: *Vos Amores qui Byblidis undas deseruistis, et coloniam vestram ad Erycem, Siciliæ montem, transtulistis; qui ex Assyria ad nos venistis; vos*

inquam, &c. Byblis Phœniciæ civitas, unde Venus Dea Byblia appellari solita.

v. 117. μάλοισιν. Epitheton μαλοπάρηος Agavæ tribuitur, Eid. XXVI. 1.

v. 120. καὶ δὴ μάν. Corrigit se: καὶ δὴ μὰν, *atqui.* Sensus est: Cur advoco Cupidines, ut Philinum ad Arati amorem excitent? nam Philinus est exoletior, pyroque mollior, ita ut mulierculæ dicant, "Abiit, sive potius, sensim et paulatim defluxit, tibi flos et gratia puerilis."

Ibid. ἀπίοιο. Plutarchus. Κεφαλαίων καταγραφή. Ἑλληνικά. Ἀχράδας δὲ πρῶτον ἐν Πελοποννήσῳ φανῆναι τοῖς Ἕλλησιν, ἔτι τῆς χώρας ἐκείνης, Ἀπίης προσαγορευομένης· ὅθεν Ἄπιοι αἱ ἀχράδες ὠνομάσθησαν.

v. 121. ὑπορρεῖ. Sic Hor. Carm. I. 13. 7. *Furtim labitur.* al. ἀπορρεῖ.

v. 123. ὁ δ' ὄρθριος. Hæc minus recte intelligunt. Νάρκαι ἀνιηραὶ sunt *frigora matutina,* quæ sub galli cantum *graviora* esse solent. Horatius,

Matutina parum cautos jam frigora mordent.

Quare dicit Theocritus; *Ad amati fores alius per totam noctem excubet, et frigora matutina, patiatur.* Qui sensus optimus. (Toup.)

v. 124. νάρκαισιν. Al. νάρκῃσιν ἀνιηρῇσι· atque, quod oblitus sum monere ad v. 79. ibi aliter legitur κακαῖσιν ἀτασθαλίαισιν. Vera lectio in talibus omnino incerta est.

v. 125. Μόλων. In hac palæstra amoris, patientiæ, tædii, &c. anxie et misere exerceat se unus Molon, homo inficetus. (Harles.) Pro ἐπὶ, vulgo ὑπό. al. ἀπό.

v. 126. γραία τε παρείη. Veneficæ alicujus auxilio nos tueamur. Confer Eid. II. 91.

v. 128. τόσσ' ἐφάμαν. Al. ὣς ἐφάμαν. Λαγωβόλον est idem, quod κορύνη, vid. Eid. IV. 49. Pro ἀποκλίνας, infra, al. ἐπικλίνας.

v. 132. στραφθέντες. Al. στραφέντες. Sine dubio legendum στρεφθέντες, ex emendatione Ioannis Taylori, Demosthenis Editoris.

v. 132. Ἀμύντιχος. Ὄνομα ὑποκοριστικόν. Amyntulus noster.

v. 133. σχίνοιο. Σχῖνος, *lentiscus*, frutex suaveolens. Al. σχοίνοιο, a σχοῖνος *juncus*. Alibi confunduntur hæc vocabula. Pro χαμευνίσιν, al. χαμεύνασιν· χαμεύναις· χαυμένεσιν· χαμευνῆσιν.

v. 134. οἰναρέοισι. *Pampinis*. al. οἰναρέαισι· item νεοτμάτῃσι οἰναρέῃσι. Putat Taylorus φύλλοις hic supplendum esse.

v. 135. ἄμμιν. Eustathius, a Gaisfordio allegatus, videtur legisse ἀμίν.

v. 138. αἰθαλίωνες τέττιγες. Παρὰ τοῦ αἴθεσθαι ὑπὸ τοῦ καύματος. Ὅταν γάρ ἐστι νότος καὶ καῦμα, μᾶλλον φθέγγονται.

v. 139. ὀλολυγών. Aratus Diosem. 948.

ἡ τρύζει ὀρθρινὸν ἐρημαίη ὀλολυγών.

Quod ita vertit Cicero,

Sæpe etiam pertriste canit de pectore carmen,
Et matutinis, acredula, vocibus instat.

Meminit etiam Agathias, Epig. 25.

Καὶ λιγυρὸν βομβεῦσιν ἀκανθίδες· ἡ δ' ὀλολυγὼν
τρύζει τρηχαλέαις ἐνδιάουσα βάτοις.

Ubi vide Jacobsium. Quale autem fuerit animal non satis constat. Hi *lusciniam*, alii *ululam* interpretantur, alii autem *ranæ* speciem. Ranas *ololygones* appellari auctor est Plinius. Et vide Hesych. in voce.

v. 141. ἀκανθίδες. Virg. Georg. III. 338.

Litoraque Alcyonen resonant, et acanthida dumi.

v. 142. περὶ πίδακας ἀμφί. Citavit Taylorus Homer. Il. B. 305.

Ἡμεῖς δ' ἀμφὶ περὶ κρήνην.

Φ. 10.

Ὄχθαι δ' ἀμφὶ περὶ μέγαλ' ἴαχον.

Et Ψ. 190.

——μὴ πρὶν μένος ἠελίοιο
σκήλῃ ἀμφὶ περὶ χρόα ἵνεσιν ἠδὲ μελέσσιν.

Deniquc Odyss. A. 608.

Σμερδαλέος δὲ οἱ ἀμφὶ περὶ στήθεσσιν ἀορτήρ.

v. 144. ὄχναι μέν. Virg. Ecl. VII. 54.

Strata jacent passim sua quæque sub arbore poma.

Pro παρὰ πλευρῇσι, al. περὶ πλευραῖσι.

v. 145. ἀμῖν. Ita legendum puto, pro ἄμμιν, quod metro adversatur; vel saltem ἀμὶν, quod præstat Cod. Quantum equidem memini, cæsura non cadit in eas voces quas poetica licentia corripuit.

v. 146. βραβύλοισι. Βράβυλα τὰ κοινῶς κοκκύμηλα, ἤγουν δαμασκηνά. (Schol.) v. infra, Eid. XII. 3.

Ibid. καταβρίθοντες. Hoc verbum transitivo sensu adhibuit noster Eid. XVII. 95. si genuina sit ea lectio, et locus recte accipiatur.

v. 147. τετράενες. Forte legendum τετράενον. Hesych. τετραέτηρον, τετραετῆ καὶ τετράεννον. Lege τετράενον, et vide Callim. Fragm. Bentl. 154. (Taylor.) Vide Etymol. M. in voce ἄφενος.

Ibid. πίθων. Πίθῳ ex Codd. restituit Brunckius. Nimirum " unum convivis deprompsisse cadum sufficere debuit. Si plures reliniti fuissent, ideo fuisset factum, quia diversa fuissent vina. At eane omnia quadrima?" Hæc ille. Ἄλειφαρ est cera. Terent. Heaut. III. 1. 51.

Relevi dolia omnia, omnes serias.

Et Flaccus, Carm. I. 9. 6.

———atque benignius
Deprome quadrimum Sabina,
O Thaliarche, merum diota.

v. 149. Φόλῳ. Quomodo Hercules hospitio exceptus a Pholo Centauro commune Centaurorum dolium releverit, extat insignis locus apud Apollodorum, II. 14. Vide infra, Eid. XXIV. 136. et ibi Wartonum. Memorat Juvenalis Sat. XII. 44.

——urnæ cratera capacem,
Et dignum sitiente Pholo.

v. 151. Ἀνάπῳ. Anapus Siciliæ fluvius. Vide supra, Eid. I. 68.

v. 152. νᾶας. Palmaria est Heinsii emendatio pro inepto λᾶας, quod in Codd. et Editionibus antiquis omnibus sedem obtinet.

v. 154. διεκρανώσατε. Ἀποκαλυφθῆναι ἐποιήσατε, ἢ ἐπηγάσατε. (Schol.) Διεκρανώσατε σημαίνει τὸ ἀνεῴξατε, παρὰ τὸ κάρα· διεκαρανώσατε. Δοκεῖ γὰρ ἡ ἀλοιφὴ τῶν πίθων κάρα εἶναι. (Etymol. M.) Monet Taylorus, si hæc Etymologia pro vera habeatur, præcedens πῶμα significare debere *operculum*. Cod. Cant. in marg. habet, γρ. πόμμα.

v. 156. πάξαιμι μέγα πτύον. Indicium operis finiti.

v. 157. δράγματα καὶ μάκωνας. Arista et papaver fuerunt Cereris insignia. Vid. interpretes ad Callim. H. in Cerer. 45.

EIDYLLIUM VIII.

V. 2. ὡς φαντί. Διόφαντε, scribere volebat Piersonus, conferens, Eid. XXI. 1. Vulgatum præfert Valckenaerius.

v. 3. ἄμφω τώγ'. Virg. Ecl. VII. 4.

Ambo florentes ætatibus, Arcades ambo,
Et cantare pares, et respondere parati.

Et Nemesianus, II. 16.

Ambo ævo cantuque pares, nec dispare forma,
Ambo genas læves, intonsi crinibus ambo.

Ibid. ἀνάβω. Aliam lectionem ἐνάβω ex Scholiis erutam probavit Hemsterhusius. Pro ἦτην, al. ἦστην.

v. 5. πρᾶτος δ' ὤν. Hic Latini non dicunt: *Primus vero igitur;* sed quasi Græce diceretur: Πρῶτος δὲ Μενάλκας ἠγόρευεν· ἠγόρευε οὖν οὕτως. *Prior vero Daphnis intuens cecinit. Cecinit ergo hoc modo.* (Hoogeveen.)

v. 10. εἴ τι πάθοις. Quod dedi πάθῃς hic σολοικίζει. Recte cætera editiones πάθοις. Sed præterea εἰ in Doricum αἰ

mutandum. Sic Eid. V. *αἰ μή τυ φλάσαιμι.* (BRUNCK.) Pro *θνήσκειν*, mali ominis verbo, *τὶ παθεῖν* sæpe dicebant Græci.

v. 11. *χρήσδεις ὤν ἐσιδεῖν.* Virgilius, Ecl. III. 28.

D. *Vis ergo, inter nos, quid possit uterque, vicissim*
Experiamur? Ego hanc vitulam, ne forte recuses,
Depono: tu dic mecum quo pignore certes.

M. *De grege non ausim quicquam deponere tecum:*
Est mihi namque domi pater, est injusta noverca,
Bisque die numerant ambo pecus, alter et hoedos.

v. 11. *καταθεῖναι.* Homer. Od. T. 572. *νῦν γὰρ καταθήσω ἄεθλον.*

v. 14. *τὺ δὲ θές γ' ἰσομάτορα ἀμνόν.* Γ' deest multis Codd. τ' non γ' exhibetur in nonnullis. Lego

Τὺ δὲ θεὶς ἰσομάτορ' ἄγ' ἀμνόν.

Ἀμνὸς quinquies apud Theocritum occurrit, sed semel tantum sine lectionis varietate. Vox ab Homero non fuit usurpata. Piersono placebat *λιπομάτορα*.

v. 15. *οὐ θησῶ πόκα ἀμνόν.* Al. *ποκ' ἀμνὸν*, et *πόκα γ' ἀμνόν*. Facile corrigas, modo persuasum habeas locum correctione egere, *οὐκ ἀμνὸν πόκα θησῶ.*

Ibid. *χαλεπὸς ὁ πατήρ μευ.* Al. *χαλεπός θ'*. Forte *χαλεπός γ'*.

v. 17. *τὸ πλέον.* Subauditur *κατά*. Verte: *Quid est quod præter victoriam lucrabitur victor?* Pro *ἕξει ὁ νικῶν*, al. *ἕξω νικῶν.*

v. 18. *σύριγγ'*. Virg. Ecl. II. 36.

Est mihi disparibus septem compacta cicutis
Fistula.

Pro *ἐγὼ* Brunckius legit *ἔχω*.

v. 19. *λευκὸν κηρόν.* Virg. Ecl. II. 32.

Pan primus calamos cera conjungere plures
Instituit.

Ibid. *ἴσον κάτω, ἴσον ἄνωθεν.* Id est, *æqualiter compactam utrinque, tam in longis quam in brevioribus calamis.* Poetica repetitio vocis *ἴσον*. Apud Æschylum, Agam. 65. lego,

suadente metro, *θήσων Δανοῖσιν ἴσον, Τρωσί θ' ὁμοίως*. Vulgo *Δαναοῖσιν Τρωσί θ*.

v. 20. *Ταύταν κατθείην*. Forte *ταύταν κεν*, vel *ταύτην ἂν θείην*. Ita supra v. 14. *θησῶ* positum fuit pro *καταθησῶ*.

v. 23. *ἀλγέω*. Hoc edidit Brunckius pro *ἀλγῶ*, et infra *ἀμέων* pro *ἀμῶν*, quod in Codd. repertum fuit. Utrumque igitur recepi.

v. 24. *κάλαμός γε διασχισθεὶς διέτμαξε*. Γε ex Codd. reposuit Valckenaerius pro vulgato *με*. Al. *δὲ* aut *τέ*. Legendum succurrit,

ἐπεὶ καλαμός γε διασχισθείς μοι ἔτμαξε.

Ita accusativus subauditus necessario erit *αὐτὸν*, scilicet *δάκτυλον*. Nonnihil incerti est in sententia, ut verba nunc leguntur. Reiskius vulgavit *γ' ἐ*. Sed *ἑ*, perinde atque *οἱ*, apud veteres, ni fallor, F præfixum habuit.

v. 26. *τῆνόν πως*. Sententiam esse aiunt: *Iste caprarius, si illum huc vocemus, judex erit inter nos*, ut *πως* sit encliticum. De usu ejus consulendus Hoogeveen. de particulis L. Græcæ, p. 1115. Reiskius ex ingenio dedit *πῶς* cum circumflexo, et signo interrogationis in fine versiculi, interpretatus, *Quid si vocemus?* Quod et ego malim.

v. 27. *ταῖς ἐρίφοις ὁ κύων*. *Ταῖς ἐρίφοισι κύων* numerosius videtur Toupio. Pro *φάλαρος*, Piersono placebat *φίλαρνος*. *Φάλαρος* est *albus*, ut apud Homerum dicuntur *κύματα φαληριόωντα*.

v. 29. *χοὶ μὲν παῖδες ἄειδον*. Quis non videt *ἄειδον* hic ineptum esse, et caprarii consensum, ut inter pastores judex esset, dari oportuisse, antequam ii canere inciperent? Lego itaque,

χοὶ μὲν παῖδες ἄρ' εἶπον, ὁ δ' αἰπόλος ἤθελε κρίνειν.

Εἶπον est *jubebant;* ut in Eid. XXX. 41. *εἰπέν τε τοῖς Ἔρωσι τὰ δεσμά οἱ πιλῦσαι*. Vel vertere potes simpliciter, *dicebant*, id est, *narrabant quid rei esset*. Pro *κρίνειν*, al. *κρῖναι*.

v. 31. *ἀμοιβαίην*. Virg. Ecl. VII. 18.

Alternis igitur contendere versibus ambo
Cæpere.

Huc et forsitan respexit Virgilius, in Catalectis scribens,

Dulcia jactantes alterno carmina versu,
Qualia Trinacriæ doctus amat juvenis.

Observatu vero dignum est, eundem a Statio senem appellari. Sylv. V. 3. 150.

——quantumque pios ditârit agrestes
Ascræus Siculusque senex. (TAYLOR.)

v. 33. vid. p. [415]

v. 34. συρικτάς. Al. συρικτὰ, quod genuinum puto. Ita supra ἰυκτά. Positione producitur ultima syllaba. Pro ᾆσε, alia lectio affertur ex Cod. ᾆσα.

v. 35. ἐκ ψυχᾶς. Vertit Interpres Etonensis, *ex animi ejus sententia.* Verum hæc phrasis significat, credo, *ex prompta voluntate, non coacte.* Ita Paulus, Ep. ad Coloss. cap. iii. v. 23. Καὶ πᾶν ὅ τι ἂν ποιῆτε ἐκ ψυχῆς ἐργάζεσθε. Neque aliter interpretatur Scholiastes. Itaque verba ad ἄγκεα καὶ ποταμοὶ, non ad ipsum Daphnin referenda censeo. Erat cum legerem ἐξ εὐχᾶς, *ex voto ejus.* Jam nihil muto. Grae. intel. ψυχὴν [illegible], ut Etonum, θείου γένους. (Kiessl.)

v. 37. μουσίσδει. Vulgo μουσίσδοι· et infra al. ποιμαίνετε.

v. 39. κήν τι Μενάλκας τεῖδ' αγάγοι. Al. τεῖνδ'. Scribere debueram ἀγάγη, cum Toupio, e Scholiis. De phrasi μηδὲν ἔλασσον ἔχειν vide ad Eid. XI. 42.

v. 41. παντᾶ ἔαρ, παντᾶ δὲ νομοί. Al. πάντα ἔαρ, πάντα δὲ νομοί· item νομαὶ, et νομή. Locum imitatus est Virgilius, Ecl. II. 55.

Omnia nunc rident; at si formosus Alexis
Montibus his abeat, videas et flumina sicca.

Et post paulo,

Phyllidis adventu nostræ nemus omne virebit,
Jupiter et læto descendet plurimus imbri.

Similiter et Nemesianus, II. 44.

Te sine væ misero mihi lilia nigra videntur,
Pallentesque rosæ, nec dulce rubens hyacinthus;
Nullos nec myrtus nec laurus spirat odores:

At si tu venias, et candida lilia fient,
Purpureæque rosæ; tum dulce rubens hyacinthus,
Tunc mihi cum myrto laurus spirabit odores.

Confer et Calphurnium, Ecl. III. 51.

v. 42. πλήθουσιν. Al. πλήσουσιν· πλήθοντι· πηδῶσιν.

v. 43. ἔνθ' ἀ καλὰ παῖς ἐπινίσσεται. Al. ἐπινείσσεται. Hæc minime Theocritea censet Valckenaerius. Piersono in mentem veniebat ἔνθ' ἀ καλὰ ποσσὶ πινίσσεται. Scribere saltem debuisse πόσσ' ἐπινίσσεται monet Gaisfordius. Numeros suaviores efficias legendo, ἀ καλὰ παῖς ἐνθ' ἐπινίσσεται, vel, παῖς ἔνθ' ἀ καλά. Pro ἀφέρπῃ, al. ἀφέρποι, ut et infra, v. 47. Fras. ἀ παῖς ἀ καλὰ ἔνθ' ἐπινίσσεται αἱ δ' ἂν ἀφέρποι.—

v. 45. ἔνθ' ὅϊς. Ὅϊς pro οἷες ultimam producere debuisset. Aut igitur scribendum οἷς, aut ὅϊς pro singulari accipiendum putaverim. Locum autem ita vertas: *Ibi ovis, ibi capellæ sunt gemelliparæ.* Ὅϊς pro οἷας legitur in Eid. IX. v. 17.

v. 46. καὶ δρύες ὑψίτεραι. Δρύας ὑψιτέρας legendum putabat Reiskius.—Ὑψίτέραις scribitur in Ed. Flor. Reperta sunt etiam ὑψότεροι et ὑψηλότεροι. Valckenaerius neque hunc versum, neque v. 48. Theocriti esse judicat.

v. 48. καὶ βόες αὐότεραι. Virg. Ecl. III. 100.

Eheu, quam pingui macer est mihi taurus in ervo!
Idem amor exitium pecori pecorisque magistro est.

Vide supra, Eid. IV. 20. Al. αὐότεροι.

v. 49. ὦ τράγε. Hos quatuor versus non Menalcæ sed Daphnidis personæ tribuendos; versum autem 53. et septem sequentes, Menalcæ, suspicatur Reiskius. (VALCKENAER.)

Ibid. αἰγᾶν. Vide supra, Eid. V. 148. Virg. Ecl. VII. 7. *Vir gregis ipse caper deerraverat.*

Ibid. ὦ βάθος ὕλας. Ita ex Schol. legendum viderunt Viri docti. Supplendum est δεῦρο. *Huc ades, ubi altitudo sylvæ est immensa.* Vulgo ὦ βάθος, *o altitudo.* Reiskius tamen malit ὡς, *ad.*

v. 51. ἴθ' ὦ κόλε, καὶ λέγε Μίλωνι. Vertunt, *Abi tu cornibus mutilate, et dic Miloni, quod Proteus, &c.* sententia adeo absurda, ut hos versus Theocrito abjudicaverit Valckenae-

rius. Ἴθ' ὦ 'πόλε corrigebant Grotius et Heinsius; ἴθ' ὦ καλὲ Sam. Petitus. Μίλων, absque elisione, reperitur in nonnullis Codd. Locus procul omni dubio ita scribendus,

——ἴθ' ὦ καλὲ, καὶ λέγε, Μίλων.

Abi o formose Milon, et eos numera. Anglice, "tell them." Homerum ante oculos habuit Theocritus, cum hæc scriberet, de Proteo (Odyss. Δ. 448.) ita narrantem:

Φῶκαι δ' ἐξ ἁλὸς ἦλθον ἁολλέες· αἱ μὲν ἔπειτα
ἑξῆς εὐνάζοντο παρὰ ῥηγμῖνι θαλάσσης.
ἔνδιος δ' ὁ γέρων ἦλθ' ἐξ ἁλός, εὗρε δὲ φώκας
ζατρεφέας· πάσας δ' ἄρ' ἐπῴχετο, λέκτο δ' ἀριθμόν.
ἐν δ' ἡμέας πρώτους λέγε κήτεσι.

Lector porro, si cui hæc emendatio arriserit, in versiculo sequente forsitan reponendum arbitrabitur ἔλεγε pro ἔνεμε. Atque ea sane conjectura mihi in mentem venerat. Verum nescio an sit necessaria. Locum, ut nunc legitur, verte: *Quoniam Proteus, quamvis Deus esset, phocas pascebat.*

v. 53. χρύσεια τάλαντα. Κροίσοιο τάλαντα correxit Piersonus. Confer R. Porson. ad Eurip. Med. 542. [416]

v. 56. τὰν Σικελὰν ἐς ἄλα. Al. Σικελικὰν ἐς ἅλα. Valckenaerio placebat Σικελικάν τ' ἐς ἅλα, Heinsio τὰν Σικελάν τ' ἐς ἅλα. Forte, ἢ Σικελὰν ἐς ἅλα. In Epigrammate quodam memini legisse,

Εἰς μίαν εἰσορόων ἐλπίδα τὴν σοφίην.

v. 57. ὕδασι δ' αὐχμός. In edd. primis et quibusdam Codd. legitur οὔδασι. Valckenaerium suæ juvenis conjecturæ οὔθασι postea pœnituit. Dedit Brunckius,

Δένδρεσι μὲν χειμὼν φοβερὸν, κακὸν ὕδασιν αὐχμός.

Monet Toupius ὕδατα esse fontes aquarum, quibus inimicus est αὐχμός. Ego de sanitate loci dubito, sed remedium non succurrit. Virg. Ecl. III. 80.

Triste lupus stabulis, maturis frugibus imbres,
Arboribus venti, nobis Amaryllidis iræ.

v. 58. ὕσπλαγξ. Εἶδος παγίδος, κυρίως δὲ ὕσπληξ ἡ τῶν δρομέων ἀφετηρία. (Schol.) Infra κότος pro πόθος reponendum censebat Heinsius.

v. 63. τᾶν τοκάδων. Apud Stobæum legitur,

Φείδευ τῶν ἀρνῶν, φείδευ, λύκε, τῶν ἐρίφων μευ.

Apud eundem infra, μηδ' ἀδικῆς μ'.

v. 65. κύων. Al. κύον. Forte legendum,

Οὕτως, ὦ Λάμπουρε κύον, βαθὺς ὕπνος ἔχει τύ;

Οὕτω sæpius sententiam inchoat apud Theocritum.

v. 68. οὔτι καμεῖσθ' ὄκκα πάλιν ἅδε φύηται. In Codd. reperiuntur καμῆθ', καμῆσθ', καμᾶσθ', καμεθ'. et pro οὔ τι, οὐδέ· item ὀκκ' αν pro ὄκκα. Anglice vertit Fawkesius,

Fear not my sheep to crop the verdant plain;
The pastured herbage soon will grow again:

quasi ὅκκα idem sit quod οὐνέκα, vel ὅτι. Scholiastæ explicatio ipsa explicatione eget. Equidem legerim,

Οὔ τι καμεῖθ' ὅκκ' ἀν πάλιν ἅδε φύηται.

Id est, *non est periculum ne gramina hyeme vobis desint. Non ægrotabitis*, sive, *fame laborabitis, quando iterum illa renascetur.* Iufra, al. πλήθετε, et pro ὦρνες, ἄρνες.

v. 72. κἄμ' ἐκ τῶ ἄντρω. Al. τώντρω. Forte, κἄμε γὰρ ἐκ τώντρω, ut Eid. V. 90. κἄμε γὰρ ὁ Κρατίδας, κ. τ. λ. Neque vocula γὰρ hoc loco elegantia caret. Innuit Daphnis se etiam propter exiguam staturam contemptui habitum fuisse.

Ibid. σύνοφρυς κόρα. Anacreon, Carm. XXVIII. ad pictorem.

Τὸ μεσόφρυον δὲ μή μοι
διάκοπτε, μήτε μίσγε·
ἐχέτω, δ' ὅπως ἐκείνη,
τὸ λελησθότως σύνοφρυ.

Juncta supercilia inter præcipuas vultus formosi Veneres ponebant antiqui, et proinde Scholiastes hoc loco vocem σύνοφρυς interpretatur εὐόφθαλμος. Verum nescio an melius verteris *fastuosa*. Hesych. Σύνοφρυς, μεγαλόφρων, μεγάλαυχος.

v. 73. Παρελεῦντα. Vulgo παρελῶντα. al. παρελᾶντα. Vide supra, Eid. V. 89.

Ibid. καλὸν, καλόν. Citavit Wartonus ex Callimacho, Epig. 30. Λυσανία, σὺ δὲ ναιχὶ καλὸς, καλὸς, tanquam blandientis, aut adulantis. Verum hoc loco ironice verba proferuntur.

Ita Pindarus, Pyth. 2. Stroph. 8. Καλός τοι πίθων, παρὰ πασὶν ἀεὶ καλός. *Pulchra sane simia apud pueros, semper pulchra.*

v. 74. λόγων. Pro λόγον ex Codd. reposuit Gaisfordius.

v. 78. αἰθριοκοιτῆν. Al. αἰθριοκοιτᾶν. Vulgo αὐριοκοιτεῖν. Virg. Ecl. V. 46.

Quale sopor fessis in gramine, quale per æstum
Dulcis aquæ saliente sitim restinguere rivo.

v. 79. τᾷ δρυΐ. Virg. Ecl. V. 32.

Vitis ut arboribus decori est, ut vitibus uvæ,
Ut gregibus tauri, segetes ut pinguibus arvis,
Tu decus omne tuis.

v. 80. τᾷ βοΐ δ' ἀ μόσχος. Al. ὁ μόσχος, quod defendit Brunckius ex Homerico illo

Αἴας δ' ὁ μέγας αἰὲν ἐφ' Ἕκτορι χαλκοκορυστῇ.

Mihi videtur scribendum esse ᾇ μόσχος, *quemadmodum vitulus.* Sed vide infra, Eid. IX. 7.

v. 83. ἦ μέλι λείχεν. Hæc adumbravit Calphurnius, Ecl. IV. 49.

Verum quæ imparibus modo concinuistis avenis,
Tam liquidum, tam dulce sonant, ut non ego malim,
Quod Peligna solent examina, lambere nectar.

v. 84. λάσδεο τᾶς σύριγγος. Al. σύριγγας. Cum accusativo construitur λάζομαι, Eid. XV. 21. Infra pro αἰ δέ τι, al. αἰ δέ κε.

v. 87. ἀμολγέα. Ἀμόλγιον alibi apud nostrum appellatur.

v. 89. οὕτως ἐπὶ ματέρα νεβρὸς ἄλοιτο. Lego ὠσαίτ'.

v. 91. οὕτω καὶ νύμφα γαμεθεῖσ' ἀκάχοιτο. Pro οὕτω scribitur ὥς in Edd. primis, et in tribus Codd. apud Gaisfordium. Pro γαμεθεῖσ' al. γαμηθεῖσ'. Loco corrupto succurras, legendo,

Ὡς κ' αἰ τις νύμφα σμυχθεῖσ' ἀκάχοιτο.

Hesych. Νύμφη, ἡ νεωστὶ γαμηθεῖσα. Pulchre autem vulgatum expressit Apoll. Rhod. III. 656.

Ὡς δ' ὅτε τις νύμφη θαλερὸν πόσιν ἐν θαλάμοισιν
μύρεται, ᾧ μιν ἀδελφεοὶ ὤπασαν ἠδὲ τοκῆες·
οὐδέ τί πω πάσαις ἐπιμίσγεται ἀμφιπόλοισιν,
αἰδοῖ ἐπιφροσύνῃ τε· μυχῷ δ' ἀχέουσα θαάσσει.

v. 92. κήκ τούτω Δάφνις παρὰ ποιμέσι πρῶτος ἔγεντο. Hinc Virgilius in loco suspecto, Ecl. VII. 10.

Ex illo Corydon, Corydon est tempore nobis.

Ubi forsitan legendum,

Ex illo carmen Corydon est tempore nobis.

"Ex eo tempore extitit Corydon materies nostri carminis." Ita Martialis de Cynthia Propertii poetæ amica,

Cynthia, facundi carmen juvenile Properti,
Accepit famam, nec minus ipsa dedit.

Vide etiam Eid. XII. 11.

EIDYLLIUM IX.

QUÆDAM hujus Eidyllii principio deesse putat Valckenaerius. Monet Wartonus Menalcan in cantilena sua Cyclopis characterem assumere. Vide v. 18.

v. 2. ᾠδᾶς ἄρχεο πρῶτος. Figuram *Epanaphoram* esse monet Scholiastes, ut apud Homerum,

Τοῦ δ' ἐγὼ ἀντίος εἶμι, καὶ εἰ πυρὶ χεῖρας ἔοικε,
εἰ πυρὶ χεῖρας ἔοικε, μένος δ' αἴθωνι σιδήρῳ.

Latini *Iterationem* vocant. Virg. Ecl. V. 51.

——*Daphninque tuum tollemus ad astra,*
Daphnin ad astra feremus, amavit nos quoque Daphni.

Neque nostrates hac figura carent. Miltonus in Lycida, v. 37.

But O the heavy change, now thou art gone,
Now thou art gone, and never must return.

Ibid. ἐφαψάσθω δὲ Μενάλκας. Ita Virgilius, Ecl. V. 58.

Incipe Damœta, tu deinde sequere Menalca.

Ceterum aliter legitur hic versus,

Ὠδᾶς ἄρχεο Δάφνι, συναψάσθω δὲ Μενάλκας.

Pro ἐφεψάσθω reperitur etiam ἐφαψάσθω, quod probat Reis-

kius, interpretans, *sese annectat, eoque sequatur præeuntem, et vices ejus suscipiat.* Denique Brunckius dedit, itidem ex Cod.

Πρᾶτος ἄειδε τὺ Δάφνι, συναψάσθω δὲ Μενάλκας.

v. 3. μόσχως βωσὶν ὑφέντες. Sic noster Eid. XXV. 104.

Ἄλλος δ' αὖ φίλα τέκνα φίλαις ὑπὸ μητράσιν ἴει,
πινέμεναι λιαροῖο μεμαότα πάγχυ γάλακτος.

Et Eustathius ad Homerum Odyss. I. 255. hæc habet: Τὸ δὲ ὑπ' ἔμβρυον ἦκεν ἑκάστη, ἀντὶ τοῦ ὑφῆκε καὶ ὑπέβαλε ταῖς ἀμελχθείσαις τὰ γαλαθηνά· ὅθεν λαβὼν ὁ Θεόκριτος ἔφη τὸ μόσχους βουσὶν ὑφέντες. Cæterum, quod ad Syntaxin hujus loci attinet, exemplum omnino simile mihi non succurrit; unde fit ut suspicer versum excidisse. Alia est structura apud Homerum, Od. Σ. 94.

Δή τοτ' ἀνασχομένω, ὁ μὲν ἤλασε δεξιὸν ὦμον
Ἶρος, ὁ δ' αὐχέν' ἔλασσεν ἀπ' οὔατος.

Et. M. 73. ubi vide Clarkium.

Ibid. ἐπὶ στείραισι δὲ ταύρως. Ὑπὸ στείραισι, quasi ὑφέντες, στείραισι omnes, libri, quemadmodum dixit Nemesianus, Cyneg. 114. *Huic parilem submitte marem.* Sed vix credibile est, ὑφιέναι eodem versu poetam duplici sensu adhibuisse, ut sit et *vitulos uberibus matrum adnovere,* et *admittere vaccis tauros.* Proinde Reiskio melior videtur lectio Calliergi ἐπὶ, quasi ἐφέντες ταῖς στείραισι, *postquam tauros admiseritis vaccis quæ nondum pepererunt.* At ego persuasum habeo Græcæ linguæ indolem eam constructionem omnino respuere qua præcedens verbum mutata præpositione ejus subaudiatur. Lego itaque,

Μόσχως βωσὶν ἀφέντες, ἐπὶ στείραισι δὲ ταύρως.

Postquam vitulos vaccis reliqueritis, et non fœtis tauros. Intelligitur ἐπὶ ante βωσὶν, constructione perquam familiari. Verba quæ citavit Eustathius forsitan ex alio quodam Theocriti carmine fuerunt desumpta, vel forsitan Eustathii temporibus corruptus legebatur hic locus. Eum autem ob oculos habuisse videtur Longus, lib. iii. p. 84. Ed. Dutens. Ἐσκίρτησάν που καὶ ἄρνες· καὶ ταῖς μητράσιν ὑποκαλύψαντες αὐτοὺς, τὴν θηλὴν ἔσπασαν· τὰς δὲ μήπω τετοκυίας οἱ κριοὶ διώκοντες, καὶ καμάτῳ στήσαντες, ἔβαινον ἄλλος ἄλλην.

v. 4. *ἀμᾶ*. Vide Eid. XI. 39. al. *ἄμαι*. Scholiastes Pindari a Gaisfordio allegatus monet *ζητεῖσθαι ἐν τῷ περισπωμένῳ ἀμᾶ, εἰ προστεθήσεται τὸ ι.*

v. 6. *ἔμπροθεν*. Poeticum est pro *ἔμπροσθεν*, ut *ἔκτοθεν* pro *ἔκτοσθεν*, *ὄπιθεν* pro *ὄπισθεν*, *πρόθεν* pro *πρόσθεν*, quæ etiam Doriensibus peculiaria esse affirmat Gregorius. *Ἔμποθεν*, licet id agnoscat idem Grammaticus, est vox nihili. *Ἐν ποθ' ἓν* Theocritum hic scribere non potuisse manifestum est. Sic enim verbum usurpasset in duali ut plurali, *βωκοκιὰσδεσθον ἓν ποθ' ἓν*, directa ad ambos pastores compellatione, neque adjecisset *ἄλλοθε δ' αὖθις*, quod jam fuisset inutile. Plerique Codd. *ἔμπροσθεν*, sic jubente sensu, sed reclamante metro. Hoc autem ex veteri et genuina lectione *ἔμπροθεν* derivatum. (Brunck.) *Ἐν ποθ' ἓν*, quod improbat Brunckius, est a Florentina. Aldus, *ἔμποθεν* cum spiritu aspero, quod interpretatur Reiskius *ἐξ ἑνὸς ποθὲν τόπου*. *Ἔμπροσθεν* plerumque de loco adhibetur, est tamen ubi de tempore, ut *πρόσθεν*. Ego autem, hic legere malim *εἰ ποθὲν*, subaudito *ἐστί σοι βουκολιάζεσθαι*. Haud aliter Sophocles, Philoct. 1205. *ξίφος, εἰ ποθὲν, ἢ γέννν, ἢ βελέων τι προπέμψατε.*

Ibid. *ἄλλοτε δ' αὖθις ὑποκρίνοιτο*. Al. *ἄλλωθεν δέ γ' ὑποκρίνοιτο*. Wintertonus *ἀποκρίνοιτο*. Homerus *ὑποκρίνεσθαι*, respondendi sensu, pro recentiore *ἀποκρίνεσθαι*, semper usurpavit. Theocritus utroque verbo usus est. Eid. VIII. 74.

Οὐ μὴν οὐδὲ λόγων ἐκρίθην ἄπο τὸν πικρὸν αὐτᾷ.

Extulit Junt. *ἄλλωθεν δὲ ποτικρίνοιτο*. vid. p. [116]

v. 7. *ἀ μόσχος*. Eurip. Hec. 526.

Σκίρτημα μόσχου σῆς καθέξοντες χεροῖν.

Andr. 711. *ἢ στεῖρος οὖσα μόσχος*. Hæc exempla citavit Kiesslingius, vir doctus, cui novam Theocriti editionem debemus, mihi nunc primum ad manus allatam. Vide etiam Ammon. p. 39. ab eodem allegatum.

v. 9. *νένασται*. Pro *νένηται*, a *νέω* coacervo. Sunt autem qui a *νάσσω* derivent.

v. 13. *ὅσσον ἐρῶντι*. *Ἐρῶντι* pro corrupto habent omnes. Neque mirum, cum pro tertia persona plurali hanc vocem capiant, subaudito *παῖδες*, ex monito Scholiastæ. At poterat

Latinus Interpres viros doctos melius docere, vertens, *quantum amans* (*curat.*) Hoc non animadverso, mutavit Reiskius in ἐρῶν τὺ, *quantum tu amore captus curas, &c.* Toupius in ἐρῶντε, numero duali, i. e. *puer et puella.* Mihi constat vulgatum sanum esse. Nimirum ἐρῶντι est dativus singularis participii, et hæc loci sententia: *Æstatem autem torrentem ego tantum curo, quantum (est) amanti sermones patris aut matris audire.* Τόσον μελεδαίνω, ὅσον χρῆμά ἐστιν ἐρῶντι. Ἐρῶντα, quod exhibet Ed. Flor. eundem sensum præbet. Dativum participii similiter pro tertia plurali præsentis ceperunt Interpretes apud Pindar. Isthm. 5. Antist. γ. Ἐν δ' ἐρατεινῷ | μέλιτι καὶ τοιαίδε τιμαὶ | καλλίνικον χάρμ' ἀγαπάζοντι. Qui locus ita verti debuerat. *Instar amabilis enim mellis etiam hi honores sunt victricem lætitiam amanti.* Cæterum hic Theocriti locus mihi, ut credo, animo obversabatur, cum Æschylum, Prometh. v. 40. ita corrigerem:

——ἀνηκουστεῖν δὲ τῶν πατρὸς λόγων
οἷόν τι; πῶς οὐ τοῦτο δειμαίνεις πλέον;

Vulgo οἷόν τέ πως; quasi ἀδύνατον esset patris (Jovis) imperiis non obtemperare. Vide ejusdem Tragœdiæ, vv. 17, et 958.

v. 15. Αἶτνα, μᾶτερ, ἐμά. Verte, *O Ætna, mater mea.* Mirum est Reiskium atque alios vocem μᾶτερ pro nominativo cepisse. Montem Ætnam alloquitur Menalcas, et quasi testem invocat, ea quæ dicit vera esse.

v. 18. πρὸς κεφαλᾶ. Al. κεφαλᾶς. Jampridem suspicionem meam cum lectore communicavi, Dores ab usu vocis πρὸς abstinuisse. Jam si vere hoc suspicatus sim, restabit hic locus etiam corrigendus. Neque forsitan absurda videbitur nostra conjectura legentis

Ὧν μοι ἄρος κεφαλᾷ, καὶ παρ ποσὶ κώεα κεῖται.

Vel κεφαλᾶς. Hesychius, Ἄρος, ὄφελος. Noster infra, Eid. XIII. 34.

Λειμὼν γάρ σφιν ἔκειτο, μέγα στιβάδεσσιν ὀνειαρ.

Κεῖται pro κεῖνται scripsit Brunckius, conspirantibus multis Codd.

v. 19. ἐν πυρὶ. Virg. Ecl. VII. 49.

Hic focus et tædæ pingues, hic plurimus ignis
Semper, et assidua postes fuligine nigri;
Hic tantum Boreæ curamus frigora, quantum
Aut numerum lupus, aut torrentia flumina ripas.

Consulendus itidem Euripides, Cycl. v. 328. Absque necessitate autem, ut mihi videtur, novam lectionem huc intulit Græfius, citante Kiesslingio, ἐν πυρὶ δὲ δρῦινος κορμὸς ζέει.

v. 20. χειμαίνοντος. Subaudi ἐμοῦ. *Me hyemem agente:* non χρόνου, quod putabat Reiskius. Latini *hyemare* atque *hibernare* dicunt. Exemplum pronominis similiter subauditi præbebit Polyænus, Stratag. III. 9 20. Ἰφικράτης μαθὼν παράγγελμα ἔδωκεν Ἀθηναίοις, νύκτωρ ὑποσμήναντος (sub. αὐτοῦ) εἰς ἀγόραν ἀθροίζεσθαι· et infra, §. 27. ἐὰν, τὸ σημεῖον ἄραντος, παραθαρσύναντες ἀλλήλους, ἓν βῆμα προβῶσιν. Citat Keisslingius Schafer. ad L. Boss. Ell. p. 459.

Ibid. οὐδ' ὅσον ὥραν. *Ne minime quidem curo.* Anglice, "I do not so much as notice." Harpocr. p. 261. citante Harlesio: Ὥρα ἐστὶν ἡ φροντίς. Tyrtæus, I. 11.

Εἰθ' οὕτως ἀνδρός τοι ἀλωμένου οὐδεμί' ὥρη
γίνεται.

Plus autem quam Daphnis dicit Menalcas. Ille enim æstatem parvi pendit, hic hyemem non omnino sentit. Quod carminis est Amoebæi.

v. 21. ἦ νωδὸς καρύων. Vulgo ἦ, quod fortasse tuearis. Permira quidem hæc Syntaxis: sed non minus mira, quamquam ex contrario genere, quæ sequitur carmine extremo: γλυκερώτερον ὅσσον ἐμὶν Μῶσαι φίλαι. (SCHAFER.) Locus a Schafero citatus aliter construi potest, plenius distinguendo post γλυκερώτερον. Ἦ, quod legitur in Cod. Benedict. et Ed. Ald. potest significare καθάπερ. Syntaxis: ἦ οὐδὲ νωδὸς ὥραν ἔχει καρύων. Brunckius, ἦν νωδός. Dedi infra ἔτρεφεν, sed præstat altera lectio ἔτραφεν.

v. 25. στρόμβω. Στρόμβος et κόχλος idem sunt. (V. Hesych. in voc. κόχλος) et significant tum ipsum animal, ut hic, tum testam ejus in buccinam conversam, sive ipsam buccinam. Lycophron, v. 250.

Στρόμβω τὸν αἱματηρὸν ἐξάρχων νόμον.

Theocr. XXII. 75.

Ἦ ῥ' Ἄμυκος, καὶ κόχλον ἐλὼν μυκάσατο κοῖλον.

v. 27. πέντε ταμὼν. Pro εἰς πέντε μέρη ταμών. V. Schafer. ad L. Bos. Ell. p. 685. (KIESSLING.)

v. 28. βωκολικαὶ Μῶσαι. · Si sanus sit locus, sententia talis esse debet. *Salvete O Musæ, et si quid nos etiam præsentibus istis pastoribus lusimus, vos illud deleri non sinite, sed in lucem proferte.* Duo Codd. apud Gaisf. præstant φαίνετε δ' ὤδας τὰς τοκ' ἐγώ. Apud Homerum, Od. θ. 499. ipse poeta, sive cantor, carmina sua φαίνειν dicitur,

Ὣς, φάθ', ὁ δ' ὁρμηθεὶς θεοῦ, ἤρχετο, φαῖνε δ' ἀοιδήν.

Sunt autem qui pro τοκ' legi velint τοκ, ut versiculi sequentes pro ipsa cantilena habeantur.

v. 29. παρὼν. Toupium suæ conjecturæ πρώαν postea pœnituit. Noster, Eid. XXII. 152. ἐνώπιος ἀμφοτέροισιν αὐτὸς ἐγὼ τάδ' ἔειπα.

v. 30. ὀλοφυγδόνα φύσης. Nihil est quo referatur φυσῇς· (al. φύσεις.) Nam frustra est Scholiastes, qui unam ex Musis, aut Daphnin compellari censet. Sententiam ipsam ille ita explicat. Εἴθε ἡ σὴ γλῶσσα μηκέτι ἐμποδισθείη· ἐμπόδιον γὰρ τῆς γλώσσης αἱ ὀλοφυγδόνες. Alia apud eundem reperies, quæ ego non intelligo. Wartono versus spurius videtur. Mihi in mentem venit legi debere, φύσω vel φύσῃ, ut sententia sit; ne amplius cantilena illa pustulam in extrema lingua mea gignat, præ impatientia nimirum qua crucior, et cupiditate eam proferendi. Sed hæc mera est hariolatio, et locum sagacioribus excutiendum libens relinquo. Dixit utique Theocritus, infra, Eid. XII. 23.

——ἐγὼ δὲ σὲ τὸν καλὸν αἰνέων
ψεύδεα ῥινὸς ὕπερθεν ἀραιῆς οὐκ ἀναφυσῶ.

Ubi probabiliter legit Koehlerus ἀκραίης. Qui tamen locus forsitan cum hoc nihil commune habet. (Hæc scripseram, cum ex Keisslingio didici, φύσῃ J. H. Vossio, et φύσω Græfio placuisse.)

v. 31. τέττιξ μέν. Epicharmus apud Laertium in vita Platonis,

——καὶ γὰρ ἁ κυὼν κυσὶ
κάλλιστον εἶμεν φαίνεται, καὶ βοῦς βοΐ,
ὄνος δ' ὄνῳ κάλλιστον εἶμεν, ὗς δ' ὑΐ.

Illud εἶμεν versui ultimo addidi, ut recto stet talo. Aliter quidem eum supplent Erasmus, Scaliger, et Grotius. Sed notum est Epicharmum repetitionibus gaudere. (TAYLOR.) Citavit vir doctus ex Gregorio Nazianzeno,

Πῶλοι μὲν πώλοισι φίλοι, ἔλαφοί τ' ἐλάφοισι,
καὶ ψῆρες ψήρεσσιν, ἀγνῷ δέ τε τίμιος ἀγνός.

v. 34. ἔαρ ἐξάπινας. Eldikii conjecturam οὔτ' ἔδαρ ἐργατίναις γλυκερώτερον miror Valckenaerio placuisse. Vulgatum ingeniose defendit Toupius, et monet Kiesslingius, cum vocabulum ἐξαπίνης, sc. ἐξαίφνης, compositum sit ex præpositione et substantivo quamvis inusitato, nihil prorsus insolentiæ esse in dictione ἔαρ ἐξαπίνας. At mihi nondum omnis tollitur suspicio locum in mendo cubare. Forte scribendum, *οὔτ' ἔαρ ἐξ Αἴτνας γλυκερώτερον· neque ver ex Ætna descendentibus dulcius est.*

v. 35. ὀρεῦντι γαθεῦσαι. Ita scribas, an cum Ald. et Call. ὀρῶσαι γαθεῦσιν, parum interest.

v. 36. ποτῷ δαλησάτο. Al. δαλάσατο, et δαλείσατο. Eustathius, ad Homerum, bis citat δηλήσατο. Parthenius, cap. 29. οἴνῳ πολλῷ δηλησαμένη αὐτόν. Venena sive φθοροποία φάρμακα eximie δηλητήρια solent nuncupari. Hesychius, Κυκειῶ, ποτὸν δηλητήριον. Vide Valck. ad Ammonium, p. 222.

EIDYLLIUM X.

ΜΙΛΩΝ καὶ Βάττος. Observandum est Batti nomen, quod in argumento hujus Eidyllii, et in Scholiis, memoratur, in ipso poemate non reperiri.

v. 1. βουκαῖε. Etymologus ἀροτριαστὴν interpretatur, τὸν τοῖς βουσὶ καίοντα τὴν γῆν, τουτέστι κόπτοντα καὶ σχίζοντα. Idem sonat βοῦκος teste Eustathio.

v. 2. *οὔτε τὸν ὄγμον.* Al. *οὔθ' ἑόν.* Ὄγμος proprie de messoribus, qui longa serie ordinatim procedentes, inter metendum quasi sulcum ducunt. Vocatur quoque *αὔλαξ.* (HARLES.) Grues iter facientes *ὄγμον ἄγειν* dicuntur ab Oppiano, Hal. I. 625. uti monet Jacobsius. Pro *ὑπολείπῃ*, al. *ἀπολείπῃ*, quod receperunt Brunckius et Gaisfordius.

v. 4. *κάκτος.* Herba est spinosa, quam Plinius ait in Sicilia tantum nasci. Vide Turnebi adversaria, VII. 20. (TAYLOR.)

v. 5. *ἐν μέσῳ.* Al. *ἐκ μέσω ἄματος, post meridiem.* In versu sequente, pro *ἀρχόμενος*, legebat Heinsius *ἀρχομένου*, i. e. *ἄματος.* Pro *αὔλακος*, Ed. Brunck. *ὤλακας.*

v. 7. *ὀψαμάτα. Usque ad vesperem metendo laborans.* Vocem comparat Græfius cum *ὀψαρότης* et *πρωτηρότης.* Erravit autem vir doctus Ed. Maltby in Thesauro suo Morelliano, utilissimo sane atque elegantissimo opere, cum *ὀψαμάτης* ut Choriambum notaverit. Est enim dispondæus. Derivatur vox ab *ὀψὲ* ot *ἀμάω.* Forte itaque scribendum erat *ὀψαμᾶτα* cum circumflexo.

v. 10. *οὐδάμα νυν.* Νὺν encliticum, quod idem est ac *νυ*, significat *δὴ* aut *οὖν.*

v. 11. *μηδέ γε συμβαίη.* Al. *μηδὲ ξυμβαίη*, Atticismo Doribus ignoto. Metro etiam nocet Valckenaerius, legens *μηδέ γε ξυμβαίη.*

Ibid. *χορίω κύνα γεῦσαι.* Apud Suidam in v. *χαλεπὸν*, citante Gaisfordio, legitur *χόριον κύνα γεύειν.* Al. *χορίων.* Notum illud Horatii, qui singularem adhibuit;

Ut canis a corio nunquam absterrebitur uncto.

Interpretatio quam repræsentavi est ex editione Etonensi. Est tamen ubi *γεύω* sensu intransitivo adhibeatur. Ad hunc locum citat Kiesslingius Lucian. *πρὸς ἀπαιδ.* §. 25. *οὐδὲ γὰρ κυὼν ἅπαξ παύσαιτο ἂν σκυτοτραγεῖν μαθοῦσα.*

v. 13. *ἐκ πίθω ἀντλεῖς, δῆλον.* Vertit Latinus Interpres *ex dolio scilicet hauris:* quæ proverbialis videtur fuisse locutio. Sed pro *δῆλον* conjecit Uptonus *πηλὸν*, quod vetus

est vocabulum *vinum* significans. Toupius suspicatur eundem fuisse sensum vocis δηλὸν apud Siculos.

Ibid. οὐδ' ἅλις ὄξος. Al. ὄξους. Scaliger corrigebat ὄξευς. Sed præstat vulgatum. *Mihi vero ne acetum quidem suppetit. Adeo pauper sum ut de amore cogitare non ausim.*

v. 14. τοιγάρτοι πρὸ θυρᾶν μευ. Al. τοίγαρ τὰ πρὸ θυρᾶν, quam quidem lectionem utinam in contextum admisissem. Pro μευ etiam in Codd. bene multis scribitur μοι.

Ibid. ἀπὸ σπόρω ἄσκαλα πάντα. Ingeniose conjecit Reiskius ἀπὸ σποδῷ, ut sensus sit, *Itaque ante fores meas omnia sunt* pulvere immunda. Et probavit Toupius, citans Plautum, apud Gellium, XVII. 12.

——*Exi tu Dave,*
Age sparge: mundum esse hoc vestibulum volo:
Venus ventura est nostra: nolo hoc pulveret.

Kiesslingius vulgatum præfert, proverbialiter dici putans; et similem esse sententiam monet apud Virgilium, Ecl. II. 70.

Semiputata tibi frondosa vitis in ulmo est.

Hesych. Ἄσκαλα, ἀκάθαρτα. Proprie autem significat *non fossa*, vel *sarrita*, a σκάλλω.

v. 16. ἃ πρὰν. Idem versus occurrit in Eid. VI. 41. In fine ejus al. ποκ' αὔλει.

v. 17. ἔχεις πάλαι ὧν ἐπεθύμεις. Significat Battum etiam antea vetulas arsisse. Nisi forte legendum sit ἀπεθύμεις, hoc sensu: *Amori cedis a quo olim animo aversus eras.* Ita supra, Eid. I. 97.

Κῆπε· τὺ θὴν τὸν Ἔρωτα κατεύχεο, Δάφνι, λυγιξεῖν·
ἦρ' οὐκ αὐτὸς Ἔρωτος ὑπ' ἀργαλέω ἐλυγίχθης;

Atque ita scripsisse Theocritum probant quodammodo præcedentia ista, εὗρε θεὸς τὸν ἀλιτρὸν, quod proverbium dicitur, ait Schol. κατὰ τῶν καυχωμένων, ὅτε ἐμπέσωσιν εἰς ἃ ἐκφεύγουσι. Confitendum est tamen, verbum ἀποθύμεω, hoc sensu, in Lexicis non inveniri.

v. 18. μάντις. Hesych. Μάντις, εἶδος ἀκρίδος. Ita vocatam ait Scholiastes, quod famem prænuntiet, vel quod mali ominis sit animal, et occursantibus damnum minetur. De sensu

vocis metaphorico confer Suidam in v. γραῦς σέριφος, et Hesych. in v. γραῦς ἔριφος, atque ibi Alberti. Vide etiam Toup. animadv. in Schol.

Ibid. χροΐξεται. Al. χροΐζεται, et χροϊζεῖτ'. Schol. χροϊξεῖται. Hemsterhusio placuit χροϊξεῖθ' ἁ καλαμαία. Χροΐζειν, sive χρῴζειν, significat *cutem cute tangere*. Apud Euripidem in Heraclidis, Hercules in cœlum receptus Ἥβας ἐρατὸν χροΐζει λέχος.

v. 19. αὐτὸς. Pronomen αὐτὸς, ubi explicatur μόνος, propriam vim retinere, et rectius per adverbium ἰδίᾳ explicandum esse monuit Græfius ad Meleagr. p. 76. (KIESSLING.)

v. 20. ὠ 'φρόντιστος. Exponit Scholiastes per πολυμέριμνος, neque aliter Latinus Interpres. At vox eo sensu vix alibi reperitur. Quidni igitur interpretemur, *Nullius curam gerens, sed omnes neglectui habens, et contemnens?*

v. 21. κατᾶβαλλε τὸ λαῖον. Schol. θέριζε τὸ λῃΐον.

v. 22. φιλικὸν μέλος ἀμβάλευ. Φιλικὸς, ὁ ἐπιτήδειος εἰς φιλίαν. Phavorinus. Ἀμβάλευ pro ἀναβάλου. Vide Eid. VI. 20. et VIII. 71. Pindarus, Pyth. I. 7. ἀμβολὰς τεύχειν dixit, et tmesi in voce usus est Homerus, Od. ρ. 262. ἀνὰ γάρ σφισι βάλλετ' ἀείδειν Φήμιος. Pro οὕτως Dores scripsisse οὐτῶς monet Eustathius, citante Casaubono, atque ita repertum in duobus Codd. hic edidit Gaisfordius.

v. 23. μουσικὸς, Mutandum non est, quamvis Μῶσαι dicantur. (VALCKENAER.) Pro μὰν in initio versus malim μέν. Καὶ μὴν apud nostrum plerumque significat *et tamen*. Vide infra ad Eid. XXVII. 26.

v. 24. ῥαδινὰν. Citavit Wartonus Epigramma elegantissimum Philodemi, quod hic in lectoris gratiam emendatius apponam. Quanquam erunt fortasse, qui poetam minus caste loquentem emendaturis ignibus tradi velint.

Ὦ ποδὸς, ὦ κνήμης, ὦ τῶν ἀπόλωλα δικαίως
μηρῶν, ὦ γλουτῶν, ὦ κτενὸς, ὦ λαγόνων,
ὦ ὠμῶν μαστῶν, ὦ τοῦ ῥαδινοῖο τραχήλου,
ὦ χειρῶν, ὦ τῶν μαίνομαι ὀμματίων,

ὦ κακοτεχνοτάτου κινήματος, ὦ περιάλλων
γλωττισμῶν, ὠ τῶν θυμόθε φωναρίων·
εἰ δ' ὀπικὴ, καὶ φλαῦρα, καὶ οὐκ ἄδουσα τὰ Σαπφοῦς,
καὶ Περσεὺς Ἰνδῆς ἠράσατ' Ἀνδρομέδης.

In versu tertio codex exhibet ὦ ὤμοιν, ὦ μαστῶν. Dedi ὠμῶν i. e. σκληρῶν, metaphora a fructibus sumpta. Apud Theocritum, (Eid. XI. 21.) a Cyclope laudatur Galatea ut σφριγαναωτέρα ὄμφακος ὠμᾶς. Ita enim loco isto legendum puto. Neque aliter Nonnus, lib. xlviii. p. 836. ἠνίδε μαζοὺς ὄμφακας, οἰδαίνοντας, ἀθήλεας. De altera nostra emendatione θυμόθε pro voce nihili θυεμε, nemo, ut opinor, dubitabit. Vulgo κλώμεθα, ex conjectura Brodæi. Vett. Edd. κλῶμαι aut κλάομαι. Φλαῦρα, hoc est, *inepta*, pro vulgato χλωρὰ, Huetio debetur. Cod. φλωρά.

v. 25. ὧν γὰρ χ' ἅψησθε. Id est, ὧν κεν ἅψησθε. al. χ' ἀψεῖσθε, i. e. καὶ ἀψεῖσθε.

v. 27. μελίχλωρον. Al. μελίχρωρον. Wartonus conjecit μελίχρωον, de qua voce dubitatur. Video tamen eam a Lexicis agnosci. Lucretius, lib. iv. v. 1153.

Nec sua respiciunt miseri mala maxima sæpe;
Nigra μελίχροος *est.* et infra,
Ἰσχνὸν ἐρωμένιον *tum fit, cum vivere non quit*
Præ macie; ῥαδινὴ *vero est jam mortua tussi.*

Hinc etiam Flaccus, Serm. I. 3. 38.

Illuc prævertamur, amatorem quod amicæ
Turpia decipiunt cæcum vitia, aut etiam ipsa hæc
Delectant.

v. 28. καὶ τό ἴον. Imitatus est Virgilius, Ecl. X. 38.

——*Quid tum, si fuscus Amyntas?*
Et nigræ violæ sunt, et vaccinia nigra.

Theocritus, Eid. XXIII. 29.

Καὶ τὸ ἴον καλόν ἐστιν ἐν εἴαρι, καὶ ταχὺ γηρᾷ.

Animadvertant tirones τὸ non elidi propter digamma in initio vocis ἴον. Hinc Latinis *viola*.

v. 29. λέγοντα. Non, *nominantur*, sed *leguntur*, vertit Harlesius, ut apud Virgilium "Vaccinia nigra *leguntur*." Verum

non leguntur in corollis flores, sed ad corollas faciendas. Al. λέγοντι.

v. 30. ἀ αἶξ. Virgilius, Ecl. II. 63.

Torva leæna lupum sequitur, lupus ipse capellam,
Florentem cytisum sequitur lasciva capella,
Te Corydon, o Alexi.

v. 31. ἀ γέρανος. Sationis tempus et sementem grus amat et insequitur. Aptissima quidem messori et conveniens valde comparatio. Cæterum apprime huc facit Hesiodus, Εργ. 448.

Φράζεσθαι δ' εὖτ' ἂν φωνὴν γεράνου ἐπακούσῃς
ὑψόθεν ἐκ νεφέων ἐνιαύσια κεκληγυίης,
ἥ τ' ἀροτοῖό τε σῆμα φέρει. (WARTON.)

v. 32. αἴθε μοι ἦσαν. Simile est votum proverbiale apud Eustathium, ad Il. P. 470.

Εἴη μοι τὰ μεταξὺ Κορίνθου καὶ Σικυῶνος.

Hic autem versus diversis modis scriptum reperitur. Edidit Gaisfordius ex Junt.

Αἴθε μοι ἦς ὅσα Κροῖσον ἔχειν ποκα φαντὶ πέπασθαι.

Quorum verborum structura talis esse debet: αἴθε μοι ἦς ὅσα φαντὶ Κροῖσον πόκα πέπασθαι ἔχειν, id est, εἰς τὸ ἔχειν.

v. 33. χρύσεοι ἀμφότεροι. Virg. Ecl. VII. 32.

Puniceo stabis suras evincta cothurno.

Locum ita explicat Casaubonus: "Si mihi opes suppeditarent, Veneri consecrarem et meam et tuam imaginem: et tu quidem tibias tenens, sertis redimita stares; ego autem non habitu isto hominis rustici et pauperis, sed vel habitu citharœdi cum syrmate, vel ut aliquis procerum palliatus, et eleganter calceatus."

v. 34. ἦ τύγε μᾶλόν. Τύγα legit Toupius; ἦ μᾶλον τὺ Cod. Cantab. et alii bene multi.

v. 35. σχῆμα δ' ἐγώ. Videtur esse habitus citharœdicus. Ovidius de Arione,

Protinus in medias ornatus desilit undas.

Citat Toupius Aristoph. Vesp. 1152. Monet autem Keisslingius in eo loco σχῆμα esse latioris significationis. Toupius primo

conjecerat *στέμμα*. Aliam lectionem memorat Scholiastes *σχοῖμι δ' ἐγώ*.

v. 35. *ἀμύκλας*. Ἀμυκλαι, vel *ἀμυκλαίδες*, sunt *calcei Amyclæi*. Amyclæ autem erat urbs Laconica. Pollux, lib. vii. cap. 22. Ἀμυκλαίδες, *ἐλευθερικώτερον ὑπόδημα, δηλοῦν δὲ κλήσει τὸν τόπον*.

v. 36. *πόδες ἀστράγαλοι τεῦ*. Ἀστράγαλοι sunt *tali lusorii*. Sensus itaque est: *Pedes tui, si candorem spectas, tali sunt eburnei*. Aliam explicationem pete apud Kiesslingium. Pro *τεῦ*, al. *τεῦς*.

v. 37. *τρύχνα*. Al. *τρύχνος*, et in uno Cod. apud Gaisf. *τρίχναος*. Τρύχνος genuinum puto. Suidas Τρύχνον, *τὴν πόαν. θηλυκῶς λέγουσιν, οὐ τὸ τρύχνον, σὺν τῷ σ' δὲ στρύχνον οὐδαμοῦ εὗρον. καὶ παρὰ τὴν παροιμίαν τὴν ἀπαλώτερος τρύχνου, ἣν παρωδῶν ὁ Κωμικὸς φησὶ*

ἤδη (γὰρ) εἰμὶ μουσικώτερος τρύχνου.

Forte vox a *τρύζω* derivatur, quod flante vento susurros edat. Qualis autem fuerit herba ista, non constat. Venuste, ut solet, Shakesperius, "Midsummer-night's Dream," Act. I. Sc. 1.

——*O happy fair!*
Your eyes are lode-stars, and your tongue sweet air.

Pro *τὸν μὰν τρόπον*, al. *τὸν δ' αὖ τρόπον*. vid. p. [illegible]

v. 38. *ἄμμι*. Al. *ἄμμε*. Vide ad Bion. Eid. VI. v. 16. De voce *βῶκος* vide supra v. 1.

v. 39. *ὡς εὖ τὴν ἰδέαν*. *Quam scite numeros carminis dimensus est*. Hæc ironice dicuntur. Ridet Batti carmen ut immodulatum.

v. 40. *ἀνέφυσα*. Conjectura Hemsterhusii pro *ἀνέφυσας* stabilitur a multis Codd. At optime meo judicio vulgatum explicat Wartonus. "Sane bellissima cantas; anne ad hoc barbam tuam, tam diligenter, infelix, aluisti? Si vis bene cantare, cantes mi homo, qualia solitus est divinus ille Lytiersa, qui et ipse messor erat."

v. 41. *Λυτιέρσα*. Lytierses iste filius nothus Midæ erat, agrorum cultui præter modum deditus; quippe qui messores ad

metendi certamen inter se solitus sit incitare, et cessantes plagis et verberibus mulctare. Erat etiam messorum cantilena quædam, quæ et ipsa ab eo "Lytierses" dicebatur.

v. 42. Δάματερ. Sunt formulæ aliquot incitatoriæ, quibus mercenarios homines ad metendum adhortantur, maximeque τοὺς ἐνδιδόντας, et qui remitterent: omnes autem, singulæque, formulæ sunt; quod animadversum non fuit, et quod multo minus, diversæ omnes, καὶ ἀφωρισμέναι, quæ singulæ uno disticho terminantur; et exceptis una et altera, παρακελευστικαί. Sunt enim tales ut ἀμοιβαίως a duobus aut pluribus cani possint, vel ab uno. (HEINSIUS.) Pro ὀττιμάλιστα, al. scribitur ὅττι μάλιστα, divisim.

v. 44. ἀμαλλοδέται. Ἀμαλλοδετῆρας vocat Homerus, Il. Γ. 553. Ἄμαλλα autem, secundum Scholiastem constat ex centum δραγμάτων.

v. 45. σύκινοι. *Infirmi, inutiles,* metaphora sumpta a ficu arbore, cujus lignum nullius usus esse credebatur. Contra πρίνινοι γέροντες apud Aristophanem (Acharn. v. 180.) sunt σκληροὶ, καὶ στερεοὶ, i. e. *robusti,* sc. *iligni,* a πρῖνος. Anglice, "Hearts of Oak."

v. 46. ἐς Βορέην ἄνεμον. Πρὸς Βορέην ἄνεμον dixit Herodotus, I. 75. Sic sæpe genus cum specie conjungitur. (HARLES.)

Ibid. τᾶς κόρθυος. Κόρθυς Hesychio est σωρὸς. Hinc κορθύνω et κορθύω apud Homerum atque Hesiodum.

v. 48. ἀλοιῶντας. Al. ἀλοιῶντες. Pro ὕπνον, al. ὕπνος. Forte scribendum,

Σῖτον ἀλοιῶντες φεύγεν τὸ μεσαμβρινὸν ὕπνως.

Somnos breves intellige. Anglice, "naps." Euripides, Troad. 1187.

Οἵ μοι· τὰ πόλλ' ἀσπάσμαθ', αἱ τ' ἐμαὶ τροφαὶ,
ὕπνοι τ' ἐκεῖνοι, φρουδά μοι.

Ubi denotantur *somni crebris vigiliis interrupti.* Vide Beckii indicem. Jam si hoc verum, legendum etiam infra erit ἀμῶντες, quod itidem in aliquot Codd. reperitur. Ἀλοᾶν sive ἀλοᾶν, Poetice ἀλοιᾶν, significationem habuit *verberandi, terendi,* et eximie de *frumento* fuit usurpatum. Vide Valckenaer. ad Am-

monium, p. 21. Habet noster, Eid. XXII. 128. *συνηλοίησε παρήϊα, contudit genas.*

v. 52. *ἐγχεῦντα.* Ald. et Callierg. item Junt. exhibent ἐκχεῦντα. Pro τὸν φακὸν, al. τὼς φακός· sed hoc, puto, in plerisque Codd.

v. 55. *καταπρίων.* Stobæus διαπρίων. Κυμινοπρισταὶ, i. e. cyminum, parvulum semen, quasi serra secantes, dicebantur homines avari.

v. 57. *λιμηρὸν.* Ita Junt. Ed. Callierg. λυμηρὸν. Ald. λοιμηρὸν, quod vix alibi occurrit. Forte λυπηρὸν, quod lectioni λιμηρὸν suprascriptum video in uno Cod. apud Gaisfordium.

v. 58. *ὀρθρευοίσα.* Ὀρθρεύω significat *matutinus aliquid ago*, vel *matutinum tempus transigo*, quemadmodum dicebant Græci νυκτερεύω atque ἡμερεύω. Ὀρθρευόμενος, *diluculo surgens*, occurrit in Luciani Gallo. At hic in quatuor MSS. exhibetur ὀρθευοίσα. Quæ lectio notanda. Ὀρθεύω est *erigo*, sive *sublevo*. Euripides in Oreste, v. 399.

Παρῆν τις ἄλλος, ὅς σὸν ὤρθευεν δέμας;

Itaque verba κατ' εὐνὰν ὀρθευοίσᾳ non male explicares: *corpus tuum ægrotum in lecto sustentanti et erigenti.*

EIDYLLIUM XI.

V. 1. Πεφύκει. Al. πεφύκῃ, et πέφυκε. Schaferus πεφυκεν. De Nicia, medico Milesio, Theocriti amico, Wartonum consule. Eidem inscribitur Eid. XIII. Vide etiam Eid. XXVIII. et Epig. VII.

v. 2. *ἐπίπαστον.* Al. ἐπίπλαστον et ἐπίπιστον. Prometheus de medicina nondum inventa, Æsch. Prom. Vinct. 488.

Οὐκ ἦν ἀλέξημ' οὐδὲν, οὔτε βρώσιμον,
οὐ χριστὸν, οὔτε πιστόν.

Vulgatum defendit Valckenaerius, conferens Lucianum in Timone. Τὸ τραῦμα ἴασαι, μικρὸν ἐπιπάσας τοῦ χρυσίου· δεινῶς γὰρ ἰσχαιμόν ἐστι τὸ φάρμακον.

v. 3. ἢ ταὶ Πιερίδες. Cupido apud Lucian. Deor. Dial. 19. rationem reddens quare Musas invulneratas abire sinat, inquit, αἰδοῦμαι γὰρ αὐτὰς· σεμναὶ γάρ εἰσι, καὶ ἀεί τι φροντὶζουσι, καὶ περὶ φδὴν ἔχουσι· καὶ ἐγὼ παρίσταμαι πολλάκις αὐταῖς, κηλούμενος ὑπὸ τοῦ μέλους.

v. 4. γίνετ' ἐπ' ἀνθρώποις. Al. ἀνθρώπους. Hemsterhusius, ἐν ἀνθρώποις. Forte γίνεται ἀνθρώποις. Vide ad Eid. v. 91.

v. 7. διᾶγ'. Subaudi τὸν βίον. Aliæ prostant lectiones ῥᾶστα et ῥᾶστον διάγων, unde conjicere quis posset ῥᾶστ' ἦν διάγων. Sed præstat vulgatum. Huc contulit Wartonus Epig. 48. Callimachi, ad rem quidem faciens. Istius alterum versiculum forsitan ita emendare possis;

Τόφρα μὲν ὦν αἰγῶν οὐκ ἀμέλησ' ὁ Κύκλωψ.

Vulgo

Τῶῤῥα μάνων αἰγᾶν οὐ καθ' ἡμας ὁ Κύκλωψ.

Quin et quartum distichon non absurde ita refingas;

Ἐσθ' ἅμιν χᾶ ῥᾶστα γ' ἀφειδέα πρὸς τὸν ἔρωτα·
τουτί σοι κείρει τὰ πτέρα, παιδάριον.

Et mihi sunt ea quæ amorem facillimum toleratu faciant. Vulgo χἄκαστά γ', et τουτὶ, παῖ.

v. 9. ἄρτι γενειάσδων. Statillius Flaccus, Epig. I. eadem locutione usus est:

Ἄρτι γενειάζων ὁ καλὸς, καὶ στεῤῥὸς ἐρασταῖς.

Ubi tamen aliter legitur una voce ἀρτιγενειάζων.

v. 10. οὔ τι ῥόδοις. Sensus est; Cyclops ille non exprimebat amorem suum quemadmodum vulgo solent amatorculi, missitando ad suam puellam rosas, mala, cincinnos, atque alia hujuscemodi lepida quidem munuscula. Non hoc erat ejus elegantiæ. Talia mittere dona, vel ita amare, non conveniebat homini vasto atque inculto. Omnia furiis agebat noster amator. Etiam in amore ejus quædam fuit immanitas. (WARTON.) Sensus videtur esse: Amorem suum ostendebat Cyclops, non plectendo corollas, quibus amicæ domum redimiret, quod vulgo solent amatores, neque poma ex arbore legendo, quæ ei missitaret, neque comas suas crispando. Pro κικίννοις, al. κικίνοις. Heinsius conjecit σελίνοις, conferens Eid. III. 23.

v. 11. ὀλοαῖς μανίαις. Theognis, v. 1231.

Σχέτλι' Ἔρως, μανίαι σ' ἐτιθηνήσαντο λαβοῦσαι·
ἐκ σέθεν ὤλετο μέν ῥ' Ἰλίου ἀκρόπολις.

Inserui ῥ' post μὲν propter metrum. Vide Hom. Il. B. 1. et ibi Schol. Pro ὀλοαῖς autem aliter legitur ὀρθαῖς, quod forsitan ex ἀθρόοις fluxit.

v. 12. ταὶ ὄϊες. Al. ταὶ δ' ὄϊες. Gerhardius τῷ ὄϊες. Forte τῷδ'. Pro ταὔλιον al. τωὔλιον. De voce αὐτὸς vide supra Eid. X. 19. Similiter Virgilius; *Ipsæ veniunt ad mulctra capellæ.* Et Ovidius hunc locum, ut multa in hoc Eidyllio, expressit, Metam. XIII. 62.

Quid sit amor sentit, nostrique cupidine captus
Uritur, oblitus pecorum antrorumque suorum.

Et postea, v. 781.

Lanigeræ pecudes nullo comitante secutæ.

v. 14. αὐτῶ. Doricum est pro αὐτοῦ, et est adverbium loci, αὐτόθι, *ibi*. Cl. Toup. qui vertit *in solo littore*, pro genitivo pronominis habet. At eo sensu αὐτᾶς dixisset poeta, cum ἠιὼν sit generis fœminini. (BRUNCK.) Al. αὐτός.

v. 16. Κύπριος. Κύπριδος revocare debebam, plurimis MSS. apud Gaisfordium illud exhibentibus. Pro τὸ οἱ ἧπατι, al. ἃ οἱ, quod probat Toupius, et sic Valckenaerius cum Brunckio. Hermanno corrigendum videtur, τὸ δέ θ' ἧπατι πᾶξε βέλεμνον. *Vulnere a Venere accepto laborabat: et ipsum illa hepar ferierat*; vel ὃ οἱ, *quoniam*. Vide ad Eid. VIII. 24. Ego vulgatum præfero. Syntaxis est, τὸ, i. e. ὃ ἕλκος, βέλεμνον ἐκ μεγάλας Κύπριδος πᾶξε οἱ ἧπατι. Apud Plautum in Curculione, 21. amor vocatur *morbus hepatarius*. Vide Toup. ad Longinum, §. 10. Citat Jacobsius ex Nonno, Dionys. XV. 243. ὑποκάρδιον ἕλκος ἐρώτων. Kiesslingius ex Homero, Od. χ. 83. ἐν δὲ οἱ ἧπατι πῆξε θοὸν βέλος, quod nostræ explicationi adversari videtur. At dixit Virgilius, Æn. IV. 689. *infixum stridet sub pectore vulnus.*

v. 17. καθεζόμενος. Ovid. Metam. 778.

Prominet in pontum cuneatus acumine longo
Collis: utrumque latus circumfluit æquoris unda.
Huc ferus ascendit Cyclops, mediusque resedit.

v. 18. ἄειδε τοιαῦτα. Al. τοιαῦτ' ἤειδε. In sequente

versu mallem ὦ καλὰ Γαλάτεια, propter sequens λευκοτέρα. Moschus, Eid. III. 62. τὸν μὲν ἔφευγεν ἁ καλὰ Γαλάτεια.

v. 19. ἀποβάλλῃ. Proprius hic est vocis mediæ usus, quæ vim habet reciprocam, *a te rejicis*. Vide Kuster. de verbis mediis, §. 44. (TAYLOR.)

v. 20. ἁπαλωτέρα ἀρνὸς. Ita Ed. Flor. Vulgo ἁπαλωτέρα δ' ἀρνὸς, refragante metro. Priorem hujus versus partem imitatus est Ovidius, ubi supra,

Mollior et cygni plumis, et lacte coacto.

v. 21. φιαρωτέρα ὄμφακος ὠμᾶς. Φιαρὸς, Hesychio, est λαμπρὸς, καθαρός. Etymol. M. Φιαρὸς, παρὰ τὸ φάος, φαερός. Καλλίμαχος· φιαρὴ τῆμος ἄνεσχεν ἕως. Dixit etiam Ovidius loco supra citato,

Splendidior vitro, tenero lascivior hoedo.

Sed in ed. Calliergi legitur σφριγανωτέρα, atque isti lectioni, monente Tayloro, videtur patrocinari locus quidam apud Nonnum. Dionys. lib. xlviii. p. 836. cujus partem supra citavi.

Δέρκεο πῶς σφριγόωσι βραχίονες, ἠνὶ δὲ μαζοὺς
ὄμφακας, οἰδαίνοντας, ἀθήλεας.

Hesych. Σφριγῶν, ἀκμάζων, αὔξων. Idem, Σφριγανὸν, ἄκμαζον, δαψιλὲς, σφοδρόν. Vide Wartonum ad hunc locum; item Blomfieldium ad Æsch. Prom. 388. Σφριγᾷν proprie dicuntur ubera lacte distenta. Cæterum in horum versiculorum imitatione nimis luxuriavit Ovidius, qui ex tribus novendecim effecit.

Candidior nivei folio Galatea ligustri, &c.

Brevior est imitatio Virgiliana,

Nerine Galatea, thymo mihi dulcior Hyblæ,
Candidior cycnis, hedera formosior alba.

v. 22. αὖθ' οὑτῶς. Hæ voces, merito, ut videtur, suspectæ, variis doctorum conjecturis sollicitantur. Eldikius legit μὰν τουτῶθ', *inde venis:* nempe a mari. Luzacius, ὦδ' αὔτως, *huc frustra venis*. Wassenburgius, vocibus aliquot transpositis,

Φοιτῇς δ' εὐθὺς ἰοῖσα, ὅκα γλυκὺς ὕπνος ἔχῃ με,
οἴχῃ δ' αὖθ' οὐτῶς, ὅκκα γλυκὺς ὕπνος ἀνῇ με.

Et est quidem unus Codex apud Gaisfordium, ubi hi duo versus transpositi leguntur, ubi etiam deest vox ἰοῖσα. Emendabam quidem ipse,

Φοιτῆς δ' ὧδ' ἐνθοῖσ', ὅκκα γλυκὺς ὕπνος ἔχῃ με,
οἴχῃ δ' εὐθὺς ἰοῖσ', ὅκκα γλυκὺς ὕπνος ἀνῇ με.

Habet Euripides in Oreste, 221. ὅταν ἀνῇ νόσος μανιάς μ', ἄναρθρός εἰμι. Græfio et Kiesslingio pro αὖθ' οὐτῶς in mentem venit αὐτομάτως.

v. 25. ἠράσθην μὲν ἔγωγε τεοῦς κόρα. Hoc ex Codd. fuit a viris doctis revocatum. Vulgo κόρα τεῦ. Τεοῦς Dorice dici pro σοῦ, docet, uti ferunt, Apollonius Dyscolus Grammaticus. At suspicor Grammaticum istum nonnunquam ex corruptis fontibus observationes suas hausisse. Hic omnino variant Codices. In uno legitur τεῶς, quod forte genuinum est. Hesych. Τεῶς, τότε. *Eo tempore in amorem incidi.* Ἠράσθην sine casu positum multis exemplis defendi potest. Præbet alius Codex ἠράσθην μὲν ἔγωγ' ἐτεῶς κόρα.

v. 26. ἐμᾷ σὺν ματρὶ. Correxit Auratus ἐᾷ, id est σᾷ. In MSS. reperiuntur ἐμοὶ et ἀμᾶ. Locum imitatus est Virgilius, Ecl. VIII. 37.

Sepibus in nostris parvam te roscida mala,
Dux ego vester eram, vidi cum matre legentem.

Atque ibi certe Galateæ mater, non Polyphemi intelligitur. Quapropter legi velim ἀμᾶ vel ὁμᾶ.

v. 27. ἐγὼ δ' ὁδὸν ἀγεμόνευον. Homer. Od. η. 30. ἐγὼ δ' ὁδόν ἡγεμονεύσω. Apud Coluthum autem, Rapt. Helen. 78. legitur εἰς ὁδὸν ἡγεμόνευε· et apud nostrum, Eid. XXV. 60. similis hujus verbi usus.

v. 34. θἄτερον. Codices optimæ notæ apud Gaisf. præstant θἄτερον, quod et Brunckio præeunte edidit Kiesslingius. In proximo versu pro ἔπεστι conjecit Wartonus ὕπεστι. Pro χείλει, al. χείλη.

v. 34. ἀλλ' ὠὐτός. Al. οὗτος. Hinc Virg. Ecl. II. 19.

Despectus tibi sum, nec qui sim quæris, Alexi:
Quam dives nivei pecoris, quam lactis abundans.
Mille meæ Siculis errant in montibus agnæ;
Lac mihi non æstate novum, non frigore defit.

Sic Ovid. Metam. XIII. 821.

Hoc pecus omne meum est: multæ quoque vallibus errant:
Multas sylva tegit: multæ stabulantur in antris.

Et postea, v. 829.

Lac mihi semper adest niveum; pars inde bibenda
Servatur; partem liquefacta coagula durant.

v. 35. ἀμελγόμενος. *Mihi mulgens.* Al. ἀμελγόμενον. Νέκταρ ἀμέλγονται ex Ione Chio apud Athenæum citat Valckenaerius. At propter activæ vocis usum in hoc Eidyllio (v. 65.) mallem ἀμελγόμενον. Dixi quidem supra, ad Eid. II. 117. Theocrito in usu esse verborum formam variare. Verum hoc fit cum nulla de sensu dubitatio esse potest.

v. 36. οὐ λείπει μ'. Id est οὐκ ἐμὲ λείπει. Cave pro dativo capias.

v. 37. οὐ χειμῶνος ἄκρῳ. Forte subauditur ἐπί. Similiter infra, v. 58.

ἀλλὰ τὰ μὲν θέρεος, τὰ δὲ γίνεται ἐν χειμῶνι.

Sed al. ἄκρῳ.

v. 39. ἀμᾶ. Ὁμᾶ hic, uti supra, v. 26. legi posse, monuit Valckenaerius. Ἀμᾶ etiam legitur Eid. IX. 4.

Ibid. τὶν τὸ φίλον γλυκύμαλον. Τὶν accusativum esse monet Kiesslingius, conferens Hermannum de Dial. Pindar. p. 14. quare non opus esse correctione J. H. Vossii κἠμαυτῷ. Equidem semper credebam τὶν hoc loco ab ἀμᾶ regi; sed perperam, ut videtur.

v. 40. νυκτὸς ἄωρι. Sic etiam Eid. XXIV. 38. *Intempesta nocte.* Plerumque cum genitivo construitur vox ἀωρὶ, ut hoc loco. Est tamen ubi per se positum occurrat. Vide Mœr. Attic. p. 32. ed. Pierson.

v. 41. πάσας ἀμνοφόρως. Absurdum est, inquit Casaubonus, νεβρὸν, quæ nondum est τελεία cerva, dici fœtam; durum etiam cervæ embryonem vocari ἀμνόν. Immo alio infortunio laborat hic locus, quod πάσας in metrum peccat. Vide supra, Eid. IV. 3. et V. 125. Aliam lectionem memorat Scholiastes μαννοφόρως *torquibus ornatas;* Et sic Calliergus. Junt. μαμνοφόρως. Pollux quoque μόννος vel μάννος, pro *monili*, Doricam esse dictionem scribit, quod pro ea lectione aliquantum facit. Verum obstat quodammodo imitatio Virgiliana, Ecl. II.

Præterea duo nec tuta mihi valle reperti
Capreoli, sparsis etiamnum pellibus albo.

Unde conjecit Reiskius legendum esse μανοφόρως, a μήνη, *luna*, quemadmodum dixit Homerus de equo rufo, Il. ψ. 455.

——ἐν δὲ μετώπῳ
λευκὸν σῆμ' ἐτέτυκτο, περίτροχον ἠΰτε μήνη.

Corrigit Eldikius μαλλοφόρως, nescio an cum σκύμνως construens. Certe ad νεβρὼς parum commode Epitheton refertur.

v. 41. ἄρκτων. Al. ἄρκτω. Singularem etiam adhibuit Ovidius, Metam. XIII.

Inveni geminos, qui tecum ludere possint,
Villosæ catulos in summis montibus ursæ.

Sed nimirum duos catulos plerumque parit istud animal, quare cum dicat Theocritus τέσσαρας, melius leges ἄρκτων.

v. 42. ποτ' ἄμμε. Si genuina est hæc lectio, verte, *ad me et matrem meam*. Sed diversas lectiones exhibent MSS. ἐμὲ, ἀμὲ, ποτί με, ποθ' ἅμα, et ποθ' ἀμε. Posterius placebat Brunckio. Vide Greg. Cor. de Dial. p. 110. Ex his ego novam lectionem effinxi, ἀλλ' ἀφίκευ ποτὶ τἀμά.

Ibid. ἐξεῖς οὐδὲν ἔλασσον. *Habebis omnia magna et copiosa*. Quæ vis est phrasis hoc loco, et supra, Eid. VIII. 40.

v. 43. ὀρεχθῆν. Hesych. Ὀρέχθεον, ἐστέναζον, ἐμυκῶντο, ἐβρύχοντο. Eustathius, citante Gaisfordio: τῶν δὲ Ὁμηρικῶν τὸ μὲν ὀρέχθεον μίμημά ἐστι τραχέος ἤχου γενομένου ἐν τῷ σφάζεσθαι βοῦν. Θεόκριτος δὲ ἐπὶ τῆς θαλάσσης τὴν λέξιν τίθησι, καθ' ὁμοιότητα τοῦ, Ῥοχθεῖ δὲ μέγα κυμᾶ. Addit Kiessling ius ex eodem, Od. e. 402. δῆλον δὲ, ὅτι καὶ ἐπὶ πατάγου τῆς καρδίας ἡ λέξις τίθεται. Atque hinc oritur alia verbi significatio, *cupio*, sive *desidero*. Hunc autem locum imitatus est Virgilius, Ecl. IX. 43.

Huc ades, insani feriant sine litora fluctus.

v. 44. τὰν νύκτα διαξεῖς. Subauditur, ut credo, κατά. Vide infra, v. 77. Virgilius, Ecl. I. 80.

Hic tamen hanc mecum poteris requiescere noctem.

Et Nemesianus, Ecl. IV. 46.

Hic age pampinea mecum requiesce sub umbra,
Hic tibi lene fluens fons murmurat, hic et ab ulmis
Purpureæ fœtis dependent vitibus uvæ.

v. 48. λευκᾶς ἐκ χιόνος. *Ex niveis cacuminibus.*

v. 49. τίς κεν τῶνδε. Virg. Ecl. IX. 36.

Huc ades, o Galatea; quis est nam ludus in undis?

Hunc versum intra parenthesin posuit Valckenaerius.

v. 50. αἰ δέ τοι αὐτὸς ἐγὼν. Hunc versum post v. 33. collocandum arbitrabatur Tiberius Hemsterhusius. At vix adduci possum ut summi alioquin viri sententiæ subscribam. Adfectui amoris multo convenientius esse videtur, cum dicit se hirsutos crines et animum, imo unicum oculum pati comburi. (HARLES.)

v. 52. ἀνεχοίμαν. Desidero particulam κεν. Pro τεῦς, al. τεῦ. In sequente versiculo emendabat Heinsius ναὶ τὸν ἔν' ὀφθαλμόν. Infra, pro ποτὶ, al. ἐπὶ τὶν. Ingeniosa mihi videtur Kiesslingii conjectura, qua legit,

καιόμενος δ' ὑπὸ τεῦς, ναὶ τὰν ψυχὰν, ἀνεχοίμαν
καὶ τὸν ἔν' ὀφθαλμόν.

Monet ille vulgata vix integra censenda esse. Quasi post animulam exustam hoc etiam gravius accidere possit, ut oculus exuratur.

v. 57. ἐρυθρά πλαταγώνι ἔχοισαν. Al. πλαταγώνι' ἔχοισαν ἐρυθρά. Atque sic Valckenaerius. Mihi quod dedi numerosius visum est. Confer Eid. III. 29.

v. 60. αὐτόθι. Al. αὐτόγα· αὐτόγε· αὐτότι· αὐτότε. Corrigebat Eldikius αὖ ποκα. In Cod. Philelph. vox νεῖν suprascriptum habet πλεῖν. In fine versus al. μεμαθεῦμαι. Sensus videtur esse, monente Wartono; *natare discam*, (Cyclopes enim usum navium non norant. vid. Hom. Od. IX. 126.) *si quis hospes huc adveniens me natare doceat.* Pro ὥς κεν ἴδω, al. ὡς εἴδω, vel ὡς εἰδῶ. Ποιμαίνεν, et ἀμέλγεν, corrigit Valckenaerius.

v. 65. σὺν ἐμὶν ἄμα. Interpungit Kiesslingius post ἐμὶν, jungens ἄμα καὶ γάλ' ἀμέλγειν.

v. 66. τάμισον. Vide Eid. VII. 16. Hesych. Τάμισος,

πιτνὰ· id est, *coagulum.* Usus est voce Nicander in Theriacis. Tibullus II. 3. 17.

Et miscere nuvo docuisse coagula lacte.

v. 67. ἀ μάτηρ. Thoosam aut Amphitriten fuisse ferunt.

v. 68. οὐδὲν πᾷ. *Neque ulla via, ullo modo, prorsus unquam aliquid dixit,* &c. Kiesslingius scripsit οὐδὲν πά, quem consule. τιν etiam in hoc versu videtur esse accusativus.

Ibid. υπερ μεῦ. Notabile, quod μεῦ h. l. ορθότονον, nisi forte hic olim recte scriptum est ὑπέρ μευ. (KIESSLING.)

v. 71. σφύσδειν. Σφύσδην ex Ed. Junt. probaverunt Toupius et Koenius ad Gregor. Dial. Dor. §. 113. improbante Valckenaerio. Σφύζην exhibent Codd. nonnulli. Latinus Interpres vertit *dolere.* Σφύζειν autem proprie significat *palpitare,* aut *salire,* more venarum. Anglice, "to throb." Versum ex Piside attulit Suidas,

Σφύζεις, Ἀχιλλεῦ, καὶ μεθύσκῃ τὰς φρένας.

Id est, secundum explicationem H. Stephani, *ardes desiderio: ardente desiderio cor tibi palpitat.* Al. etiam leguntur; σφύξην· φύσδειν· φύσδην.

v. 72. τὰς φρένας. Hic et supra, Eid. II. 19. τᾶς φρενὸς malit Valckenaerius. Virg. Ecl. II. 69.

O Corydon, Corydon, quæ te dementia cepit?
Semiputata tibi frondosa vitis in ulmo est.
Quin tu aliquid saltem potius quorum indiget usus,
Viminibus mollique paras detexere junco?
Invenies alium, si te hic fastidit, Alexin.

v. 73. ἐνθών. Vertit Kiesslingius *e vestigio,* citans Dorville ad Chariton. p. 379.

v. 74. ταῖς ἄρνεσσι. Ταῖς ex Codd. restituit Gaisfordius pro τοῖς, conferens Eid. XII. 4. et XVIII. 41. Pro τάχα κεν, al. τάχα καί.

v. 75. τὰν παρεοῖσαν ἄμελγε. Subaudi *vaccam,* aut *ovem.* Proverbialis locutio, cui non dissimile est, monente Tayloro, illud Callimachi, Epig. I. τὴν κατὰ σαυτὸν ἔλα.

Ibid. τί τὸν φεύγοντα διώκεις; Eid. VI. 27.

Καὶ φεύγεις φιλέοντα, καὶ οὐ φιλέοντα διώκεις.

Citavit etiam Wartonus Macedonium Consulem, Epig. XIII.

Καὶ φεύγεις φιλέοντα, καὶ οὐ φιλέοντα διώκεις,
ὄφρα πάλιν κεῖνον καὶ φιλέοντα φύγῃς.

v. 76. Γαλάτειας. Vulgo legitur,

Εὑρήσεις Γαλάτειαν ἴσως καὶ καλλίον' ἄλλαν.

~~Γαλατείας præbet unus Godov. apud Geisf.~~ alter καλλίονα sine καὶ, unde forsitan verisimilia videbuntur quæ dedi. Καλλίον' pro καλλίονα, altera syllaba brevi, mihi saltem visum est inusitatius. Imitatus est Virgilius,

Invenies alium, si te hic fastidit, Alexin.

Ecce autem aliud ἔρωτος φάρμακον. Neque aliter Nonnus, Dionys. lib. xi. p. 205. παλαιοτέροιο γὰρ αἰεὶ φάρμακον ἐστὶν ἔρωτος ἔρως νέος. Vide Addenda.

v. 78. κιχλίσδοντι. Κιχλίζειν, Anglice, "to giggle." Monet etiam Harlesius a sono et potestate verbi Germanici *Kichern* non multum distare. Alia est significatio hujus verbi, *turdorum vocem emittere*, a κίχλη. Vide opusculum Hesiodo præfixum, Ed. Ald. Hoc ex Tayloro enotavi. Cave autem hoc verbum confundas cum κιγκλίζω, quod in Eid. V. 117. adhibuit Theocritus. Pro ἐπὴν sive ἐπὰν, ἐπεὶ dant multi MSS. et sic edidit Brunck. Infra, pro δηλονότ', al. δῆλον ὅτ' divisim.

v. 79. ἐν τᾷ γᾷ. Non, *in patria*, sed *in terra continenti*, quam opponit mari, in quo Galatea, a quo repudiatur, degit. (KIESSLING.)

v. 80. ἐποίμαινεν. *Cuntillando fallebat amorem suum.* Hoc usu ποίμαινειν alibi non facile reperietur; sed βουκόλοι sunt ποιμένες, et βουκολεῖν τὴν λύπην legitur apud Suidam in v. Αἰώρα. Βουκόλημα τῆς λύπης in loco scriptoris incerti in Schol. ad Aristoph. Pacem, v. 162. (VALCKENAER.) Verbum ποιμαίνειν omnem pastoris curam et gubernationem complectitur, et sensu metaphorico non raro occurrit. Ita Pindar. Olymp. II. 9. τὰ μὲν ἡμετέρα γλῶσσα ποιμαίνειν ἐθέλει, i. e. οἰκονομεῖ, περιέπει. Videtur autem hoc loco significare *moderabatur, regebat*, sive *curabat*. Vide Wakefieldii Sylv. Crit. Part. II cap. 9().

v. 81. ῥᾶον δὲ διᾶγ', ἢ χρυσὸν ἔδωκε. Reddunt: *quam si aurum dedisset*, i. e. *medico*, ut explicat Scholiastes,

omissa conjunctione εἰ. Quod ferri omnino non potest. Wakefieldius emendabat, ἢ χρυσὸς ἔδωκε, i. e. *quam aurum medico oblatum dedisset vivere;* vel ἢ 'ν, id est, ἢ ἄν. Nos legendum proponimus, donec felicior medicus loco ulceroso τὸ φάρμακον εὕρῃ,

————ἐποίμαινεν τὸν Ἔρωτα
μουσίσδων, ῥᾶον δ' ἆγ', ἢ εἰ χρυσὸν ἔδωκε.

Facilius autem hoc modo ducebat, et mitescere faciebat, Cupidinem, quam si aurum favoris pretium ei obtulisset. Similis hiatus occurrit apud Moschum, Eid. IV. 78.

στέργειν, ἢ εἰπέρ μοι ὑπ' ἐκ νηδυιόφιν ἦλθες.

In uno Cod. apud Gaisf. exhibetur ῥᾶον διᾶγ', omisso δέ. Legit Taylorus ἢ χρυσὸν ἔδωκας, conferens Donnæum ad Chrysost. p. 474. qui liber mihi ad manus non est.

EIDYLLIUM XII.

V. 1. Κοῦρε. Non κῶρε. Ionica dialectus in hoc Eidyllio servatur. Phrasis τρίτῃ σὺν νυκτὶ καὶ ἠοῖ significat *post tres dies.* Citat Kiesslingius Pind. Pyth. XI. 17. κελαδῆτε ἄκρᾳ σὺν ἑσπέρᾳ.

v. 2. ἠλυθες. Ita sine interrogatione scribere malui. *Confiteor te venisse.*

Ibid. ἐν ἥματι γηράσκουσιν. Dioscorides in Epig. VI.

————ὡς καὶ ὁ μικρὸς
μυριετὴς κέκριται τῷ φιλέοντι χρόνος.

Ubi perperam edebatur πόνος. Vide Jacobs. Not. ad locum. Apposite etiam contulit Harlesius Aristoph. Plut. 1044. Homerus, Odyss. T. 360.

αἶψα γὰρ ἐν κακότητι βροτοὶ καταγηράσκουσι.

v. 3. βραβύλοιο. Vide supra, Eid. VII. 146. Fructus hic, teste Athenæo, (lib. ii. cap. 10.) qui Theocritum citat, paulo minor ambitu quam pruna (κοκκύμηλα) sed eodem sapore, paulo acriore.

v. 4. *σφετέρης*. Sic libri omnes, *suo agno, quem peperit, et lactat*, commodo, ut mihi videtur, sensu, ita ut hic locus emendatione viri doctissimi (Tib. Hemsterhusii) reponentis *φιαρῆς*, non indigeat. Sequente versu, nasutulus quis mallet forte *τριτόκοιο γυναικός*. (BRUNCK.)

v. 5. *ὅσσον παρθενικὴ*. Hunc versum videtur ob oculos habuisse Gregorius Nazianzenus, apud quem memini legisse,

ὅσσον παρθενίη προφερεστέρη ἐστὶ γάμοιο,
τόσσον παρθενίης ἀγνὸς γάμος ἀμφιβίοιο.

v. 7. *ἀοιδοτάτη πετεηνῶν*. Callimachus, H. in Del. 252.

Μουσάων ὄρνιθες ἀοιδότατοι πετεηνῶν.

Qui Callimachi versus constat, ut ex hoc, ita ex hemistichio, Eid. VII. 47. Duæ forte partes adscribebantur ut parallela, ac ita in textum veniebant, ut putat Cl. Valckenaerius, Phœniss. p. 111. Quocum consentit Cl. Ernesti, in locum. (WARTON.) Infra pro *ἐλαφροτέρη*, al. *ἐλαφρότερος*.

v. 8. *σκιερὴν δ' ὑπό φηγόν*. *Ego ad te, o puer, properabam, sicut viator aliquis sole torrente properat sub umbrosam fagum*. Ita debent ista connecti et intelligi. (WARTON.) Infra pro *φρύττοντος*, melius scripsissem *φρύγοντος* quod præstant Codd. quamplurimi.

v. 10. *ἐπ' ἀμφοτέροισι*. Monet Reiskius *τὸ ἐπὶ* cum *πνεύσειαν*, non, ut vulgo fit, cum *ἀμφοτέροισι* conjungendum; citans Apoll. Rhod. III. 936.

——οὔτε σε Κύπρις,
οὔτ' ἀγανοὶ φιλέοντες ἐπιπνείουσιν Ἔρωτες.

Tibullus II. 1. 80.

Felix cui placidus leniter afflat Amor.

Alia, etsi non multum dissimili, ratione dicitur de Berenice, Eid. XVII. 51.

Πᾶσιν δ' ἥπιος ἅδε βροτοῖς μαλακὼς μὲν ἔρωτας
πνοσπνείει.

Vide Heyne ad locum Tibulli supra citatum.

v. 11. *ἀοιδή*. Locis a Wartono citatis addas Homer. Il. Z. 358.

————ὡς καὶ ὀπίσσω
ἀνθρώποισι πελώμεθ' ἀοίδιμοι ἐσσομένοισι.

Vide quæ de loco Virgiliano notavi ad Eid. VIII. 92.

v. 12. Δοιὼ δή. Non satis hæc verba intelligo. Scholiastes explicat ὅτι δύο τινὲς ἐν ἀλλήλοις ἐγένοντο, κ. τ. λ. Quis vero ἀμφοτέροισι pro ἀλλήλοισι unquam dixit? Cum vero alibi Scholiastes habeat δύο πρὸ ἡμῶν ἐγένοντο ἄνθρωποι, persuasus sum poetam scripsisse μετὰ προτέροισι (TAYLOR.) Citavit Toupius ex Homero, Odyss. Δ. 26.

ξείνω δή τινε τώδε, διοτρεφὲς ὦ Μενέλαε,
ἄνδρε δύω.

Ubi tamen Ernesti τώδε mutare malit in τῷδε pro τῇδε, *hic*. Quemadmodum et hoc loco correxit Reiskius. Conjecturam Jacobsii memorat Dahlius,

Δοιὼ δή τιν' ἐρῶντε μετ' ἀμφοτέροισι γενέσθην
φῶθ'.

Sed observat vocem φῶθ' sic justo abruptiorem videri. Mihi in mentem venit

Τοίω δή τινε τώδε μετὰ προτέροισι γενέσθην
φῶθ'.

Haud aliter locutus est noster, Eid. XXV. 41.

————ἦ ῥά νυ παῖδες
ἀθανάτων τοίοιδε μετὰ θνητοῖσιν ἔασι.

Magnam habeo gratiam Tayloro, qui προτέροισι correxerit. Vox ἀμφοτέροισι ex versu 10 huc forte descenderat.

v. 13. ὁ μὲν ἦν εἴσπνηλος. Εἴσπνηλος, sive εἰσπνήλης, est vetus vox Laconica. Versus autem modulatior fiat legendo ex Ed. Flor.

φῶθ'· ὁ μὲν εἴσπνηλος, φαίη χ' ὡ 'μυκλαίασδων.

Ibi enim hoc modo scribitur, excepto quod mendose exhibeatur, χ' ὡ 'μυκλαΐασδων, cum diæresi. Malit quidem Valckenaerius ὁ μὲν εἰσπνήλης, φαίη χ' ὡ 'μυκλαΐζων, hoc ut vitetur Dorismus. Sed concedamus ut in hoc Eidyllio Ἰωνικῶς scripserit Poeta, οὐκ ἀδύνατον tamen, ut in hoc uno vocabulo, ubi Laconici hominis mentio fit, Dorica usus sit dialecto.

Δωρίσδεν δ' ἔξεστι, δοκῶ, τοῖς Δωριέεσσι.

Amyclæ erat urbs Laconica, unde altera illa in Italia nomen sumpsit. Penultima an usquam correpta reperiatur nescio.

14. τῶν δ' ἕτερος. Versum prout dedi scriptum ex antiquo Cod. enotasse videtur Salmasius. In vulgatis observavit Casaubonus manifestam esse *ἀνακόλουθον*,

Τὸν δ' ἕτερον πάλιν, ὥς κεν ὁ Θεσσαλὸς εἴποι, ἄϊταν,

Cum positum sit ἄϊταν, orationis serie manifesto postulante ὁ ἕτερος ἄϊτης. T. Hemsterhusius emendasse fertur,

Τὸν δ' ἕτερον πάλιν ὥς κεν ὁ Θεσσαλὸς εἴποι, ἄϊτας.

Jacobsius,

Τὸν δ' ἐρατὸν παιδίσκον ὁ Θεσσαλὸς εἴποι ἄϊταν.

Ego conjeceram, sed parum recte, ut videtur,

Τὸν δ' ἕτερον πάλιν, ὡς καὶ ὁ Θεσσαλὸς, εἴποι ἄϊταν.

Alterum autem, perinde ac Thessalus, vocaret Aitem. Quasi vox ἄϊτας, tum Laconibus, tum Thessalis fuerit in usu. Monent viri docti ἄϊτας atque ἠΐθεος unum et idem esse vocabulum, atque hanc formam ab illa non nisi dialecto differre.

v. 15. ἴσῳ ζυγῷ. Duas conjecturas proposuit Wartonus, ἰσόζυγες, et ἰσοζύγω· sed nihil mutandum. Hunc locum ob oculos habuit Julianus, Orat. VIII. p. 244. ut bene animadvertit Toupius, ad Suidam, vol. I. p. 279. Ἴσω ζυγῷ. Ἀντι τοῦ ἐξίσης. Ὁ δὲ ἀγαπήσας αὐτὸν, καὶ φιληθεὶς, τὸ λεγόμενον, ἴσῳ ζυγῷ παρ' ἐκείνου, ἡδέως μὲν αὐτῷ συνῆν. Metaphora sumpta est ab equis sub jugo pariter currentibus. Sic ἄζυγα, Eid. XXVII. 7.

v. 16. Χρύσειοι πάλαι ἄνδρες. Correxit Wassenbergius χρύσεοι οἱ πάλαι ἄνδρες. Ita autem solent recentiores homines prisci temporis felicitatem prædicare. Aristophanes, Nub. 1024. Εὐδαίμονες δ' ἀρ' ἦσαν οἱ | τότε ζῶντες, ἡνίκ' ἦς | τῶν προτέρων.

Ibid. ὅτ' ἀντεφίλησ' ὁ φιληθείς. Vulgo οκ'. Correxit etiam Kiesslingius. Catullus, LV. 19.

Nunc ab auspicio bono profecti,
Mutuis animis amant, amantur.

Infra, pro ἀγήρω, ἀγήρῳ dedit Kiesslingius, cum ι subscripto.

v. 19. ἀνέξοδον εἰς Ἀχεροντα. Ἀνόστητον βέρεθρον vocat Nonnus, Dionys. lib. xxx. p. 508. et Orpheus, ἐν Ἑρμοῦ χθονίου θυμιάματι,

Κωκυτοῦ ναίων ἀνυπόστροφον οἶμον ἀνάγκης.

Sic Virg. Æn. VI. 426.

Evaditque celer ripam irremeabilis undæ.

v. 22. ἀλλ' ἤτοι τούτων. Interpres nugatur; Locus ita vertendus est. *Sed hæc omnino in nutu et potestate deorum posita sunt.* Quod et recte vidit Heinsius. Ita locutus est Apoll. Rhod. Argon. III. 987.

——οὐ γὰρ ἄνευθεν
ὑμείων στονόεντος ὑπέρτερος ἔσσομ' ἀέθλου. (Toup.)

Cod. Laurent. exhibet ἔσσοιν θ'. Unde hæc confecit Græfius:

ἀλλ' ἤτοι τούτων μὲν ὑπέρτεροι οὐρανίωνες.
ἔσσοιθ', ὡς ἐθέλουσιν.

v. 23. ἐγὼ δὲ σὲ τὸν καλὸν αἰνέων. Apud Theognidem, v. 1327. Ed. Bekker, ita lege;

Ὦ παῖ, ἕως ἂν ἔχῃς λείαν γένυν, οὔ ποτέ σ' αἰνῶν
παύσομαι, οὐδ' εἴ μοι μόρσιμόν ἐστι θανεῖν.

Vulgo σαίνων.

v. 24. ψεύδεα. Explicat Casaubonus: *non dicam mendacium, ut mihi pustula succrescat in naso.* Qualis occurrit superstitio Eid. IX. 30. Pro ἀραιῆς Heinsius hic scribendum putat ἀραίας, (atque ita Codd.) id est, καταράτου. Scilicet eorum qui mentiebantur nasum fieri existimabant κατάρατον, et quasi reum tanti criminis pœnas pendere, ut in pustulas abiret. Ἀραιὸς est λεπτός. Mea quidem sententia multum difficultatis hoc loco tollitur legendo cum Koehlero ἀκραίης. Hesych. Ἀκραίας, ἄκρας. De sententia loci dicam infra. Restituenda autem vox ἄκραιος Quinto Calabro, lib. V. v. 659.

βαιὸν ἀποβρίξαντες ἀκραίοισιν βλεφάροισιν.

Ubi legit Rhodomannus ἀραιοῖσιν. Cod. ἀρεοισιν. Quin et apud Æschylum, Sept. Theb. v. 785. corrupte legitur ἀραίας· pro quo tamen non itidem reponi postulat ἀκραίας, sed alia quædam vox. Locum istum ex initio repetenti dabit veniam, ut spero, lector eruditus

Ἐπεὶ δ' ἀρτίφρων
ἐγένετο μέλεος ἀθλίων
γάμων, ἐπ' ἄλγει δυσφορῶν,
μαινομένᾳ κραδίᾳ
δίδυμα κάκ' ἐτέλεσεν·
πατροφόνῳ χερὶ τῶν
μισοτέκνων
ὀμμάτων ἐπλάγχθη.

τέκνοις δ' ἀγρίας
ἐφῆκεν, ἐπικότος τροφᾶς,
αἰ, αἰ, πικρογλώσσους ἀρᾶς,
καί σφε σιδαρονόμῳ
διὰ χερί ποτε λαχεῖν
κτήματα· νῦν δὲ τρέω
μὴ τελέσῃ
καμψίπους Ἐρινύς.

Μισοτέκνων, quod pro absurda lectione κρεισσοτέκνων multis abhinc annis a me excogitatum fuerat, nuper sensi etiam Porsono in mentem venisse. Vide "Classical Journal," vol. X. p. 115. Pro ἀραίας reposui ἀγρίας, cum sensu, tum metro, suadente. Absoluta autem hac cantione ingreditur Nuncius, et Chorum his verbis alloquitur:

θαρσεῖτε παῖδες μητέρων τεθραμμέναι.
πόλις πέφευγεν ἥδε δούλιον ζυγόν.

Ubi, Butlero interprete, nihil aliud sunt παῖδες μητέρων τεθραμμέναι, nisi Virgines quæ sub matrum custodia more veterum vitam agebant. Et verborum structuram quodammodo defendit Blomfieldius, allatis Sophocl. Philoct. 3. Eurip. Heraclid. 578. Mihi videtur legendum esse τημελῶς τεθραμμέναι, *cum cura nutritæ*. Ita apud Eurip. Iphig. Aul. v. 731.

χώρει πρὸς Ἄργος, παρθένους τε τημέλει.

Jam ad Theocritum revertor.

v. 24. ἀναφύσω. Al. ἀναφυσῶ, *sursum efflo, emitto*. Pro ἀναφυσήσω poni credit Æmilius Portus. Sensus, ut opinor, hic est. "Ego te collaudans non inaniter jacto, non falsos atque mellitos, ut ait Petronius, verborum globulos supra extremitatem nasi mei sursum efflo." Metaphora sumpta videtur ab iis qui salivam aere tumidam ore suo sursum efflant.

v. 26. ἀπῆλθον. Qui injuria afficitur, is, si in integrum restituitur, justum μέτρον accipit, sin autem διπλάσιον ei tribuitur, accipit ἐπίμετρον. (KIESSLING) al. ἀπῆνθες, quod Reiskius interpretatur; *Abis a me cumulatus accessione amoris ejus quo te prosequor*.

v. 27. Νισαῖοι Μεγαρῆες. Megarenses veteris et antiquæ Græciæ distinguebantur ab aliis Megarensibus Siculis cog-

homine Nisæorum. Athenæus, lib. xiv. p. 659. Τὸν Μαίσωνα Πολέμων ἐκ τῶν ἐν Σικελίᾳ φησὶν εἶναι Μεγαρέων καὶ οὐκ ἐκ τῶν Νισαίων. Νισαῖοι Μεγαρῆες dat Apoll. Rhod. II. 747. citante Kiesslingio. Νισαία, ἐπίνειον τῶν Μεγαρέων. Strabo. IX. 599. Ita nominatum fortasse ex Niso Megarensium rege, quem et populo cognomen tribuisse crediderim. Pro οἰκοίητε, al. οἰκείοιτε.

v. 28. περίαλλα ξεῖνον ἐτιμήσασθε. Al. περὶ ἄλλων ξείνων τιμήσασθε. Περίαλλα est *eximie*. De Diocle consule sis Scholiastem. Jurabant hunc Megarenses. Vide Aristoph. Acharn. 774.

v. 34. διαιτᾷ. Διαιτάω, sed sæpius διαιτέω, *judico*. Hinc διαιτητής. Pro ἐπιβωστρεῖ infra, leguntur in Codd. ἐπιβωτᾷ· ἐπιβωστρᾷ· ἐπιβοστρᾷ· ἐπιβοᾷ· ἐπιβῶνται. Codex Cantabrigiensis, quem festinanter contuli, exhibet ἐπιβῶτα. Et sic legisse Eustathium suspicatur Valckenaerius.

v. 36. Λυδίη. Lapis Lydius, quo aurum probatur, etiam χρυσῖτις dicebatur. Hesych. Χρυσῖτις, λίθος ἡ λεγομένη βάσανος, ἢ Λυδία. Bacchylides, Fragm. IV. Ed. Jacobs. Λυδία μὲν γὰρ λίθος μανύει χρυσόν.

v. 37. μὴ φαῦλος. Vulgo μὴ φαῦλον, pro quo Reiskius ex ingenio rescripsit μὴ φαῦλοι, non *imperiti, non contemnendi, sed rerum suarum intelligentes argentarii*. Melius, ut opinor, Schaferus, quocum et nos conjeceramus, μὴ φαῦλος, *quo aurum accurate explorant argentarii, num vitiatum sit*. Ita locutus est Euripides, Heracl. 483.

θέλω πυθέσθαι μὴ 'πὶ τοῖς πάλαι κακοῖς
προσκείμενόν τι πῆμα σὴν δάκνει φρένα.

Vox ἐτήτυμον adverbialiter sumitur, ut apud Homerum, Odyss. δ. 157.

κείνου μέντοι ὅδ' υἱὸς ἐτήτυμον, ὡς ἀγορεύεις.

EIDŸLLIUM XIII.

V. 2. Ὦ τινι τοῦτο θεῶν. Pater Cupidinis incertus est. Citavit Casaubonus ex Meleagro, Epig. XCI.

πατρὸς δ' οὐκέτ' ἔχω φράζειν τίνος· οὔτε γὰρ αἰθὴρ,
οὐ χθών φησι τεκεῖν τὸν θρασὺν, οὐ πέλαγος.

v. 3. καλὰ φαίνεται ἡμες. Supra Eid. VI. 19. τὰ μὴ καλὰ καλὰ πέφανται.

v. 4. ἐσορῶμες. Al. ἐσορῶντες. Ἐσορεῦμες malit Valckenaerius. Epig. ἀδεσπ. LXXXI.

πῖνε καὶ εὐφραίνου· τὶ γὰρ αὔριον, ἤ τι τὸ μέλλον,
οὐδεὶς γινώσκει.

v. 5. χαλκεοκάρδιος. Al. χαλκιοκάρδιος. Durum fortemque Herculem significat, qui nullum metuit periculum. Homer. Il. B. 490. χάλκεον δὲ οἱ ἦτορ ἐνείη. Horat. Od. I. 3. 9. *Illi robur et æs triplex circa pectus erat.* Moschus IV. 44. πέτρης ὄγ' ἔχων νόον ἠὲ σιδήρου χάλκεον ἐν στήθεσσιν. (HARLES.)

v. 6. τὸν λῖν. Λῖς vel λὶς, utroque enim modo signatum video, *Leo*. Nomen poeticum et Theocriteum, diptoton. Vide Porti Lex. Dor. Respicit autem leonem Nemeæum de quo fuse Eid. XXV.

v. 7. πλοκαμῖδα φορεῦντος. Cæsariem in cincinnos compositam gestantem. Πλοκαμῖδες alias ipsi sunt cincinni. Ita Palladas Alexandr. Ep. II.

Ὦ ξυρὸν οὐράνιον, ξυρὸν ὅλβιον, ᾧ πλοκαμῖδας
κειραμένη πλεκτὰς ἄνθετο Παμφίλιον, κ. τ. λ.

Item Athenæus, lib. vi. p. 259. κόμας τε ἔτρεφον, καὶ πλοκαμῖδας ἔχειν ἤσκουν. Et Bion, Eid. I. 20. λυσαμένα πλοκαμῖδας.

v. 8. καί μιν. Al. καί νιν. Hunc et sequentem versiculum, utpote suo loco non hærentes, versui 14. præfigi vult Valckenaerius.

Ibid. πατὴρ ὠσεὶ. Homerus, Od. A. 307.

Ξεῖν', ἤτοι μὲν ταῦτα φίλα φρονέων ἀγορεύεις,
ὥς τε πατὴρ ὦ παιδί.

v. 11. οὐδ' ὅκα. Al. οὔθ' ὅκα, et οὐδ' ὅκκ'. In proximo versu vulgo οὐδ' ὁπότ', al. οὔθ' ὁπόκ'. Pro ἀνατρέχει legit Schaferus ἀνατρέχοι. Ὅτε cum optativo constructum significat *quoties*. Vide Hoogeveen de Part. Gr. Pro ἐς Διὸς Valckenaerius ἐκ Διὸς, præeunte Heinsio, ne poeta bis idem dixisse videatur. Atque ita nonnulli MSS. Verum non inepte dicitur Aurora primo mane in Jovis domum ascendere. Apposite citavit Kiesslingius, Homer. Il. B. 48.

Ἠὼς μὲν ῥα θεὰ προσεβήσατο μακρὸν Ὄλυμπον,
Ζηνὶ φόως ἐρέουσα.

Intellige autem hoc loco, neque meridie, neque ante, neque post meridiem, Herculem ab Hyla discessisse.

v. 12. ὀρτάλιχοι. Nomen ὑποκοριστικὸν, ab ὀρταλὶς, *gallina*. Hinc ὀρταλίζω, *alas explico*. Pro πετεύρῳ, al. πεταύρῳ, quod et malit Heinsius propter soni πλατύτητα. Πέταυρον autem, sive πέτευρον, est *tignum* aut *asser* super quo gallinæ dormiunt. V. Hesych. Monet Stephanus epitheton αἰθάλοεν ei tribui, quoniam propter caminos plerumque ejusmodi asseres seu crates suspendi solent, atque ita fumosi reddi.

v. 14. πεπoναμένος. Oppian. Cyneg. lib. i. v. 10.

Τόν ῥα πατὴρ κρατερῇσι πονησάμενος παλάμῃσι
δῶκεν ἔχειν πᾶσαν τραφερὴν πᾶσάν τε καὶ ὑγρὴν.

Quem quidem (filium) pater validis cum formasset palmis, concessit ut haberet omnem terram totumque mare. Qui versus istos aliter interpretantur errare vel ex hoc Theocriti loco satis liquet.

v. 15. αὐτῷ δ' εὖ ἔλκων. Αὐτῷ est χάριν αὐτοῦ, *in ejus gratiam*. Aristoph. Ecl. 718.

ἀλλὰ παρὰ τοῖς δούλοισι κοιμᾶσθαι μόνον,
κατωνάκῃ τὸν χοῖρον ἀποτετιλμένας.

Ubi κατωνάκῃ metonymice ponitur pro δούλοις, id est, δούλων χάριν. Vide Brunckium ad locum.

Ibid. εὖ ἔλκων. Metaphora sumpta a bubus aratrum tra-

hentibus. Emendabat autem Vossius *αὐτῷ δ' εὖ εἴκων*. Heinsio placebat, *εὖ ἥκων*, i. e. *εὖ παιδείας ἥκων ἀνὴρ καλὸς κἀγαθὸς παρ' αὐτῷ γένοιτο*. Denique ex scriptura Codicis Toletani *αὐτῷ δ' ἐξέλκων* non absurdam lectionem effecit Koehlerus, *αὐτῶ δ' ἐξέλκων, ab eo sumens exemplum*.

v. 15. *ἐς ἀλαθινὸν ἄνδρ' ἀποβαίη*. Bion, II. 14. *ἦν δ' ἀνέρος εἰς μέτρον ἔλθῃς*. Sic *μεταβῆναι ἐκ παιδὸς εἰς ἄνδρα* dicunt Græci. v. Lucian. Am. §. 24. et Noster, Eid. XIV. 28. *μάταν εἰς ἄνδρα γενειῶν*.

v. 16. *ἀλλ' ὅκα*. Oppian. Cyneg. II. 621.

ἀλλ' ἐπεὶ οὖν περόωντο μετὰ χρύσειον ἄεθλον
Ἀργώης ἀπὸ νηὸς Ἰήσονι συμπονέοντες.

Et Apoll. Rhod. ad initium hæc habet,

———παλαιγενέων κλέα φωτῶν
μνήσομαι, οἱ Πόντοιο κατὰ στόμα, καὶ κατὰ πέτρας
Κυανέας, βασιλῆος ἐφημοσύνῃ Πελίαο,
χρύσειον μετὰ κῶας εὐζυγον ἤλασαν Ἀργώ.

v. 18. *ὧν ὄφελός τι*. Lucian. Herodotus, sive Aetion, §. 8. *Αὐτοί τε οὖν ἤδη συνεληλύθατε, ὅτι περ ὄφελος ἐξ ἑκάστης πόλεως*. Et Aristoph. Eccl. 52.

Ὁρῶ προσιούσας χἀτέρας πολλὰς πάνυ
γυναῖκας, ὅτι περ ἔστ' ὄφελος ἐν τῇ πόλει.

Item, quod ad sententiam attinet, Apoll. Rhod. III. 347.

τῇ δ' ἐναγειράμενος Παναχαΐδος εἴτι φέριστον
ἡρώων.

v. 20. Μιδεατίδος. Vide Eid. XXIV. 1. *Μιδέα, πόλις Ἄργους. οἱ δὲ τὴν κώμην αὐτήν φασιν*. Schol.

v. 22. *ἀλλὰ διεξαΐξε*. Apoll. Rhod. de hac re, IV. 979.

καὶ μὲν τὰς παράμειβον ἐπ' ἤματι, νυκτὶ δ' ἐούσῃ
πεῖρον ἁλὸς μέγα λαῖτμα κεχαρμένοι.

Item, lib. II. 606.

πέτραι δ' εἰς ἕνα χῶρον ἐπισχεδὸν ἀλλήλῃσι
νωλεμὲς ἐρρίζωθεν· ὃ δὴ καὶ μόρσιμον ἦεν
ἐκ μακάρων, εὖτ' ἄν τις ἰδὼν διὰ νηὶ περήσῃ.

In quorum versuum ultimo monet Taylorus legendum esse *ἰών*· id patere ex loco Valerii Flacci hinc expresso, lib. xiv. v. 707.

——talia fundit,
Imperio fixos Jovis, æternumque revinctos,
Nescius: id fati certa nam lege manebat,
Si qua per hos undis unquam ratis ïsset apertis.

Χοιράδες sunt petræ aqua eminentes, ut porco nanti similes videantur. Eurip. Troad. 89.

Ἀκταί τε Μυκόνου Δήλιοί τε χοιράδες.

Item Androm. 1266. παλαιᾶς χοιράδος κοῖλον μυχόν. Cæterum sententiam paulo impediliorem explicat Jacobsius ita legendo,

ἀλλὰ διεξάϊξεν, ἀφ' ὧ τότε χοιράδες ἔσταν,
αἰετὸς ὣς, μέγα λαῖτμα, βαθὺν δ' εἰσέδραμε Φᾶσιν.

Pro μέγα λαῖτμα conjecit Reiskius μεγάλαιχμος, *magnis unguibus prædita*, nulla, quod sciam, auctoritate stabilitum. Mihi succurrit μεγάλαυχος, *superbiens*. Sed forte ordo verborum, ut vulgo leguntur, celerem navis motum designat. "Lobeckius ad Soph. Aj. p. 294. plura loca, in his hunc Theocriti, citavit, ubi, non ut proximum quodque est, ita ad illud reliqua congruunt, sed quasi intermissione quadam quiescit interdum constructio et suspenditur, donec ad institutum ordinem redeat." (KIESSLING.) Idem vir doctus legit ἀφ' ὧ τ' ἔτι, *a quo inde tempore*.

v. 25. Πελειάδες. Hesiod. Εργ. 383.

Πληϊάδων Ἀτλαγενέων ἐπιτελλομενάων,
ἄρχεσθ' ἀμητῶ.

Uterque poeta de ortu Heliaco hujus sideris loquitur, quem Hesiodi ætate Maii 2. contigisse observat Petavius. v. Eid. VII. 53. Hanc expeditionem factam censuit Newtonus anno ante Christum 937. Quam reliqui Chronologi plus 300 annis antiquiorem putant. (TAYLOR.)

Ibid. ἐσχατιαὶ δὲ. Ἔσχατιαὶ forsitan hoc loco sunt simpliciter *agri*. Alibi vox significat *extremitates agrorum*. Dixit Moschus, Eid. IV. 97. τηλεθάοντος ἐπ' ἐσχατιῇ τινος ἀγροῦ. In sequente versu τετραμμένω est λήξαντος.

v 27. ἄωτος ἠρῶων. Pindarus, Pyth. IV. 335. ἐς δ'

Ἰαωλκὸν ἐπεὶ κατέβη ναυτῶν ἄωτος. Idem ipsam phrasin ἄωτον ἡρώων alibi usurpavit.

v. 29. νότῳ τρίτον ἦμαρ ἀέντι. Recte hoc dici monet Valckenaerius, et ex more Theocriti. Citat Kiesslingius Xen. H. Gr. II. 2. 25. περιόντι δὲ ἐνιαυτῷ.

v. 30. εἴσω δ' ὅρμον. Ordo est, ἔθεντο ὅρμον εἴσω Προποντίδος. *Portum sibi asciverunt intra Propontidem.* Kiesslingio legendum videtur ἔδυντο, *Intrarunt portum.*

Ibid. Κιανῶν. Κιανοὶ οἱ τὴν Κῖον οἰκοῦντες· ἥτις νῦν καλεῖται Προῦσα, ἀπὸ τοῦ τῶν Βιθυνῶν βασιλέως. Infra pro εὐρύνοντι, al. εὐθύνοντι.

v. 31. τρίβοντες ἄροτρον. Al. ἄροτρα. Hemsterhusius corrigendum suspicabatur ἀρότρῳ. Comparat Kiesslingius Virg. Georg. I. 46. *et sulco attritus splendescere vomer.*

v. 32. κατὰ ζυγά. Id est, *eodem ordine servato quem in transtris sedentes servabant.* Aliter explicat Scholiastes; σύνδυο (*bini*) δεῖπνον ἐποιοῦντο. Vide Kiesslingium ad locum.

Ibid. δαῖτα πένοντο δειελινοί. Al. δειελινόν. Hinc Apoll. Rhod. I. 1185.

οἱ δ' οἶνον κρητῆρσι κέρων, πονέοντό τε δαῖτα.

v. 33. χαμεύνην. Humilem lectum intellige super terram stratum. (WARTON.)

v. 34. μέγα στιβάδεσσιν ὄνειαρ. Al. μέγας, sc. λειμών. Schol. στιβάδεσσιν ὄνειαρ, ἤγουν ταῖς κοίταις ὠφέλεια· παρ' ὅσον ἐποίουν τὰς στιβάδας ἐκ τῆς ἐν τῷ λειμῶνι φυομένης ὕλης.

v. 35. βούτομον ὀξύ. Sunt qui credant plantam esse quæ a Linnæo *Sparganium erectum* appellatur. Schol. ad Aristoph. Av. 661. citante Kiesslingio: βούτομον φυτάριον παραπλήσιον καλάμῳ, ὃ ἐσθίουσι οἱ βόες. De *cypero* v. supra, Eid. V. 45. Pro βαθύν τ', al. βαθὺν δ'.

v. 36. κῶχεθ Ὕλας. Apoll. Rhod. I. 1207.

Τόφρα δ' Ὕλας χαλκῇ σὺν κάλπιδι νόσφιν ὁμίλου
δίζητο κρήνης ἱερὸν ῥόον, ὡς καὶ (l. κε) οἱ ὕδωρ

φθαίη ἀφυσσάμενος ποτιδόρπιον, ἄλλα τε πάντα
ὀτραλέως κατὰ κόσμον ἀπαρτίσσειεν ἰόντι.

Vide etiam quæ sequuntur. Sic Propertius, I. 20. 23.

At comes invicti juvenis processerat ultra,
Raram sepositi quærere fontis aquam.

Monet autem Taylorus illud ὕδωρ ἐπιδόρπιον omitti ab Orpheo et Val. Flacco, quippe quibus visum sit officium nimis servile, quemadmodum ait Scholiastes: ἀπρεπὲς δὲ νεανίαν ὑδρίαν βαστάζειν. Hinc Nonnus, Dionys. lib. xlvii. p. 807.

Τλήσομαι ὡς θεράπαινα πολύκροτον ἱστὸν ὑφαίνειν,
καὶ φθονεροῖς ὤμοισιν ἀήθεα κάλπιν αείρειν,
καὶ γλυκερῷ Θησῆι φέρειν ἐπιδόρπιον ὕδωρ.

v. 38. ἄμφω. Ἀμφὶ legebat Hemsterhusius hiatu non deterritus. Forte legendum ἀμφὶς, id est, *seorsim*. Hesych. in voce Διαμφιδιον. Ἀμφὶς γὰρ, χωρίς. Vide et Damm. Lex. Homericum. Eadem vox restituenda, ni fallor, Leonidæ Tarentino, Epig. XXIX. ubi indignatus Mercurius sibi et Herculi æqualiter apponi litata, ait,

μισέω τὰν μετοχὰν, οὐδ' ἥδομαι· ἀλλ' ὁ φέρων τι
ἀμφὶς, μὴ κοινᾷ τοῖς δυσὶ παρτιθέτω.

Vulgo ἄμφω, quod in ἀμφοῖν mutatum voluit Jacobsius.

Ibid. δαίνυντο. Δαίνυσθαι, *epulari, ad epulandum instruere*, a δαὶς *epulum*. Est vocabulum Homericum. (HARLES.) Monet Kiesslingius dictum esse pro δαινύμενον ἔχειν τράπεζαν, ut in Eid. XXX. 8. δραμόντες ὕλαν, pro δραμόντες πατῆσαι ὕλαν, &c. Ad phrasin intelligendam satis est, si concedamus subaudiri κατά.

v. 39. κράναν. Apoll. Rhod. I. 1221.

αἶψα δ' ὄγε κρήνην μετεκίαθεν, ἣν καλέουσι
Πηγὰς ἀγχίγυοι περιναίεται.

v. 40. ἠμένῳ ἐν χώρῳ. Ita Silius, lib. xvi. v. 647.

Et sedet ingentem pascens Mevania taurum.

Vide ibi Heinsium, qui vocem ἠμένῳ apud nostrum malit vertere ἐπιπέδῳ quam κοίλῳ cum Interprete. Musgravius conjecit νηνέμῳ. Reiskius ex Codd. revocavit εἰμένῳ ἐν χόρτῳ, et χόρτον interpretatur *locum clausum, septum*, "un parc."

v. 40. *θρύα.* *Θρύον, ulva, planta palustris.* Citat Wartonus Homerum, Il. Φ. 351.

καίετο μὲν λωτός τ', ἠδὲ θρύον, ἠδὲ κύπειρον,
τὰ περὶ καλὰ ῥέεθρα ἅλις ποταμοῖο πεφύκει.

Ubi pro *περὶ* forte reponendum *προτί*. Monet Toupius *θρύον* et *ἀδίαντον* conjungi apud Orpheum, Argon. 913. *εὐειδὴς ἀδίαντος καὶ θρύον.* Diversæ autem lectiones in Codd. prostant, *θρύα, φρύα, δρύα, θρία, δρία.* Posses etiam legere *βρύα. βρύον* est *muscus.* Vide Eid. XXI. 7. Putat Kiesslingius *θρία,* quod pro papaveribus usurpari docet Wartonus, non contemnendum esse, conferens Propert. I. 20. 37. Verum *θρίῳ* apud Nicandrum, Alexeph. 55. penultimam producit, nempe a nominativo *θρῖον.* *Θρίον* pro *θρύον* mendose legitur in Epig. *ἀδεσπ.* CCXXII. de vacca Myronis;

——εἵνεκα δ' ἂν σεῦ,
πλάστα Μύρων, λωτὸν καὶ θρύον ἐδρεπόμαν.

v. 41. *χελίδονιον.* Pollianus in Epig. I. citat ex alio quodam poeta, *ἐκ ποταμῶν χλωρὰ χελιδόνια.* *Ἀδίαντος* dicitur esse illud quod vulgo *Capillus veneris,* Anglice, " Maidenhair."

v. 42. *εἰλιτενὴς ἄγρωστις.* Etymol. M. *Εἰλιτενὴς ἄγρωστις, Θεόκριτος· ἡ ἐν τοῖς ἕλεσι γινομένη· ῥιζοβόλος γὰρ ἡ ἐπιπολὺ διϊκνουμένη· πλεονασμῷ τοῦ ι.* Rescribo: *ἡ ἐν τοῖς ἕλεσι γινομένη, πλεονασμῷ τοῦ ι· ἡ ἐπὶ πολὺ διϊκνουμένη· ῥιζοβόλος γάρ.* Atque ita quidem totidem apicibus scriptum fuisse ab Hemsterhusio me per literas certum fecit Gaisfordius.

v. 44. *δειναὶ θεαὶ ἀγροιώταις.* Hinc vox *νυμφόληπτος.* Vide Schol.

v. 45. *Εὐνίκα.* *Εὐνεῖκα,* Codd. bene multi, atque ita edidit Gaisfordius. Monet ille ΝΕΙΚΗ in vetustis marmoribus satis constanter exaratum reperiri. Contra in Eid. XX. MSS. tantum non omnes exhibent *Εὐνίκα.* Nimirum carmen illud recentioris cujusdam poetæ opus videtur.

Ibid. *Νυχεία.* *Νύχεια, κρήνη ἐν Τάφῳ,* memoratur in Ep. *ἀδεσπ.* 364.

v. 46. *ἤτοι ὁ κῶρος.* Propertius, I. 10. 43.

Tandem haurire parat demissis flumina palmis,
Innixus dextro plena trahens humero.

Val. Flaccus, III. 556.

———utque artus et concita pectora sudor
Diluerat, gratos avidus procumbit ad amnes.

Apoll. Rhod. I. 1234.

αὐτὰρ ὅγ' ὡς τὰ πρῶτα ῥόῳ ἔνι κάλπιν ἔρεισε
λέχρις ἐνιχριμφθεὶς, περὶ δ' ἄσπετον ἔβραχεν ὕδωρ
χαλκὸν ἐς ἠχήεντα φορεύμενον.

Piersonus pro ποτῷ, ex hoc, ut videtur, Apollonii loco, rescripsit ῥόῳ. Sed, monente Wartono, habet Æschylus ποτῷ, pro *flumine*, vel *aqua fluviatili*. Pers. 487.

Σπερχειὸς ἄρδει ποταμὸς εὐμενεῖ ποτῷ.

Vide etiam Soph. Philoct. v. 21. Veteres hic dant Edd. ποτῶ sine ι subscripto, sc. πολυχανδέα ποτῶ, *aquæ capacem*.

v. 47. πᾶσαι. Apoll. Rhod. I. 1236. de nympha Ephydatie,

———αὐτίκα δ' ἤγε
λαιὸν μὲν καθύπερθεν ἐπ' αὐχένος ἄνθετο πῆχυν,
κῦσαι ἐπιθύουσα τέρεν στόμα· δεξιτερῇ δὲ
ἀγκῶν' ἔσπασε χειρὶ, μέσῃ δ' ἐνικάββαλε δίνῃ.

Val. Flaccus, de Dryope Nympha, III. 562.

Illa avidas injecta manus heu sera cientem
Auxilia, et magni referentem nomen amici,
Detrahit; adjutæ prono nam pondere vires.

Orpheus de omnibus Nymphis meminit, v. 643.

———ἐν δὲ σπέος ἦλυθε Νυμφῶν
Λειμακίδων· αἱ δέ σφιν ἐσαθρήσασαι ἰόντα
κοῦρον ἐτ' ἠΐθεον, κατερύκακον, ὄφρα σὺν αὐταῖς
ἀθάνατός τε πέλῃ καὶ ἀγήραος ἤματα πάντα.

Itidemque Ovidius, Art. Amand. II. 110.

Naïadumque tener crimine raptus Hylas. (Taylor.)

v. 48. ἀμφεδόνησεν. Verbum δονεῖν prima, quod sciam, Sappho ad amoris affectum, mentem mire agitantem transtulit, Fr. X. apud Brunck. Ἔρος δ' αὖτέ μ' ὁ λυσιμελὴς δονεῖ. Bion. V. 4.

ἦν δὲ νόον τις ἔρωτι δονεύμενος ἀδὺ μελίσδῃ.

Agathias, Epig. XXIV.

Πάντων δ' ἐκδεδόνητο θοαὶ φρένες, οὐδέ τις ἡμέων
ἦεν, ὃς οὐ Βάκχῳ δάμνατο καὶ Παφίῃ.

Hæc sufficere possunt ad firmandam lectionem a Valckenaerio in textum invectam. Quum tamen alius Codex exhibeat ἐξεσόβησεν, facile in eam suspicionem delabaris, veram et antiquam scripturam fuisse ἐξεσόβησεν. Cui simile est hoc apud Apoll. Rhod. I. 1232. τῆς δὲ φρέναs ἐπτοίησεν Κύπρις. Paul. Silent. Epig. XXXIV.

ἐκχυτὸν ἐκ στέρνων ἐξεσόβησα νόον·

Quod verbum haud scio an restituendum sit Nostro, Eid. II. 136. (JACOBS.) Al. ἀμφεκάλυψε. Utor hac occasione restituendi verbum δονεῖν Æschylo, in Agamemnone, v. 278.

ἰσχὺν πορευτοῦ λαμπάδος πρόσω δονεῖ
πευκη——

Vide infra v. 285. Vulgo πρὸς ἡδονήν.

v. 51. ἀθρόος. Non est in lingua Latina vocabulum quo uno omnis hujus vocabuli vis exprimi possit: significat enim simul *totus*, et *subito*. Vid. Dorville ad Chariton, p. 95=257. Proxime accedit usus vocab. *præceps*. (KIESSLING.) Hesych. Ἀθρόως, αἰφνιδίως,—ὁμου. Accuratius, quod mirum, loquitur Ovidius, Met. II. 320.

Volvitur in præceps, longoque per aera tractu
Fertur, ut interdum de cælo stella sereno,
Etsi non cecidit, potuit cecidisse videri.

Uterque autem poeta ex fonte Homerico rivulum suum derivavit. Il. Δ. 75.

Οἷον δ' ἀστέρα ἧκε Κρόνου παῖς ἀγκυλομήτεω,
ἢ ναύτῃσι τέρας, ἠὲ στρατῷ εὐρεῖ λαῶν,
λαμπρον· τοῦ δέ τε πολλοὶ ἀπὸ σπινθῆρες ἵενται·
τῷ εἰκυῖ' ἧιξεν ἐπὶ χθονὶ Παλλὰς Ἀθήνη.

Pro ἐν πόντῳ, al. ἐς πόντον. Pro πυρσὸς, al. πυρρός.

Ibid. ναύταις δέ τις εἶπεν ἑταῖρος. Al. ἑταίροις· unde conjecit Brunckius legi debere ναύτας δέ τις εἶπεν ἑταίροις.

Neque tamen non defendi posset etiam illa lectio, ναύταις δέ τις εἶπεν ἑταίροις.

v. 52. ποιεῖσθ' ὅπλα. Videtur Scholiastes legisse ποιεῖθ'. Ὅπλα sunt *armamenta;* Anglice, "the Tackle." Virgilius, Æn. III. 267. *excussosque jubet laxare rudentes.* Vel verte *expedita facite,* id est, *solvite, vela,* cum Harlesio. Nobiscum facit Kiesslingius, verteus, *elevate arma.* Pro πλευστικὸς, Callierg. πνευστικός.

v. 54. παρεψύχοντ'. Al. παρεψυχῶντ'. Verte, *consolabantur.* Hinc παραψυχὴ, *solatium.* Quam tamen vocem citans Pollux, addit, ἀφ' οὗ ῥῆμα οὐκ ἔστιν. Proinde Ernestius ad Callimachum, H. in Cer. 46. videtur legisse παρέψηχον, *permulcebant.* Apoll. Rhod. III. 112. μειλιχίοισι καταψήχων ὀάροισι.

v. 55. Ἀμφιτρυωνιάδας. Nonnus, Dionys. lib. xi. p. 200.

οὐ τόσον Ἡρακλέης δρόμον ἤνυεν, ὁππότε Νύμφαι
ἄβρον Ὕλαν φθονεροῖσι κατεκρύψαντο ῥεέθροις.

v. 56. Μαιωτιστὶ. *More Scytharum.* Primas ferebant in arte sagittandi Scythæ. Apud nostrum, Eid. XXIV. 105. Eurytus perhibetur præceptor Herculis fuisse in hac arte. Sed vide Schol. in hunc locum. De clava Herculis vide Eid. XXV. 207.

v. 58. τρὶς μὲν Ὕλαν ἄϋσεν. Citat Gaisfordius Eustathium ad Dionysium, v. 805. Ita Homerus, Il. Λ. 462.

τρὶς μὲν ἔπειτ' ἤϋσεν, ὅσον κεφαλὴ χάδε φωτὸς,
τρὶς δ' ἄϊεν ἰάχοντος ἀρηΐφιλος Μενέλαος.

De Hyla Propertius, I. 20. 47.

Prolatum leviter facili traxere liquore;
Tum sonitum rapto corpore fecit Hylas.
Cui procul Alcides iterat responsa: sed illi
Nomen ab extremis fontibus aura refert.

Et Val. Flaccus, III. 596.

Rursus Hylan, et rursus Hylan, per longa reclamat
Avia; responsant sylvæ, et vaga certat imago.

v. 59. vid. p. [415]

v. 61. ἠϋγένειος. Homer. Od. δ. 456.

ἀλλ' ἤτοι πρώτιστα λέων γένετ' ἠϋγένειος.

v. 62. *τὶς ἐν ὥρεσι* Interpungit Reiskius post *φθεγξαμένας*. Monet Kiesslingius poni *τὶς* indefinitum post comma, ut Eid. I. 32. *τὶ θεῶν δαίδαλμα*.

v. 64. *ἀτρίπτοισιν*. Proprie, *pede non tritis*. v. Warton ad locum.

v. 65. *δεδόνατο, πολὺν δ' ἐπελάμβανε χῶρον*. Vertendum erat; *Pueri desiderio erraverat, et multum insuper obibat*, vel *obiturus erat terram*. Vim temporum non satis perspexerunt Interpretes.

v. 66. *ἀλώμενος ὅσσ' ἐμόγησεν ὥρεα*. Al. *ὡς*. Citat Kiesslingius Eurip. Helen. 539.

πορθμοὺς δ' ἁλᾶσθαι μυρίους πεπλευκότα.

Eadem est syntaxis verbi *πλάζομαι* apud Coluthum de raptu Helenæ, v. 38.

μητέρα μαστεύουσα μάτην ἐπλάζετο κούρη
καὶ Κικόνων πτολίεθρα, καὶ Αἰολίδος πόρον Ἑλλης.

Et Callim. H. in Dian. 234. habet *κούρας οὔρεα πλαζομένας*. Frustra igitur pro *ὥρεα* legit Mitcherlichius *ἂν ῥία*. Ilgenius *ὥρεα κἂν δρυμώς*.

v. 68. *ναῦς μένεν*. Hic locus vulgo ita legitur:

ναῦς μένεν ἄρμεν' ἔχουσα μετάρσια· τῶν παρεόντων
ἱστία δ' ἡίθεοι μεσονύκτιον ἐξεκάθαιρον.

Id est, secundum vulgarem interpretationem; *Navis interea stabat aptas habens antennas; juvenes vero qui aderant vela purgabant*. Sed locum in mendo cubare a viris doctis jam perspectum est. Aldina interpungit post *παρεόντων*. Toupius pro *ἱστία* legit *οὖρον*, ex Homero, Il. B. 153. Reiskius:

ἰκρία δ' ἡίθεοι μεσονύκτιον ἔστ' ἐκάθαιρον.

Eldikius *ἱστία——ἔστε* (*ἔστε*) *καθεῖλον*. Kiesslingio valde placet Græfii conjectura *τῶν ποδεώνων*. Vide interpretes ad Virgilianum illud, Æn. V. 830. *Una omnes fecere pedem*. *Ἄρμενα μετάρσια τῶν ποδεώνων* sunt *vela elevata, expansa*, sc. *intenta ex pedibus*. Idem vir doctus putat *ἱστία* esse interpretamentum vocis *ἄρμενα*, et legendum cum Reiskio *ἰκρία, transtra*. Nostram emendationem in contextum admittere forsitan non oportebat: sed genuinum puto quod dedi. *Restabat navis antennas*

paratas habens, Hercule atque Hyla absentibus. Per vocem *μεσονύκτιον* significatur, credo, adeo impatientes moræ fuisse Argonautas, ut media nocte surgerent, et vela expedirent, si forte eo tempore reverteretur *ὁ λιποναύτης*.

v. 70. *ᾇ πόδες ἆγον.* Apoll. Rhod. I. 1263. similiter, de Hercule,

——ἐς δὲ κέλευθον
τὴν θέεν, ᾗ πόδες αὐτὸν ὑπέκφερον ἀΐσσοντα.

v. 71. *ἧπαρ ἄμυσσεν.* Ita Æsch. Pers. 159. *καί με καρδίαν ἀμύσσει φροντίς·* et Paulus Silentiar. Ep. XXI. *μάτην δὲ σὸν ἦτορ ἀμύσσου.*

v. 72. *μακάρων ἀριθμεῖται.* Citavit Wartonus Horat. Od. III. 13. 13. *Fies nobilium tu quoque fontium.* et Virg. Æn. VII. 211.

——Regia cœli
Accipit, et numero divorum altaribus addit.

v. 73. *λιποναύταν.* Monent viri docti *λιποναύτης* et *λιποναύτιον* vocabula forensia esse, et eum qui navem reliquisset fuisse accusatum *λιπόνεως* vel *λιπονέως γενέσθαι.* Pro *Ἡρακλέην*, al. *Ἡρακλέη*.

v. 74. *ἠρώησε.* Hesych. *Ἐρωῆσαι, ἠσυχάσαι, κωλῦσαι, ὑποχωρῆσαι. Ἠρώησε* hoc loco, opinor, est *ἐκώλυσε.* Vulgo vertunt, *quod deseruisset.* Sed vide Hesychium in v. *ἠρωήσουσι*, et in eum Arnaldi notam.

Ibid. *τριακοντάζυγον.* Id est, *triginta remigum.* Vide Schol. — i. e. ἑκηκόντορον, utrimque triennis remigibus impulsam (Heinsi.)

v. 75. *πεσδᾶ.* Vulgo *πεζὸς.* Mallem saltem *πεζᾷ* uti exhibetur in multis MSS. Subaudiri *ὁδῷ* monet Reiskius.

EIDYLLIUM XIV.

NIHIL in hoc Eidyllio pastorale, ne vestigium quidem vitæ rusticæ reperies. Omnia Comœdiæ festivitatem referunt et leporem. Nec nomina, nec res, nec sermo, quid præ se ferunt bucolicum. (WARTON.) Monet Hermannus carmina XIV. et XV. παράλληλα esse, utrumque ad imitationem mimorum Sophronis factum, alterum ad virilium, alterum ad muliebrium. Ut in XV, ita in hoc quoque, omnia plena proverbiorum.

v. 1. χαίρην πολλά. Χαίρειν potius scribendum putat Valckenaerius. Mihi omnino verisimile videtur quod alibi de hac re a Kiesslingio notatum fuit. Nimirum ad Eid. XI. 71. ita scribit vir doctus: "Hæc forma infinitivi verborum barytonorum (in ην) tam constanter a Codd. bonis offertur, ut pœne mihi persuadeam, esse ubivis aut ην, aut ubi brevi syllaba opus est, εν, et in verbis puris ῆν scribendum."

Ibid. ἀλλὰ τὺ αὐτὸν, Αἰσχίνα. Hanc Reiskii conjecturam recepit Valckenaerius. Vulgo τοὶ αὐτῷ. In Codd. leguntur, τὺ αὐτὸ, τὸ αὐτὸ, τοὶ αὐτὰ, τοιαῦτα, τοὶ αὐτῷ. Alia Reiskii conjectura prostat ἄλλα τοιαῦτα Αἰσχίνᾳ· scil. βούλομαι γίγνεσθαι, vel συμβαίνοιεν.

v. 2. χρόνιος; τί δέ τοι τὸ μέλημα. Malim legere χρόνιος· sine interrogatione; ut sensus sit, *Confiteor me sero venisse, sed quid hoc tua refert? Quæ nostri adventus cura te habet?*

v. 3. ταῦτ' ἄρα λεπτός, Vertunt, *propterea macer es*, subaudito διὰ, uti et infra, Eid. XV. 8. Ita Sophocles, Œd. Tyr. 1005.

καὶ μὴν μάλιστα τοῦτ' ἀφικόμην, ὅπως
σοῦ πρὸς δόμους ἐλθόντος εὖ πράξαιμί τι.

Item, Œd. Col. 1291.

ἃ δ' ἦλθον ἤδη σοι θέλω λέξαι, πάτερ.

Aristoph. Plut. 966.

ἀλλ' ὅτι μάλιστ' ἐλήλυθας λέγειν σ' ἐχρῆν.

Et Lucianus, Dial. Merct. 6. ταῦτα γὰρ αὐτὴν ἅπαντες ἐπαινοῦσιν. Cred. potius κατὰ in omnibus his locis subaudiri, praeter XV. 9. ubi ταῦτα ἀν- ἔλαβε [illegible].

v. 4. ἀΰσταλέοι. Ex conjectura repositum fuit pro ἂν vel ἀρ' αὐαλέοι, vel αὐγαλέοι. Citavit Schaferus Homer. Od. τ. 327. εἴ κεν ἀΰσταλέος, κακὰ εἱμένος. Ubi Eustathius, αὐσταλέος δέ, καὶ κατὰ διάλυσιν ἀΰσταλέος, ὁ αὐχμῶν.

v. 6. κάννπόδατος. Ita quoque ridentur Socratici apud Aristoph. Nub. 103.

τοὺς ὠχριῶντας, τοὺς ἀνυποδήτους λέγεις.

Vide et ibid. 362. Eadem vena festivissimus Lucillius,

Εἶναι μὲν Κυνικόν σε, Μενέστρατε, κάννπόδητον,
καὶ ῥιγοῦν, οὐδεὶς ἀντιλέγει καθόλου. (WARTON.)

Ibid. Ἀθηναῖος δ' ἔφατ ἦμες. Al. ἦμεν. Athenæus, lib. ii. cap. 8. Eubulum citat de Atheniensibus ita loquentem:

οὐ ῥᾳστα δὴ πεινῶσι Κεκροπιδῶν κόροι,
κάπτοντες αὔρας, ἐλπίδας σιτούμενοι.

Ubi facile pueri Cecropidum tolerant famem, vescentes auris, se lactantes spe. Ad quæ hæc Casaubonus: "Jocatur facetissimus Eubulus in tenuem Atheniensium victum. Ait eos non vivere sed esurire. Erat enim solum Atticum parum uber."

v. 7. ὀπτῶ ἀλευρῶ. *Ut tu mulierum, ita ille panis amore æstuabat.* Timocles, apud Athenæum, lib. vi. cap. 9.

Οἴ μοι κακοδαίμων, ὡς ἐρῶ· μὰ τοὺς θεοὺς
Τιθύμαλλος οὐδὲ πώποτ' ἠράσθη φαγεῖν
οὕτω σφόδρ', οὐδὲ Κορμὸς ἱμάτιον λαβεῖν,
οὐ Νεῖλος ἄλφιτ', οὐ Κόρυδος ἀσύμβολος
κινεῖν ὀδόντας.

Et λιμηρὸν ἔρωτα dixit Noster, Eid. X. v. penult. si vera sit ea lectio.

v. 8. παίσδεις ὦ 'γάθ' ἔχων. Allata est mihi lectio a docto viro, speciosa satis, ἑκὼν pro ἔχων. Sed vox illa ἔχων frequentissime abundat, plerumque in verbis jocandi, &c. (WARTON.) Al. παίσδες. An παίσδες μ';

v. 9. θρὶξ ἀνὰ μέσσον. Huic similis est Plauti locus, Mostell. I. 1. 60.

Pluma haud interest patronus an cliens probior siet.

Neque aliud apud nos obtinet idioma: "only a hair's breadth
796, 57 between." At Eustathius: ποτὲ δὲ τριχὸς φάσκοντες ἐξηρτῆσθαι τὰ πράγματα, ἐξ οὗ παραποιήσας ὁ Θεόκριτος ἔφη τὸ θρὶξ ἀνὰ μέσσον.

v. 10. ἄσυχος, ὀξύς, πάντ' ἐθέλων κατὰ καίρόν. Al. ἄσυχα. Explicat Wartonus, *aut facilis, aut acerbus es, prout res eveniunt.* Conjiciebat Heinsius ἔξοχα ὀξύς. Eldikius, ἀλίκος ὄξος, πᾶν τελέθων κακὰ καιρόν. *Si res ita ferat, totus quantus acetum es.* Ego nihil muto. Sensus est: *Quocunque animo es, eo omnes esse requiris.*

v. 12. Ὠργειος. Nomen gentile. *Argivus ille quem nosti.* Ἱπποδιώκτας Hesychio est ἡνιόχος. Ἆπις recte scribi, non Ἄπις, monet Kiesslingius, quemadmodum Ἆγις, κλῖμαξ, &c. citans Spalding. ad Quintilian. Quod ad Κλεύνικος attinet, vide not. ad Eid. II. 70. Idem nomen occurrit Epig. IX.

v. 14. ἐν χώρῳ. Al. ἐν χώρᾳ. Heins. χόρτῳ· Quod nimiæ pruriginis esse putat Palmerius, et explicat ἐν χώρῳ, *in meo rure, in meo fundo, in agro.* Recte, ut opinor. Sic Hesiod. Εργ. 342.

εἰ γάρ τοι καὶ χρῆμ' ἐγχώριον ἄλλο γένηται.

Ubi χρῆμ' ἐγχώριον est *opus rusticum,* ut docet Græviu. Hesych. Χωρίτης, ἀγρώτης, ἄγροικος. Χῶρος, τόπος, ἀγρός. Idem significat χώρα. Chrysostomus in Homilia inedita in 2 Cor. v. 17. κἂν ἐν χώρᾳ, κἂν ἐν πόλει προέλαβεν, Ἐν ἀρχῇ ἦν ὁ λόγος. Vide etiam Joan. iv. 35. (Taylor.) In Hesiodi versu, quem citat Taylorus, aliter legitur ἐγκώμιον, a κώμη. Vide Ed. Gaisf. item γένοιτο pro γένηται.

v. 15. Βίβλινον. Al. Βύβλινον. Aliud est Βίβλινος, aliud Βύβλινος οἶνος. Suidas: Βίβλινος οἶνος, ἀπὸ Βιβλίνης, οὕτω καλουμένης Θρακίας ἀμπέλου. Idem: Βύβλινος οἶνος ἐκ Βύβλου πόλεως, De utroque agitur apud Athenæum, lib. i. cap. 23. 24. quem omnino consulas. De Byblino Archestratus:

Τὸν δ' ἀπὸ Φοινίκης ἱρᾶς, τὸν Βύβλινον αἰνῶ.

De Biblino Hesiodus, Εργ. 587.

εἴη πέτρη τε σκιερή, καὶ Βίβλινος οἶνος.

Ita enim versum istum emendavit nescio quis. Vulgo πετραίη τε σκιή. [illegible] ipse [illegible] emendaveram, et [illegible] quam [illegible] literam [illegible] vidi.

v. 16. τετόρων ἐτέων, σχεδὸν ὡς ἀπὸ λανῶ. Valckenaerius, præeunte Piersono, distinguit post σχεδόν. Interpretatur Wartonus, *vinum licet annorum quatuor, tamen odoriferum prope, sicut a prelo.* Equidem verterim, *Fragrans, quadrimum, ferme tam copiose præbens, quam si vindemiæ tempus esset.*

v. 17. βολβός τις κοχλίας ἐξηρέθη. Al. κολχίας, aut κολχείας, omisso τις. Vertit Latinus Interpres: *Bulbus et cochlea promebantur.* Harlesius: *Bulbus a cochlea promebatur.* Βολβὸς, id est, *cepa,* et κοχλίας, sive κοχλὶς, (non κοχλία) *piscis testaceus,* in deliciis erant, plurimum ad Venerem stimulandam conferentes. Vide Heinsium ad locum, qui κοχλίας τ' legendum censet. Sed vacat omnino τις. Quare proposuit Heraldus βολβὸς καὶ κοχλίας. Legi posset βολβός τοι κοχλίας τ', vel, quod olim conjiciebam, βολβὸς τᾶς κόγχας ἐξηρέθη, *Cepa ex olla promebatur.* At pro neutra harum emendationum acriter velim pugnare.

v. 18. ἤδη δὲ προϊόντος. Sub. τοῦ πότου. Plene dixit Achilles Tatius προϊόντος τοῦ πότου, ut bene memini; sed locus mihi excidit.

Ibid. ἐπιχεῖσθαι ἄκρατον. In comissationibus fieri solitum, ut in nomen τῶν ἐρωμένων meraciores cyathos biberent. Vide supra Eid. II. 152. Festivum sed corruptum Posidippi Epigramma huc citat Wartonus, in quo emendando aut explicando frustra operam posuerunt viri docti. Equidem an felicius successerim, penes alios esto judicium. Heliodorum pincernam alloquitur poeta.

Ναννοῦς καὶ Λύδης ἐπίχει δύο, καὶ φέρε καὶ τοῦ
Μιμνέρμου, καὶ τοῦ σώφρονος Ἀντιμάχου.
συγκέρασον τὸν πέμπτον ἐμοῦ, τὸν δ' ἕκτον ἑκάστου,
Ἡλιόδωρ', εἶπας ὅστις ἐρῶν ἔτυχεν.
ἕβδομον Ἡσιόδου, τὸν δ' ὄγδοον εἰπὸν Ὁμήρου,
τὸν δ' ἔνατον Μουσῶν· Μνημοσύνης δέκατον
μεστὸν ὑπὲρ χείλευς πίομαι, Κύπρι, τἄλλα δ' Ἔρωτος,
νήφοντ', οἰνωθέντ', οὐχὶ λίην ἄχαρις.

In primo versu legi etiam posset κ' αὐτοῦ. Vulgo καὶ φέρ' ἑκάστου. Ultima ita in Codd. exhibentur;

——τἄλλα δ' ἔρωτες
νήφοντ' οἰνωθέντ' οὐχὶ λίην ἄχαρι.

Quæ dedi ita verte: *Reliqua autem nomine amoris, sobria an meraciora bibens, rem non gratiæ expertem, sive invenustam, agam.*

v. 21. *ἁ δ' οὐδέν.* *Illa autem mea præsentia turbata conticuit.*

Ibid. τίν' ἔχεν μ' ἐδόκεις νοῦν; Al. νῶν. Callierg. et Junt. τίν' ἔχειν με δοκεῖς νοῦν; quod merito prætulit Kiesslingius. Noster, supra, Eid. XI. 74. τάχα κεν πολὺ μᾶλλον ἔχοις νοῦν.

v. 22. λύκον εἶδες. Me præsente tacebat Cynisca. Tum aliquis e convivis ita jocosius eam affatur. Non loqueris? num, ut dixit Philosophus vel Parœmiastes, λύκον vidisti? Ponatur comma post τις, juxta Calliergum. Lepos omnis est in ambiguitate vocis λύκον. Quem deperibat enim Cynisca nomen erat adolescenti Lycus: et qui repente a lupo conspecti erant obmutescere putabantur. (Warton.) Piersonus, una litera mutata, legebat: λύκον εἶδες, ἔπαιξα, τὶς ὡς σοφὸς εἶπεν. Schaferus; λύκος εἶδέ σ'. Virg. Ecl. IX. 53. *Lupi Mœrin videre priores.*

v. 23. χῆφθα· εὐμαρέως κεν. Sensus est: Ex hoc tam faceto scommate, Cynisca adeo erubescebat, adeo pudore subito suffusus est illi vultus, ut ex eo lucernam facile accendere posses. (Warton.) Ald. exhibet κῆρα. Al. κῆφατο· χῆφατεν· κῆφα· κῆφατ' ἔτ'. Item ἄψας, et αἶψας. Locus sine dubio est mendosus. Lego κῆφαπτ', i. e. καὶ ἔφαπτε. *Atque illo scommate eam accendebat.* Infra pro τούτω, Reiskius dedit τουτῷ, cum ι subscripto. Κλύμενος idem quod κλυτός. Γίγνεσθαι δι' ὠτὸς est *audiri*. Citat Kiesslingius Viger. de Idiotism. p. 228. Matthiæ, Gr. Gr. §. 580.

v. 27. ἄσυχον οὕτως. Al. ἄσυχα et ἡσύχως. Heinsio scribendum videbatur αὔτως. Verte; *idque mihi aliquando clam indicatum fuerat.* Sed f. l. ἄσυχ' ἄρ' οὕτως.

v. 28. μάταν εἰς ἄνδρα γενειῶν. *Frustra ad virilem usque ætatem barbam alens.* Vide supra, Eid. X. 40. Item, quod ad phrasin εἰς ἄνδρα attinet, Eid. XIII. 15. Locum aliter explicat Schaferus, citans Philostratum, p. 593. Ed. Olear. Καὶ γὰρ εἰς ὕδωρ αἴρεται, καὶ εἰς πῦρ ἅπτεται, καὶ ἐς λέοντα θυ-

μοῦται, καὶ ἐς σῦν ὁρμᾷ, καὶ ἐς δράκοντα χωρεῖ, καὶ ἐς πάρδαλιν ἅπτει. Et monet Kiesslingius εἰς ἄνδρα Latine dici *pro viro*.

v. 29. ἐν βάθει. *Jam probe poti eramus.* Longus, lib. ii. p. 63. Ed. Dutens. Ἐντεῦθεν ἐν τροφῇ ἦν, καὶ πότῳ, καὶ παιδιᾷ. Val. Flacc. lib v. 594. *profundo incumbens Odrussa mero.*

v. 30. τὸν ἐμὸν Λύκον. Apis Thessalus ad finem usque cantabat carmen quoddam gentile incipiens a verbis Τὸν ἐμὸν Λύκον. Pro μέλισμα, conjiciebat Heinsius σόφισμα. Audax præter necessitatem.

Ibid. κακαὶ φρένες. *Malo animo erga me.* Infra pro περί, al. παρὰ ματρί, quod in contextum admittere debuissem.

v. 33. κόλπω ἐπιθυμήσασα. Al. κόλπων· et in Ed. Flor. ἐπιθυμήνασα. Is. Vossius conjecit ἐπιθρηνήσασα, juxta illud quod dedit Apoll. Rhod. I. 269.

——ἠΰτε κοῦρη
οἰόθεν ἀσπασίως πολιὴν τροφὸν ἀμφιπεσοῦσα
μύρεται.

v. 34. τὸν ἴσης τύ. *Qua sum, ut tu scis, iracundia.* Vid. Eid. V. 119. al. ἴσαις.

Ibid. πὺξ ἐπὶ κόρρας. Sic Ovidius, Amor. I. 7. 9.

Nam furor in dominam temeraria brachia movit:
Flet mea vesana læsa puella manu.

Et Tibullus, I. 11. 59.

Ah lapis est, ferrumque, suam quicunque puellam
Verberat——

Atque I. 7. 79.

Non ego te pulsare velim; sed venerit iste
Si furor, optarim non habuisse manus.

Horatius, Carm. I. 17. 24.

——*nec metues protervum*
Suspecta Cyrum, ne male dispari
Incontinentes injiciat manus.

Et Propert. IV. 5. 31.

Si tibi forte comas vexaverit utilis ira.

Denique Calphurnius, III. 29.

——*protinus ambas*
Diduxi tunicas, et pectora nuda cecidi.

In istiusmodi igitur amoribus constat frequentem fuisse hunc verberandi morem. (TAYLOR.)

v. 35. ἤλασα. De ictu et percussione proprie usurpari monet Harlesius. Hom. Il. B. 199. τὸν σκήπτρῳ ἐλάσασκε. Vide etiam infra, Eid. XXV. 264. et alibi apud Nostrum. Ad κἄλλαν, sub. πλαγάν, usitata ellipsi.

Ibid. ἀνειρύσασα δὲ πέπλως. *Altius tollens vestes, quo celerius fugeret.* Vide infra, Eid. XXVI. 17. Confer etiam Apoll. Rhod. IV. 940. et ibi Scholia. Al. ἀνείρυσα δ' αὐτὼς πέπλως, mendose.

v. 38. τὰ σὰ δάκρυα μᾶλα ῥέοντι. Confert Pileneius Boccacium, Novel. 76. *Comincio a gittar le lagrime che parean nocciuole, si eran grosse.* Item Moschum, Eid. IV. 56. θαλερώτερα δάκρυα μήλων· ubi θαλερώτερα interpretatur, *pinguiores*. Potuisset etiam citare Philemon. Fragm. XIV. Ed. Brunck.

——ἡ λύπη δ' ἀεὶ,
ὥσπερ τὰ δένδρα καρπὸν, ἔχει τά δάκρυα.

Ego de Moschi loco dicam, cum eo ventum erit; hunc autem, de quo nunc agitur, corruptum judico. Et forte legendum, cum Wartono, καλὰ ῥέοντι, id est, ut equidem putaverim, κυλῶς. Legebat Musgravius δάκρυα μάχλα, *lachrymæ impudicæ*. Jacobsius μάχλε. Taylorus vulgatum interpretatur, *lachrymæ tuæ fluunt dulces ut poma.*

v. 59. μάστακα δ'. Hunc locum optime interpretatur Toupius: *Quemadmodum hirundo celeriter avolat ad aliud et aliud pabulum pullis suis comparandum; ita quoque sine mora Cynisca a nobis avolabat.*

v. 41. δίφρακος. Hesychius: Δίφραξ, θρόνος γυναικεῖος.

v. 42. δι' ἀμφιθύρω. Explicat Scholiastes, ἀντικρὺ τοῦ οἴκου τοῦ διθύρου. Δικλὶς est janua cujus sunt duo ostia, alterum inferius, alterum superius. Illustrat Salmasius ad Plin. 651. Vide Jacobs. ad Anthol. VII. 43. Fores externæ significari videntur.

v. 42. ᾇ πόδες ἆγον. Supra, Eid. XIII. 70. ὁ δ' ᾇ πόδες ἆγον ἐχώρει.

v. 43. ἔβα καὶ ταῦρος ἀν' ὕλαν. Proverbii ex hoc unico loco cogniti sensus est incertus. Secundum Scholiastem ἐπὶ τῶν μὴ ἀναστρεφόντων, *de non redeuntibus*, usurpatur; at mihi videtur rationem reddere quare Cynisca fugiat, nempe ut Lycum alicubi profectum sequatur, quemadmodum vaccæ taurum. Al. κενταῦρος, vitiose.

v. 44. εἴκατι ταῖδ'. *Quinquaginta et octo dies sunt ex quo separati fuimus, quibus si addas duos, duo menses erunt.* Haud absimilem loquendi modum reperies in Eid. XVII. v. 82. ἑνδεκάτα, pro vulgato ἑνδέκατος, ex Codd. restitutum fuit. Pro ποτίθει melius dedissem ποτίθες cum Gaisfordio, qui ex Codd. retulit.

v. 46. οὐδὲ Θρακιστί. Omissio tonsuræ signum erat luctus. Thracum vero tonsura levissima videtur fuisse. Θρήϊκες ἀκρόκομοι vocantur ab Homero, forte quod capite circumraso crines in vertice relinquebant. Forsitan igitur legendum κ' οὐδὲ Θρακιστί, *et ex quo tempore ne Thracum quidem more tonsus fui.* (Idem conjecit Græfius.) Wartonus, κ' οὐ δή. Scholiastes videtur legisse Καριστί.

v. 47. τᾷ δὲ Λύκος νῦν πάντα. Reiskii conjecturam in contextum admisi, quoniam ex Codd. apud Gaisfordium confirmata fuit. Al. οἱ δὲ Λύκος· οἶδε Λυκος· ἃ δὲ Λύκῳ. Conjecerat Taylorus ἁ δὲ Λύκω νῦν πᾶσα, ut Eid. II. 96. πᾶσαν ἔχει με τάλαιναν ὁ Μύνδιος. Verum haud infrequens loquendi modus πάντα εἶναι τινι, rarior τινος, cum genitivo, *instar omnium esse, pollere gratia apud aliquem.* Xenophon Ephesius, lib. ii. c. 14. ἔλεγεν οὖν πρὸς τὴν Ἀνθίαν, ὡς πάντα ἂν αὐτὴ γένοιτο Περιλάῳ γυνὴ, καὶ δεσπότις, καὶ παῖδες. Ubi vide Notam Locellæ, qui plura exempla huc contulit.

v. 48. ἄμμες δ' οὔτε λόγω. Se cum Megarensibus confert, qui consulto oraculo quinam essent Græcorum præstantissimi, sperantes fore ut de se hoc pronuntiatum esset, responsum tulerunt, cujus duo ultimi versus sunt hi.

Ὑμεῖς δ', ὦ Μεγαρεῖς, οὔτε τρίτοι, οὔτε τέταρτοι,
οὔτε δυωδέκατοι, οὔτ' ἐν λόγῳ, οὔτ' ἐν ἀριθμῷ.

Callimachus, Epig. XXVI.

——τῆς δὲ ταλαίνης
Νύμφης, ὡς Μεγαρέων, οὐ λόγος, οὔτ' ἀριθμός.

v. 50. κ' εἰ μὲν ἀποστέρξαιμι. *Et si amorem meum possem deponere.* Eo sensu verbum adhibetur in Epig. III. v. 14.

εὔχε' ἀποστέρξαι τοὺς Δάφνιδός με πόθους.

Toupius legebat κ' αἰ, Heinsius μιν.

v. 51. νῦν δὲ ποθ', ὡς μῦς. Significat se difficulter ab ea avelli. Proverbium enim de mure picem degustante, transfertur ad id, quod retinere ac omittere pariter molestum est. (HARLES.) Al. νῦν δὲ πόθεν μῦς, et πόθεν ὡς. Aliquantum diversa est explicatio proverbii apud Suidam. Μῦς ἄρτι πίττης γευόμενος· ἐπὶ τῶν πρώην μὲν τολμηρῶν καὶ ἀναιδῶν, ἀθρόως δὲ δειλῶν ἀναφανέντων. Et Hesychius. Μῦς πίττης γέυεται· ἐπὶ τῶν νεωστὶ πραττόντων κακῶς. Conjiciebat Reiskius,

νῦν δὲ ποθῶ· μῦς, φαντί, Θυώνιχε, γεύετο πίσσας.

Monet Kiesslingius imperfecto opus esse propter ποτέ, particulam autem νῦν hic non tempus significare, sed ut passim Romanorum *nunc*, habere vim ratiocinandi. Ego persuasum habeo locum esse depravatum, atque hac ratione emendare sum aggressus:

νῦν δὲ ποθῶ· μῦς, φαντι, Θυώνιχε, γεῦμ' ἔτι πίσσας.

Sub. γεύεται. i. e. *Mus, uti ferunt, gustum picis adhuc in ore retinet.*

v. 54. ὑγιὴς ἐπανῆλθ'. En aliud ἔρωτος remedium, quod supra, Eid. X. 1. unicum esse dixerat Poesin. Adhuc aliud memorat Callimachus in Epigrammate cujus partem ibi citavi, nempe famem. Confert Kiesslingius Propert. III. 20. Pro πλευσοῦμαι, al. πλευσεῦμαι.

v. 56. ὁ στρατιώτας. In Stobæo suo Grotius edidit ὡς στρατιώτας. Koehlerus legebat ἐν στρατιώταις. Ὁμαλὸς, *mediocris*, metaphora sumpta ex plano solo. Structuram talem esse puto: ὁ στρατιώτας (ἐστιν) ἴσως οὔτε κάκιστος οὔτε πρᾶτος, ὁμαλὸς δέ τις. Infra, pro ἐπεθύμεις, al. ἐπιθυμεῖς, quod prætulit Kiesslingius.

v. 59. ἐλευθέρῳ οἷος ἄριστος. In Codd. quibusdam,

et in Ed. Junt. diversis ista tribuuntur; Æschini, ἐλευθέρῳ οἷος; Thyonicho, ἄριστος. Hunc et sequentem versum inter se confusos fuisse facile quis videat. Lego ἐν ἀνθρώποισιν ἄριστος.

v. 60. ἐλευθέρῳ ὅστις ἄριστος. Versum totum omittunt quatuor Codd. apud Gaisfordium, cujus etiam judicio spurius est. Conjecit nonnemo legendum esse ἐλεύθερος ὀττιμάλιστα. οἷος pro ὅστις exhibent multi MSS. Emendavit Reiskius ἐλεύθερος ὥς τις ἄριστα, *liberalis ut qui maxime.*

v. 61. εὐγνώμων. *Æquus et bonus vir.* Adverbio εὐγνωμόνως usus est Euripides in Phryxi Fragm. Hesychius: Εὐγνωμόνως, εὐδιαθέτως.

Ibid. ἐρωτικός. Contendit Barnesius in vita Euripidis, Theocritum Ptolemæi castitatem hoc in loco elevare aut deprimare noluisse; ἐρωτικὸς itaque hic passive sumendum esse pro *amabilis*, ἔρωτος ἄξιος. At nulla hujus usus profert exempla. Neque vero si amori deditum describat Ptolemæum, ideo castitatem ejus elevat noster: ait enim, Eid. XVII. 38.

Τῷ οὔπω τινὰ φαντὶ ἀδεῖν τόσον ἀνδρὶ γυναῖκα,
ὅσσον περ Πτολεμαῖος ἐὴν ἐφίλασεν ἄκοιτιν.

Atque magis probabile est nostrum hoc nomine Ptolemæum laudare, cum et ipse amori nimium deditus appareat; unde et γυναιμανῆ vocat Planudes in Metaphrasi distichorum Catonis. lib. ii. v. 6.

Εἰ δέ γ' ἐρᾶν βούλει, τοῦ ἐρᾶν δὲ τέχνην ἐπιγνῶναι,
στεῖχε Θεόκριτον ἀμφὶ γυναιμανῆ. (TAYLOR.)

v. 62. τὸν οὐ φιλέοντ' ἔτι μᾶλλον. Perquam miror Interpretibus ad has voces aquam non hæsisse. Mihi saltem non constat quomodo inimicos magis quam amicos noscere potuerit Ptolemæus, neque quorsum spectet talis rei commemoratio. Conjeceram ἀπαλάλκων, *arcens*, vel ἀπαμύνων, quod idem significat. Eligat lector utrum horum magis placet, vel ipse melius quid excogitet. Phocylides Milesius, Epig. I.

Γνησιός εἰμι φίλος, καὶ τὸν φίλον ὡς φίλον οἶδα,
τοὺς δὲ κακοὺς δούλους πάντας ἀποστρέφομαι.

(Dum hæc scribo, succurrit alia lectio, ἔτι μέλλον, sub. ἐστιν αὐτὸν εἰδέναι. Nondum scilicet natus erat Ptolemæo inimicus.)

v. 63. αἰτεύμενος οὐκ ἀνανεύων. Conjecit Valcken-

aerius *αἰτευμένῳ, petenti.* Sed cum sequatur *αἰτεῖν* vòce activa, vix credibile est poetam ita scripturum fuisse. Vid. not. ad Eid. XI. 35. Lego *αἰδοῦμενος, οὐκ ἀνανεύων.* Homerus, Il. A. 23. *αἰδεῖσθαί θ' ἱερῆα,* sc. *ὡς ἱκέτην.*

v. 64. *οἷα χρὴ βασιλῆ'.* Al. *βασιλέα.* Scripsit Kiesslingius *βασιλῆ* absque Apostropho, ut *Τυδῆ* et *Μηκιστῆ* apud Homerum leguntur. De hac accusativi forma consule Matthiæum, Gr. Gr. §. 82.

v. 66. *ἐπ' ἀμφοτέροις.* Tyrtæus,

ἀλλά τις εὖ διαβὰς μενέτω ποσὶν ἀμφοτέροισι,
στηριχθεὶς ἐπὶ γῆς, χείλος ὀδοῦσι δακών.

Pro altera lectione *ἐπ' ἀμφοτέρων* stat Kiesslingius, monens longe alia vi positam esse locutionem *ἐπ' ἀμφοτέροις* in Eid. X. 35.

v. 67. *ἐπιόντα μένειν.* Epig. *ἀδεσπ.* 402.

———θήρη δὲ διδάσκει
κρυπτὸν ἑλεῖν, ἐπιόντα μένειν, φεύγοντα διώκειν..

Hesych. Ἀσπιδιώτας, ὁπλίτας, πολεμιστάς.

v. 68. *ἆ τάχος.* Idem est quod *ὡς τάχος. Pro Ptolemæo pugnaturus, quam celerrime in Ægyptum proficiscere.*

Ibid. *ἀπὸ κροτάφων.* Heinsius interpretatur, *κατὰ κροτάφους,* ut *ἀπὸ στέρνων* dicitur pro *κατὰ στέρνα,* et Eid. XVI, 49, Cygnus *θῆλυς ἀπὸ χροιᾶς,* i. q. *τὴν χροιάν.* Imo poeta hoc dicit, cauitiem a temporibus incipientem ultra pergere. (KIESSLING.)

v. 69. *ἐπισχερὼ.* *Ordine. κατὰ τάξιν, καὶ ἐφεξῆς.* Eustath. Dicitur etiam *ἐνσχερώ.* Apoll. Rhod. I. 912. *ἐνσχερὼ ἐζόμενοι, ordine sedentes.* Pro *ἕρπει,* al. *ἕρποι.*

v. 70. *ἃς γόνυ χλωρόν.* Vulgo *οἷς' ἃς* pro *ἕως* ex Codd. receptum prætulit Valckenaerius. De loci sententia confer Horatium, Epod. XIII. 4. *Dumque virent genua,* &c. Et affine est illud Aristophanis, Acharn. 218.

νῦν δ' ἐπειδὴ στερρὸν ἤδη τοὐμὸν ἀντικνήμιον.

EIDYLLIUM XV.

V. 1. Ἐνδοῖ. Callim. H. in Cer. 76. οὐκ ἐνδοῖ. formatum sicut Μεγαροῖ, Πυθοῖ, &c.

Ibid. ὡς χρόνῳ. Parum quidem refert utrum χρόνω scribatur cum Salmasio, an χρόνῳ. hoc tamen prætuli. His autem nomen præfixi Praxinoæ, deletis nominis Eunoæ indicibus literis. (VALCKENAER.) Ὡς χρόνῳ idem sonat quod ὡς χρόνιος in præcedente Eidyllio. ὡς χρόνι corrigebat Wartonus, pro χρόνια.

v. 2. ἦνθες. Ἤηθων legit Wartonus, sequentia Praxinoæ tribuens.

Ibid. ὅρη δίφρον. Interpres, *dispice ei sellam.* Sed is non potest esse sensus verbi ὁράω. Verte potius, *inspice ei sellam.* Haud aliter locutus est Homerus, Od. θ. 443.

αὐτὸς νῦν ἴδε πῶμα, θοῶς δ' ἐπὶ δεσμὸν ἴηλον.

De hoc autem loquendi modo confert Kiesslingius Koeppen. ad Iliad. II. 384. qui liber mihi ad manus non est.

v. 3. ἔμβαλε καὶ ποτίκρανον. Hom. Od. φ. 177.

πὰρ δὲ τίθει δίφρον τε μέγαν, καὶ κῶας ἐπ' αὐτοῦ.

Valckenaerius citat ex Plauti Sticho, I. 2. 37. PI. *Mane pulvinum.* AA. *Bene procuras mihi: satis sic fultum est mihi.*

v. 4. ὦ τᾶς ἀδαμάτω ψυχᾶς. Hesych. Ἀδάματος, ἀδάμαστος. *O indomitam animam!* Similem locutionem ex Luciano, Demosth. Encom. §. 10. affert Kiesslingius: βαβαὶ, τῆς ἀηττήτου ψυχῆς. Sed al. ἀδεμάτου, *incorpoream.* Aliæ etiam lectiones in Codd. prostant, ἀδειμάντου, ἀδημάτου, ἀδαμάντω. Conjecit Scaliger ἀλεμάτω, pro ἠλεμάτου, ματαίας, *O me stolidam.*

v. 6. κρηπῖδες. *Homines calceati* (non soleati) *et chlamydati.* Milites intelligi monet Scholiastes, de quorum calceis Juvenalis;

——*et in digito clavus mihi militis hæret.*

v. 7. ἁ δ' ὁδὸς ἄτρυτος. *Via est molesta, quæ euntem defatiget.* Ut apud Sophoclem legitur, Aj. 799. ἀρτίως πεπαυμέ-

νην κακῶν ἀτρύτων. Ita saltem vertas hunc locum ex sententia Valckenaerii. Cui tamen non assentio. *Κακὰ ἄτρυτα* sunt quæ in nobis exhauriendis et conficiendis non defatigantur; et talem notionem adjectivo *ἄτρυτος* necessario inesse persuasum habeo. Vide H. Stephani Lex. in voce. Forsitan igitur hoc loco reponendum *ἀ δ' ὀδῷ ἄτρυτος*· nempe *ἀ ψυχά*. Vel *ἀ δὲ* ponitur pro *ἐγὼ δέ*. vid. p. [416]

Ibid. *τὺ δ' ἑκαστοτέρω ἐμ' ἀποικεῖς.* Scaliger corrigebat *μεῦ ἀποικεῖς*. Valckenaerius, *τὺ δ' ἑκαστέρω ἄμμιν ἀποικεῖς*. Et in Scholiis quidem datur *μοι*, et *ἑκαστέρω* tandem in uno Codice repertum fuit. Scaligeri emendatio mihi displicet propterea quod genitivus *μεῦ*, quod ad Syntaxin attinet, æquo jure a comparativo *ἑκαστοτέρω* ac a verbo *ἀποικεῖς* pendere videretur. Forte legendum, *τὺ δ' ἑκαστέρω, ὦ ἔμ', ἀποικεῖς*. *Tu autem, hei mihi, remotius habitas.* Callimachus in H. in Lavacr. Pall. *ὦ ἐμὲ δειλὰν, ὦ ὄρος, κ. τ. λ.*

v. 9. *ταῦθ'*. Pro *διὰ ταῦτα* poni quidam putant. Vide supra, Eid. XIV. 3. Alii pro accusativo habent post verbum *ἔλαβε*.

Ibid. *ὁ πάραρος τῆνος.* Vox *παρήορος* proprie de equo a jugalibus male evagante adhiberi solita, deinde figurate significat *demens*, sive *fatuus*. Homerus, Il. ψ. 603. citante Valckenaerio,

——*ἐπεὶ οὔτι παρήορος, οὐδ' ἀεσίφρων,*
ἦσθα πάρος.

Etymologiam hujus vocis extra dubium ponit locus Archilochi a Demetrio Phalereo citatus, §. 5. et ab Hephæstione, p. 70. Ed. Pauw.

Πάτερ Λυκάμβα, ποῖον ἐφράσω τόδε;
τίς σὰς παρήειρε φρένας;

si sana sit ea lectio. Eustathius autem diserte pronuntiat vocem non ab *ἀείρω*, sed ab *ἄρω*, derivari. Etymologus M. ab *αἰωρέω* ducit. Cæterum *πάραρος* an *πάρᾳρος* scribatur, parum referre monet Valckenaerius.

Ibid. *ἔλαβ'*. *Λαμβάνειν* hic et infra, v. 20. est *emere*, sive *conducere*, uti Schol. explicuit. (HARLES.)

v. 9. Ἰλέον. Serpentis vel feræ latibulum, ab εἰλέω. Callimachus, H. in Jov. 25. dixit ἰλυοὺς ἐβάλοντο κινώπετα, eodem sensu. Nonnus, Dionys. p. 12.

πόντιος εἰλιόεντι λέων ἐκαλύπτετο κόλπῳ.

v. 10. αἰὲν ὅμοιος. Vulgo ἐμεῖο. Ὁμοῖος est in multis Codd. Al. ὁμοίως. F. Ursinus ὅμοιον, ut tradit annotator Vimariensis, quem Ger. Falkenbergium fuisse putat Wartonus. Valckenaerii suspicio ἐμείως, forma scilicet Dorica pro ἐμοῦ, mihi non placet. Ποτ' ἔριν est *rixæ ergo;* nisi legendum sit ἐμεῖο, et verba sic jungenda, ποτ' ἔριν ἐμεῖο, κακὸν ἀεὶ φθονερόν. Uti etiam explicat Kiesslingius, quem vide. Ille edidit ἐμείως.

v. 11. Δείνωνα τοιαῦτα. Vulgo τοιαῦτα Διώνα. In Codd. nonnullis repertum fuit Δίνωνα τοιαῦτα. Δείνωνα est ex conjectura Toupii, veram esse nominis formam docentis.

v. 13. ἀπφῦν. Ἀπφύς, *pater*, ἀφ' οὗ τις φύεται· λέγεται δὲ ὑποκοριστικῶς. (Schol.) Similia sunt ἄππα et πάππα. Scribendum esse απφὺς, non απφῦς, monet Schafer. ad Greg. Cor. p. 320.

v. 14. ναί τὰν πότνιαν. Al. πότναν. *Per Proserpinam.* Per hanc et per Cererem mulieres, et maxime quidem Siculas, juravisse monet Kiesslingius.

v. 15. ἀπφὺς μὲν τῆνος. Gaisfordius ex optimis MSS. restituit μάν.

Ibid. λέγομες πρώαν θῆν. Inter hunc et sequentem versum videtur alius intercidisse, quod cum sensus ipse monstret, tum lectio Aldinæ in v. 17. scil. κ' ἤνθε. Legitur apud v. 16. a Calliergo λέγωμες, quod ob sententiam bene, ob quantitatem male, convenit, isti saltem versiculi parti. Ita contextui laboranti subvenit Reiskius:

Ἀπφὺς μὲν τῆνος (πρώαν θὴν πάντα λέγωμες)
νίτρον ἔβα καὶ φῦκος ἀπὸ σκανᾶς ἀγοράσδων,
κἤνθε φέρων ἄλας. κ. τ. λ.

"Exibat ad fucum et nitrum emendum a taberna; sed qua est stultitia homo, tametsi tredecim ulnarum, quem ut plenæ hominem ætatis oportebat tamen sanæ mentis compotem esse, rediit salem afferens loco rerum quibus ad hujus diei pompam tantopere ege-

bam; nitri scilicet ad vestes mundandas, et fuci ad faciem illinendam." Hæc interea vis est Parentheseos illius ex mente Reiskii: "Agedum priusquam domo egrediamur, omnia dicamus inter nos, omnes privatas sollicitudines et domesticas inter nos communicemus." (WARTON.) Praxinoe nitrum et fucum sibi emi volebat quo formam interpolaret in publicum proditura. Ad malam rem muliebrem (ut Terentius vocat, Heaut. II. 3. 48. ubi videndus Bentleius,) non minus nitrum pertinet quam fucus. Ovid. Medicam. Fac. v. 73.

> *Nec cerussa tibi, nec nitri spuma rubentis,*
> *Desit.*

Ubi Theocritum laudat N. Heinsius. At maritus homo antiquus et frugi, pro nitro et fuco salem attulit, tacite monens uxorem, necessaria ad victum emenda esse, non nugas muliebres. (RUHNKEN.) Valckenaerius Reiskii conjecturam probat, modo pro *ἀγοράσδων* scribatur *ἀγοραξῶν*. Τὰ *πρώαν*, et *πρόαν*, leguntur in Codd. Kiesslingius legit *πρῆθε*, neque quicquam ad loci integritatem deesse opinatur, conferens Eid. IV. 60. Pergit vir doctus ita disserere. "Quod autem Ruhnkenius dixit, maritum pro nitro et fuco salem attulisse, quo tacite moneret uxorem necessaria ad vitam emenda esse, hoc non omninò probandum videtur; immo quæ altera mulier de suo marito narrat, suadent ut etiam Dinonem non *salem*, sed revera *nitrum* et *fucum* emisse putemus, at generis vilissimi, quæ salis, non nitri et fuci, nomine digna essent. Accusat igitur maritum quod se a Seplasiario decipi passus, merces vilissimas et sordidas, neque hujus diei pompæ convenientes domum detulerit. *Nuper*, *πρώαν*, hoc, quod hoc ipso die factum erat, factum esse dicit, ut puerulum fallat." Equidem verba ista τὰ *πρόαν θὴν πάντα λέγωμες* aliter intelligo, quod et ostendi in editione Gaisfordiana, citans pro interpretamento eorum, Terent. Adelph. Act. I. Sc. 2. *Nam illa quæ antehac facta sunt omitto: modo quid designavit?* Σκηνὴ est *pergula institoria*. In nundinis, et ubi hominum esset celebritas, tentoria defigebant vel casas venditores, in quibus merces suas exponerent. Casaubonus ad Athenæum, lib. iv. c. 20. occasione tituli dramatis comici Σκηνὰς *καταλαμβάνουσαι*, eas mulieres esse dicit quæ in foro et viis publicis locum occupant ubi sua umbracula destituant, ut solent facere mercatores cum celebratur aliqua panegyris. Maritum suum *τρισκαιδεκάπηχυν*

vocat bona mulier, innuens in tam magno corpore ne micam quidem salis inesse. Anglice, "A great lout!"

v. 18. φθόρος ἀργυρίω. i. e. φθορεύς. Et meus maritus Dioclides ejusdem prorsus est ingenii, pecuniæ pernicies.

v. 19. ἑπταδράχμως κυνάδας. Sensus videtur esse: Quinque vellera, non ovina, sed canina, a venditore deceptus, heri emit, singula septem drachmis constantia. Al. ἕπτα δραχμῶν. Conjecit Valckenaerius ἑπταδράχμω, quasi ab ἑπτάδραχμον, *nummus septem drachmas valens*. Pro πέντε πόκως, Wartonus ἀντὶ πόκων.

Ibid. γραῖαν ἀποτίλματα πηρᾶν. Quidam πηρᾶν interpretantur *mutilarum*, sc. ovium. Wartonus legit πηρὸς, sc. maritus meus, *cæcus* ille homo. Scaliger κινάδων πυῤῥῶν, *rufarum vulpium*. Toupius, ἀποτίλματα πυγᾶν, *pygarum vellimina*, Anglice, "Tail locks." Calliergus exhibet πυρῶν, unde equidem conjeci πλευρᾶν, *laterum*.

v. 21. τὠμπέχονον καὶ τὰν περονατρίδα. Ἀμπέχονον, quod alibi a Theocrito vocatur ἀμπεχόνη, *peplus* est, sive *palla*. Περονατρὶς, infra vocata ἐμπερόναμα, vestis interior, quæ fibulis astringebatur ad pectus.

v. 22. βᾶμες. Dorice pro βῶμες poni putat Valckenaerius; et illud quidem legitur in duobus saltem Codd. Sic in Eid. XXV. 60. ἀλλ' ἴομεν μάλα πρός μιν. Vide Matthiæum, Gr. Gr. §. 515. Posses etiam interpretari, *Proficiscimur*, sc. ego atque Eutychis.

v. 25. ὧν εἶδες χὠν εἶπας. Ad sententiam Brunckii hoc versu facile careremus. Et hactenus nemo certe aut explicavit eum satis, aut emendavit. Scholiastes interpretatur, διηγήσαιο ἂν τῷ μὴ θεασαμένῳ. Toupius et Eldikius conjecerunt,

ὧν ἴδες ὧν εἴπαις ἂν ἰδοῖσα τὺ τῷ μὴ ἰδόντι.

Brunckius,

ὅσσ' ἂν ἴδοις εἴπαις κεν ἰδοῖσα τὺ τῷ μὴ ἰδόντι.

Wassenbergius,

ὧν ἴδες, ὡς εἴπαις ἂν ἰδοῖσα τὺ τῷ μὴ ἰδόντι.

Equidem tentavi an per transpositionem locus restitui posset, hoc modo:

——ἀκούω χρῆμα καλόν τι,
ὧν εἶδες, χὤν εἶπας ἰδοῖσα τύ τῷ μὴ ἰδόντι,
κοσμῆν τὰν βασίλισσαν· ἐν ὀλβίῳ ὄλβια πάντα.

Ut hoc dicat Gorgo: "Age O Praxinoe, accinge te. Ad Ptolemæi aulam proficiscimur. Audio pulchra quædam instruere Reginam; qualia et tu olim vidisti, et visa, quod memini, homini qui non viderat, sc. marito tuo, jactabunda narrabas. Neque dubito quin æque magnifica fuerint omnia in tam magnifici viri ædibus." Erunt fortasse quibus explicatio nostra minus satisfecerit, sed nihil melius succurrit, et nolui locum difficilem sicco pede præterire. *ἰοῖσα* est in uno Cod. apud Gaisf.

v. 26. *ἕρπειν ὥρα κ' εἴη· ἀεργοῖς αἰὲν ἑορτά.* Priorem hujus versus partem Praxinoæ tribuo. Rogat nimirum illa num tempus ire jam fuerit. Cui respondet Gorgo, Divitibus, et propterea otiosis, semper tempus esse ferias celebrandi.

Ibid. *αἰνοθρύπτε.* Wintertonus vertit, *male deliciosa;* Koehlerus, *perdite delicata.* In Cod. Paris. explicatur, *κενόδοξε ἐπὶ κακοῖς.* Al. *οἰνόδρυπτε.* unde Valckenaerius conjecit, *οἰνόθρυπτε, nimio vini usu debilitata,* vel fracta. Ego suspicor legendum esse *ὀκνόθρυπτε, delicate ignava.* Bion, Eid. VII. 6. dixit, *θέλγονται ἀεργείῃ τε καὶ ὄκνῳ.* Possis etiam legere *ὑπνόθρυπτε,* cum ut somnolentam versu sequente eam exagitet. Ita *ὕπνῳ* pro *οἴνῳ* ad Æsch. Eumen. 790. legunt V. V. D. D.

v. 28. *αἱ γαλέαι.* Sensum esse credo; Etiam mustelæ, odiosa atque olida animalia, somno indulgentes molliter cubant. Hac appellatione ancillam designat hera humanissima. Interpretes qui me præcesserunt, per *γαλέαι feles* intelligunt, sensu rarissimo, neque ut mihi videtur, huic loco conveniente. Locum omnino aliter explicatum reperies apud Kiesslingium.

v. 35. *πόσσω.* Id est, *ἀντὶ πόσου ὠνου. Dic mihi, quanti constans tibi de tela descendit.*

v. 36. *Πλέον ἀργυρίῳ μνᾶν ἢ δύο.* Scholiastes: *Πλέον ἀνάλωσα, φησὶν, ἢ δυοῖν μνᾶν καθαροῦ ἀργυρίου.* "It cost me more than two minæ of pure silver." Idem *πλέον δυοῖν μνᾶν* et *πλέον ἢ δυοῖν μνᾶν.* Hujusmodi pleonasmis delectantur Græci. Lysias, Orat. de Aristoph. p. 349. Ed. Taylor. *Στεφάνῳ δὲ τῷ Θάλλου ἐλέγετο εἶναι πλέον ἢ πεντήκοντα τα-*

λάντων. *Stephanus autem Thalli filius rem possedisse dicebatur pluris talentis quinquaginta.* Ad quem locum consulendus doctissimus Marklandus. (Toup.) De hoc pleonasmo citat etiam Kiesslingius Valcken. ad h. l. Matthiæum Gr. Gr. p. 450. Weisk. de Pleonasm. p. 181. Koen. et Schafer. ad Gregor. p. 89. Ego autem valde dubito an talis pleonasmus certis exemplis defendi possit. In loco a Toupio citato subauditur οὐσία· sequuntur enim verba, ἀποθανόντος δὲ ἡ οὐσία ἐφάνη περὶ ἕνδεκα τάλαντα. Age etiam alia quædam in examen vocemus. Xen. Hell. II. 1. 8. ἡ δὲ κόρη μακρότερον ἢ χειρὸς. *Manica est longior quam istæ quibus manus hominum inseri solent.* Plene diceretur ἡ δὲ κόρη μακρότερον (τι) ἢ χειρὸς κόρη. Isocr. Arch. p. 131. καὶ γὰρ ἐξαγγελθῆναι τοῖς Ἕλλησι καλλίω ταῦτ' ἐστι καὶ μᾶλλον ἁρμόττοντα τοῖς ἡμετέροις φρονήμασιν, ἢ ὧν ἔνιοί τινες συμβουλεύουσιν. Suspicor hinc excidisse præpositionem πέρι. Conferantur prima et ultima sententia ejusdem orationis. Thucyd. VII. 77. Ἤδη τινὲς καὶ ἐκ δεινοτέρων ἢ τοιῶνδε ἐσώθησαν. i. e. ἢ ἐκ τοιῶνδε. Denique ἢ post comparativum, sequente genitivo, non pleonasmum, puto, sed ellipsin semper denotat. Structura loci de quo nunc agitur, ni fallor, hæc est. Κατέβα ἀφ' ἑστῶ πλέον, i. e. ἀντὶ πλέονος, ἢ ἀντὶ δύο μνᾶν καθαρῶ ἀργυρίω. Etiam apud Latinos scriptores "quam" post comparativum aliquando abundare monet Matthiæus. e. g. Virg. Æn. IV. 502. *graviora timet quam morte Sichæi.* At *morte* eo loco significat *post mortem.* Quint. XI. 1. 21. *Et aperte tamen gloriari nescio an sit magis tolerabile, vel ipsa vitii hujus simplicitate, quam illa jactatione perversa, si abundans opibus pauperem se— vocet;* id est, ut ego puto, *quam* gloriari *illa jactatione.*

v. 37. τοῖς δ' ἔργοις. Est autem τὴν ψυχὴν τοῖς ἔργοις προστιθέναι *in opere perficiendo sic se cruciare et fatigare, ut quis vitam suam periclitetur, vitæ periculum adeat.* (Kiessling.) Pro ποτέθηκα, al. προτέθηκα.

v. 38. πᾶ ποκ' ἔλειπες τὠμπέχονον. Vulgo ναὶ, καλὸν εἶπας. Quod dedi est ex emendatione Eldikii, quod et recepit Valckenaerius. Ego in eandem cum Brunckio conjecturam olim incideram, ναὶ, καλὸν· εἶα. Jam autem unice verum puto quod in Epist. ad Roverum conjecerat Valckenaerius, ναὶ, καλὸν ἔμπας, licet hæc emendatio viro doctissimo postea displicuerit.

Vide supra Eid. X. 29. Codd. exhibent τοῦτο καλὸν εἶπες· τοῦτο κἄειπες· τουτὶ καλόν· τουτὶ δὲ καλόν. In plerisque vox τοῦτο aut extat, aut vestigia quædam reliquisse videtur; quod unde evenerit non exputo.

v. 39. θολίαν. Θολία videtur fuisse *pileus* fastigiatus et cameratus in formam tholi.

v. 40. μόρμω. Spectri vel larvæ nomen quo infantes territabant. Adverbialiter autem poni monet Heinsius. Callimachus, H. in Dian. v. 70. αὐτίκα τὴν κούρην μορμύσσεται.

v. 41. δάκρυ' ὅσσ' ἐθέλεις. Vulgo δάκρυε ὅσσα θέλεις. Vide Porsonum ad Eurip. Med. 1218. Quem locum ita legendum puto:

κεῖνται δὲ νεκροὶ παῖς τε καὶ γέρων πατὴρ
πέλας, ποθεινὴ Δωριεῦσι συμφόρα.

Corinthii enim Dores. Confer nostrum in hoc ipso Eidyllio, v. 91. Hanc autem conjecturam defendit ipse Euripides. Vide ejusdem Phœnissas, v. 330. Vulgo δακρύοισι· al. δακρύουσι.

v. 42. παῖσδε. Al. παῖδα. Is. Vossius conjiciebat παῖσδα, Dorice pro παῖδα.

v. 43. τὰν αὔλειαν ἀπόκλαξον. Vid. supra, v. 33. *Vestibuli portam claude.* Αὔλειαι θύραι memorantur in Eid. XXIX. v. ult.

v. 45. χρή. Hoc loco significat, *licet*. Δεῖ sæpe idem significare monet Kiesslingius.

Ibid. μύρμακες ἀνάριθμοι. Ut apud Horatium "veteli notique columbi," omissa comparationis particula.

v. 47. ἐξ ὢ ἐν ἀθανάτοις. Soterem Lagi filium intelligit, qui a Ptolemæo Philadelpho filio in Deorum numerum relatus erat; ut in Eid. XVII. fusius enarrabitur.

v. 48. παρέρπων Αἰγυπτιστί. Æschylus in Fragmento quodam:

Δεινοὶ πλέκειν τοι μηχανὰς Αἰγύπτιοι.

Vide Schol. in Aristoph. Nub. 1128. qui nostrum citat.

v. 49. ἐξ ἀπάτας κεκροταμένοι. Homines *fraudulenti, ex dolis conflati*, metaphora sumpta a ferro aliisque metal-

✗ v. 44. [illegible] sive [illegible].
[illegible] II. p. 280. (Hemst.)

lis, quæ crebris ictibus contunduntur et conflantur. (HARLES.) Toupius conjungit ἐξ ἁπάτας ἔπαισδον, explicans ἄνδρας κεκροτημένους *ad nequitias instructos et exercitatos*, quales Græci vocabant κρόταλα et κροτήματα. Schweighæuserius vim verbi συγκροτεῖν derivat ab ea notione quam in musicis habet, ubi idem valet quod πρὸς ἁρμονίαν ἄγειν, i. e. ita exercitare chorum, ut omnes ad unum ictum concinant, et ad justum tempus sibi respondeant. (KIESSLING.)

v. 49. ἔπαισδον. *Malos ludos ludebant*; i. e. *latrocinium exercebant*. Reiskius autem κακὰ παίγνια pro nominativo capit, vertens, *Mali scurræ*.

v. 50. πάντες ἐρειοί. Ἐρειοὶ sine dubio vitiosum est, et multis conjecturis locum dedit. Scaligero in mentem venit ἐρεμβοί, Nomades, sive Troglodytæ; Toupio ἀεργοί· Wartono ἀραῖοι· Musgravio ἀγρεῖοι. Valckenaerium suæ conjecturæ ἕλειοι, *in palustribus Ægypti locis habitantes*, postea pœnituit. I. H. Vossius excogitavit ἑλειοί· nam Hesychio auctore ἑλειὸς est εἶδος ἱέρακος. Eldikius versum sic corrigebat:

ἀλλάλοις ὁμαλοὶ, κακὰ παίγνια παῖσδεν ἄριστοι.

Ego suspicor scribendum esse πάντες ἀχρεῖοι, *omnes nequam*. Ἄχρειος et ἄχρηστος eodem sensu apud Græcos usurpantur, quo *inutilis* apud Latinos. Paulus ad Philem. de servo, qui furto admisso fugitivus abierat, v. 11. τὸν ποτέ σοι ἄχρηστον, νυνὶ δὲ σοί καὶ ἐμοὶ εὔχρηστον, ὃν ἀνέπεμψα. Et Athenæus, lib. ii. cap. 4. p. 41. Τῶν δὲ ἄλλων ὑδάτων τὰ μὲν ἐκ πετρῶν φερόμενα δνοφερὰ καλεῖ, καὶ ἀχρεῖα δηλονότι· quoniam scil. ut ait infra, δυσκατεργαστοτέρά ἐστιν τῇ ψυχρότητος ὑπερβολῇ. Item Aristoph. Nub. 665. ἀχρεῖος εἰ καὶ σκαιὸς, *nullius pretii et sinister es*. [illegible] p. [417]

v. 51. τί γενώμεθα. Vulgo τί γενοίμεθα; Soloece. Citat Schaferus Meletemata Critica sua, p. 98.

v. 53. κυνοθάρσης Εὐνόα. *O tu temeraria ut canis.* Ista sic jungenda monuit Reiskius. Vulgo interpungebatur post κυνοθαρσής.

v. 54. διαχρησεῖται τὸν ἄγοντα. Id est, διαφθερεῖ τὸν ἀναβάτην. Sic τὸν ἄγοντα Scholiastes reddit in Cod.

Mediceo. (VALCKENAER.) Potius intelligendus est homo equum manu ducens, *ductor*, non sessor. (KIESSLING.)

v. 35. ὠνάθην μεγάλως. *Valde mihi prodest.* Al. ὠνάσθην. Cum inusitatior sit hæc forma, ὠνήμαν conjecit Valckenaerius. Idem cum Casaubono malit ἐνδοῖ pro ἔνδον, ut supra v. 1.

v. 57. τοὶ δ' ἔβαν ἐς χώραν. Non significat, *processerunt in campum*, sed, *in suum quisque locum recesserunt*. Recte Scholiastes in Cod. Flor. reddit εἰς τὴν τάξιν αὐτῶν. (VALCK.)

Ibid. συναγείρομαι. Editus Schol. optime interpretatur ἀνακτῶμαι ἐμαυτὴν ἀπὸ τῆς ταραχῆς. Homeri θυμηγερέων, Od. H. 283. redditur in Scholiis et apud Eustathium συνάγων καὶ ἀνακτώμενος τὴν ψυχήν. (VALCKENAER.)

v. 58. ψυχρὸν ὄφιν. Scholiastes interpretatur τὸν ψυχροποιόν. Virgilius *frigidum anguem* vocat. Schol. ad Nicandr. Theriac. 221. citante Kiesslingio: κοινῶς δὲ πάντα τὰ ἑρπετὰ ψυχρά. Pro ὄχλος πολὺς infra, al. ὅσος ὄχλος.

v. 60. ἐγών ὦ τέκνα. Γ. παρενθεῖν εὐμαρές. Al. ἐγὼν τέκνα. Γ. εἶτα παρενθεῖν εὐμαρές; atque ita, quod mirum, edidit Kiesslingius.

Ibid. παρενθεῖν. *Intrare.* Aristoph. Nub. 850. ταῦτ' ἔμαθες τὰ δεξιὰ εἴσω παρελθών. Eodem sensu παραβῆναι et παρεῖναι. Aristoph. Eq. 505. εἰς τὸ θέατρον παραβῆναι. Acharn. 13. πάριτ' εἰς τὸ πρόσθεν.

v. 62. καλλίστα παίδων. Duas alloquitur.

Ibid. πείρᾳ θὴν πάντα τελεῖται. Sil. Ital. XV. 104. *Prosequitur labor: annitendum intrare volenti.*

v. 64. πάντα γυναῖκες ἴσαντι. "Omnia norunt mulieres; etiam illud certe notissimum, Junonem nuptam fuisse Jovi. Deridet Gorgo anum illam proverbiis verissimis et effatis utentem; quam salse ideo vocat oracula mera vaticinantem." Ita explicat hunc locum Wartonus contra Casauboni atque aliorum sensum, qui curiositatem mulierum hic notari monent, quemadmodum apud Plautum in Trinummo, I. 2. 179.

Id quod in aure rex reginæ dixerit
Sciunt; quod Juno fabulata est cum Jove.

Mihi ut verum fatear, utrum ironice an serio hæc proferantur, non certissime constat; credo autem, serio, quoniam non πρεσβύτιδας, sed γυναῖκας, πάντα ἐπίστασθαι dicit Gorgo; neque deridere mihi videtur vetulam oracula edentem, sed ut doctam admirari, quippe quæ ad historiam belli Trojani tam sapienter alluserit. Dicit ergo, "Omnia sciunt mulieres, etiam id quod ipsos Deos latuit, nempe Junonis cum Jove consortium." De qua re consulendus Scholiastes.

v. 67. Εὐτυχίδος. Eutychis Gorgonis ancilla, Eunoa Praxinoæ. Voces πότεχ' αὐτᾷ vertit Kiesslingius, *attende* ad eam. Idem infra dedit ἀμέων pro ἀμῶν.

v. 69. θερίστριον. Vestis *æstivo* tempore sumpta, ut χείμαστρον *hyemali*. Scholiastes ad Aristoph. Av. 716. vocem ληδάριον exponit esse θερίστριον, ἢ εὐτελὲς ἱμάτιον θερινόν. Pro εἴ τι, al. αἴ τύ.

v. 72. οὐκ ἐπ' ἐμίν. *Non penes me.* Ἐπ' ἐμοῦ significat *meo tempore*. Vide Eid. VII. 86.

v. 74. κεἰς ὥρας κἤπειτα. Ex monitu Valckenaerii κἠς edidit Kiesslingius. Sic κἤτε, κἠπε. *Et hunc in annum et in plures fortunatus sis, qui nostrum curam geris.* Hor. Carm. I. 32. 2. *Quod et hunc in annum vivat et plures.* Eustathius ad Hom. Od. I. p. 342. formulam Atticam μὴ εἰς ὥρας ὁ δεῖνα ἵκοιτο interpretatur πρὸ ὥρας ἐκθερισθείη, *ante tempus moriatur.* (VALCKENAER.) Similiter locutus est Homerus. H. in Bacch.

Δὸς δ' ἡμᾶς χαίροντας ἐς ὥρας αὖτις ἵκεσθαι,
ἐκ δ' αὖθ' ὡράων εἰς τοὺς πολλοὺς ἐνιαυτούς.

Ibid. φίλ' ἄνδρων. Notissimæ syntaxeos auxilio corrigendus Euripides, Med. 842. Πῶς οὖν ἱερὸς ποταμῶν, ἢ πόλις, ἢ φίλων πόμπιμός σε χώρα τὰν παιδολέτειραν ἕξει; Vulgo ἱερῶν. Ἱερὸς ποταμῶν est Cephisus. In antistropha quæ his respondet, legendum, Πῶς δὲ θράσος ἄφρονι σῇ χειρὶ τέκνων σέθεν, καρδίᾳ τε λήψει, δεινὰν προσάγουσα τόλμαν; Vulgo, ἢ φρενὸς, ἢ χειρὶ, nullo sensu. Nonnus, Dionys. lib. xxx. p. 506.

καὶ θάνατον Φαέθοντος ἐχέφρονι χειρὶ τινάσσων.

Rogat quidem Elmsleius, ubi dicatur *τέκνων σέθεν προσάγουσα, liberis tuis admovens,* aut aliquid simile? Sed structura est, ni fallor, *πῶς δὲ θράσος λήψει (ἀπὸ) τέκνων σέθεν, προσάγουσα (αὐτοῖς) τόλμαν*; Vir fortis ad pugnam proficiscens viso hoste animosior fit: Medeam visis infantibus animo defecturam putat Chorus.

v. 76. *ἄγ' ᾧ δειλὰ τὺ, βιάζευ.* Vulgo interpungitur post *δειλά*. Correxit Harlesius.

v. 77. *ὁ τὰν νυὸν εἶπ' ἀποκλάξας.* Miror Valckenaerio dubium videri utrum hoc sponsus dicere sueverit, an sponsi pater, quo nimirum ad patrem relato perit omnis sententiæ lepos. Neque verum esse credo quod ille innuit, sponsam non recte dici *νυόν*. Quid enim aliud significare potest in v. 15. Eidyll. XVIII.

Κῆς ἔτος ἐξ ἔτεος, Μενέλαε, τεὰ νυὸς ἅδε;

Jam de sententia videndum est. Vertit Lat. Interpres: *Ait ille qui Sponsam inclusit.* Et profecto verbum *ἀποκλείω* tum includendi, tum excludendi notione apud probos auctores usurpatur, quoniam qui includit aliquem, eum ab exeundo excludit et prohibet. At hoc loco mallem interpretari, *exclusit.* Intellige, *qui puellis secum admissis uxorem exclusit.* Hoc forsitan dicit Gorgo respectu habito ad multitudinem exclusam.

v. 78. *πόταγ' ὧδε.* *Huc age.* Hesych. *Ποτάγει, προσέρχεται.* Vid. Eid. I. 62. Wartonus *τὰ ποικίλα* vertit "Embroidered work."

v. 79. *λεπτὰ καὶ ὡς χαρίεντα.* Correxit Porsonus *ὡς λέπθ' ὡς χαρίεντα.* Valckenaerio vulgatum placebat. Dixit Homerus, Od. χ. 223. *οἷα θεάων λεπτά τε καὶ χαρίεντα,* de vestibus quas texebat Penelope. *Θεῶν περονάματα* hoc loco certe vitiosum est. Emendabat Reiskius, *θεῶν περ νάματα.* At *νᾶμα* Theocrito semper est *aqua,* non *stamen* quod hic voluit vir doctus; nisi cum Ahlwardto interpreteris verba *αἶρε τὸ νᾶμα,* v. 27. *tolle mantele;* quod et Kiesslingio placet. Valckenaerius, *θέαων νήματα.* Ruhnkenius *θεῶν γε πονάματα.* Wassenbergius, *θεῶ γε πονάματα, ipsius Deæ Palladis.* Nobis in mentem venit *θεῶν περνάματα, Deorum merces,* a *περνάω* vel *πέρνημι.* Codex vetustus apud Gaisf. exhibet *περνεύματα.*

v. 80. *σφ' ἐπόνασαν.* Σφε poetice pro *αὐτά*. Dorice dicitur *ψε*. Vid. Eid. IV. 3.

v. 82. *ἐνδινεῦντι.* Δινέω et δινεύω, monente Valckenaerio, sæpe neutraliter adhibentur, ut apud Homerum, Il. Σ. 494. *Κοῦροι δ' ὀρχιστῆρες ἐδίνεον.*

v. 83. *ἔμψυχ' οὐκ ἐννυφαντά.* Contra Shaksperius, "Antony and Cleopatra." Act. III. Sc. 3.

Her motion and her station are as one;
She shows a body rather than a life;
A statue than a breather.

Ibid. *σοφόν τι χρῆμ' ὤνθρωπος.* Gerhardius legit *σοφόν τοι*, ut apud Archilochum, Fragm. XLVII. *χρῆμά τοι γελοῖον.* Sed vide infra v. 145. atque ibi notata. Citat Kiesslingius ex Ovid. Fast. I. 103. *Res sum prisca.* Sic Janus de se.

v. 87. *ἀνάνυτα κωτίλλοισαι τρυγόνες.* Interpunctionem post *κωτίλλοισαι*, ab Hemsterhusio sublatam, ego reponendam arbitror. *Desinite, o miseræ, frustra garrientes.*

v. 88. *τρυγόνες ἐκκναισεῦντι.* Monstrum vocis *ἐκκναισεῦντι*, quod vertunt *odiose* strident, in *ἐκκναίοντι*, vel *ἐκκνυσδοῦντι*, *deformant et corrumpunt*, mutandum suspicatur Valckenaerius. Mihi, si nihil aliud in hac lectione displiceret, mutatio personæ minus apta videretur. Lego, faventibus partim MSS. *τρυγόνες ἐν σκηναῖσι, velut turtures in tabernis venales.* Vide supra, v. 16. Conjecit Heinsius *τρυγόνες ἐκ ναύσοιο*, pro *νάσοιο*, ex more Dorum et Siculorum, qui porro Siciliam *κατ' ἐξοχὴν Insulam* nominabant.

Ibid. *πλατειάσδοισαι. Omnia dilúcto ore pronuntiantes.*

v. 89. *Μᾶ, πόθεν ὤνθρωπος ;* Μᾶ defendit Valckenaerius ex Eustathio, qui inter varias *μιμητικὰς* formas ponit *καὶ τὸ μᾶ παρὰ Θεοκρίτῳ*, et pro *ὦ μῆτερ* dici putat, quale Atticorum *Δαμάτερ* aliquando cum admiratione indignantis est. Et in Æschyli Suppl. v. 897. et 906. explicatum in Scholiis per *ὦ μῆτερ γῆ*. Sed in tam corrupto dramate admodum incerta cujuscunque vocabuli auctoritas. Conjecit Toupius ; *πᾶ*; *πόθεν*

ὤνθρωπος; Alius quidam vir doctus, cujus notis MSS. ad Theocritum utor, ἄ, πόθεν. ἄ exclamantis est.

Ibid. τί δὲ τίν. Sub. μέλει, ut apud Bion. V. 4. τί μοι πολὺ πλήονα μοχθεῖν.

v. 90. πασάμενος ἐπίτασσε. Πάσασθαι, βραχέος μὲν ὄντος τοῦ α, τὸ γεύσασθαι δηλοῖ· ἐν ἐκτάσει δὲ τούτου τὸ κτήσασθαι. Ammonius Grammaticus. Ad quem vide Valckenaerium. Legit ille ex Etymol. M. ad v. πολυπάμμων, Πασάμενος ποτίτασσε; Sed lectio ista in nullo Theocriti Cod. reperitur. Quare legendum suspicor πασάμενος γ' ἐπίτασσε. Particula γε, alias sæpe poetis infeliciter intrusa, hoc loco vim suam exercet. Verte; *emptione saltem tibi acquire quibus imperes.* Recte confert Valckenaerius Plautum, Pers. Act. II. Sc. 4. v. 2. *Emere oportet quem tibi obedire velis.* et Trinumm. IV. 3. 54. *Emere melius est cui imperes.* Male vulgo edebatur πασσάμενος. Citat Gaisfordius Soph. Œd. Col. 839. μὴ 'πίτασσ' ἃ μὴ κρατεῖς.

Ibid. Συρακοσίαις ἐπιτάσσεις; Malit Valckenaerius Συρηκοσίαις· item ex Cod. σ' ἐπιτάσσεν; Infra, ὡς δ' εἰδῆς conjecit Valckenaerius, et in uno Cod. repertum recepit Kiesslingius.

v. 91. Κορινθίαι εἰμὲς ἄνωθεν. Corinthii Syracusas olim, duce Archia, coloniam deduxerunt, unde Syracusas Ἐφυραίων ἄστυ vocat Theocritus infra, Eid. XVI. 82. Bellerophontes autem Glauci Corinthiorum regis filius erat.

v. 94. Μελίτωδες. Porphyrius de Nympharum antro: Καὶ τὰς Δήμητρος ἱερείας ὡς τῆς χθονίας θεᾶς μύστιδας, Μελίσσας οἱ παλαιοὶ ἐκάλουν, αὐτήν τε τὴν κόρην Μελιτώδη. De Melissis meminit Callimachus, H. in Apoll. 110.

Δηοὶ δ' οὐκ ἀπὸ παντὸς ὕδωρ φορέουσι Μέλισσαι. (TAYLOR.)

Ibid. ὃς ἀμῶν καρτερὸς εἴη. Scribe, ex monitu Valckenaerii, ἀμέων. Καρτερὸς non est comparativus, quod putabat Reiskius, sed positivus genitivum regens, quemadmodum Archilochus *Asiæ imperantem* Ἀσίης καρτερὸν dixit. Alibi apud Nostrum sine casu adjuncto legitur.

v. 95. πλὰν ἑνός. Loco sic interpuncto accuratius dictum

fuisset πλὰν δύο, cum ἀμέων καρτερὸς, non ἐμοῦ καρτερὸς, dicat Praxinoe. Vide autem Kiesslingium in voces sequentes. Ego in eorum sententiam accedo qui verba cum sequentibus connectunt, πλὰν ἐνὸς οὐκ' ἀλέγω. Haud aliter locutus est Theocritus, Eid. V. 84.

πλὰν δύο τὰς λοιπὰς διδυματόκος αἶγας ἀμέλγω.

Ibid. μή μοι κενέαν ἀπομάξης. Heinsius sic locum intelligit: *Non vereor, ne tu, qui mihi nihil admetiris, mensuram abstergas: non metuo ne mihi noceas, qui unquam prodesse potuisti.* Ad κενέαν intelligit χοίνικα. Mureti explicatio hæc est: " Optat mulier a Persephone quæ partubus præest, ne quis unquam nascatur, qui in ipsas imperium exerceat. Addit autem, *præter unum:* quoniam alioqui male precari videretur reginæ, et optare ne quis unquam ex ipsa filius nasceretur. — Ego non dubito quin pro κενέαν legendum sit κονίαν· ut hoc mulier dicat: *non vereor ne in me pulverem abstergeas:* id est, ne me impune contemptam et despicatam habeas. Esset enim extremi contemptus signum, si quis pulverem e calceis aut e veste sua, ludibrii causa abstergere in alios vellet." Toupius legit et distinguit:

Πλὰν ἐνὸς οὐκ ἀλέγω, μή μοι κονίαν ἀπομάξης.

" De veste sua, ne quid detrimenti capiat scilicet, sollicita est, ut supra, Praxinoe. Quare ad hominem se convertit, et dicit: *unum tantum metuo, ne pulverem in me abstergas.*" Conjecturam suam defendit vir doctus citato Luc. X. 11. καὶ τὸν κονιορτὸν τὸν κολληθέντα ἡμῖν ἐκ τῆς πολέως ὑμῶν ἀπομασσόμεθα ὑμῖν. At vereri se dicit Valckenaerius, ut *pulverem in aliquem abstergere,* dici possit κονίαν τινὶ ἀπομάξαι. Scaliger qui intelligit ad κενέαν vocab. γνάθον, et verba πλὴν ἐνὸς cum sequentibus conjungit, locum sic explicat: " *At tu mihi imperare non potes, ut malas sufflem, quas tu alapis cædas. Sed unum tantum vereor ne vacuas malas cædas.* Videtur hoc dictum in eos, quorum imperium contemnebant. *Potes imperare servis tuis, ut malas inflent, quoties eos vis cædere: nobis liberis non potes hoc imperare: sed potes per injuriam imprudentibus malas vacuas depalmare.*" Erasmo in adagiis subaudiendum videtur γνάθον, χεῖρα, aut simile quiddam. " Apparet," addit, " esse comminantis aut timentis alapam aut colaphum. Nam locus nondum satis liquet." Brodæus subaudiens χεῖρα, vertit: *Ne tu*

mihi colaphum infringas. Auratus intellexit πληγήν. Reiskius τὴν κάρδοπον, in hanc sententiam: *nil curo, num tu mihi vacuam mactram rutro deradas*, h. e. parum mea refert, operam frustraneam te insumere nobis imperitandi, quæ in tui potestate non sumus: proverbialem locutionem, *mactram vacuam rutro deradere* de omnibus valere incassum laborantibus. Græfius emendat γενεάν. "Non sollicita sum, quasi tu nobis *genus nostrum*, quo Dorienses sumus, eripere possis, et velut *abstergere* in nobis *patrium Dorismi colorem.*" Denique de universo hoc loco ita disserit Kiesslingius. "Videtur jam hic locus in desperatis esse habendus. Hoc tamen affirmari licet, πλὰν ἐνὸς pertinere ad regem Ptolemæum; tum verba οὐκ ἀλέγω absolute esse posita, ut Eid. XXVI. 27. add. Hom. Iliad. XI. 389. neque cohærere cum ultimis, qualiscunque sententia his tenebris obruta lateat." Equidem Toupii explicationem veram puto; at pro ἀπομάξῃς melius forte legeremus ἀπομάξῃ, voce media.

v. 98. ἅτις καὶ Σπέρχιν. Vertit Toupius: *quæ in canendo Sperchide, quod carmen lugubre est, primas tulit.* Scilicet *Sperchis* vocabatur carmen de Sperchide, qui cum Bulide quodam Persis se interficiendum pro patria obtulerat. Vide Suidam. Dicitur Σπέρχιν ᾄδειν, ut Ἁρμόδιον ᾄδειν, Τελαμῶνα, et similia. Monet autem Kiesslingius, non opus esse ut suppleatur ἀείδουσα, conferens Soph. Elect. 122.

v. 99. διαθρύπτεται. Mollibus motibus et præludiis se accingit ad Adonidem canendum.

v. 100. Γολγώς. Conjectum a Valckenaerio pro Γολγόν, in Codd. repertum fuit. Catullus:

Quæque regis Golgos, quæque Idalium frondosam.

Hæ urbes erant Cypri. Idalium tamen mons quoque et lucus urbi vicinus, Veneri sacer. Eryx, Siciliæ mons, ubi templum Veneris Erycinæ. Αἰπεινὰν legitur in Codd. mendose.

v. 101. χρυσῷ παίσδοισ'. Al. παίζουσ'. *Auro ludens.* Scholiastes explicat, ὅτι οἱ ἐρῶντες χρυσῷ πείθουσι τοὺς ἐρωμένους. Hinc conjecit Hemsterhusius πείθουσ' pro παίζουσ'. Scaliger χρυσωπίζουσ', i. e. χρυσῶπις. Locum ut vulgo scribitur citat Eustathius. Forsitan παίζουσα verti debebat *illudens*, sive *per ludum decipiens.*

v. 103. μαλακαίποδες ἄγαγον Ὧραι. Is. Vossius in ora libri sui posuerat μαλακαὶ πόδας quod et conjecit Sanctamandus, et in Cod. repertum fuit. Verum πόδας sequente verbo activo ἄγαγον, debet ab eo regi. Unde suspicor legendum esse μαλακᾶν πόδες ἄγαγον Ὡρᾶν, vel μαλακοὶ πόδες. Horas autem μαλακὰς vocari crediderim, non quod τὸ ἔαρ μαλακὸν, quæ Scholiastæ est explicatio, sed quod silente et sensibus minime percepto gressu procedunt. In uno Cod. legitur μαλακοὶ πόδες ἄγαγον Ὧρας, vitiose.

v. 105. vid. p. [417]

v. 106. ἀθανάταν ἀπὸ θνατᾶς. Vulgo ἀπὸ θνατῶν ἀνθρώπων. Valckenaerius, ἀπὸ θνατᾶς ἀνθρώπω.

v. 107. ἀνθρώπων ὡς μῦθος. Eur. Iph. Aul. v. 72. ὡς ὁ μῦθος ἀνθρώπων ἔχει.

v. 112. πὰρ μέν οἱ. Si verum est quod de voce οἱ me suspicari supra monui, quod et a Tayloro observatum fuit, liquet mendosum esse hunc locum, ubi, sensu non repugnante, legi posset πάρ γέ οἱ, vel, quod forte melius, πᾶρ ῥα οἱ. Hermannus eadem de causa emendat, πὰρ μέν οἱ κεῖθ' ὥρι' ὅσα, κ. τ. λ.

Ibid. ὅσα δρυὸς ἄκρα φέρονται. Φέρονται dedi pro φέροντι, consentientibus multis MSS. apud Gaisfordium. Δρυὸς ἄκρα sunt ἀκρόδρυα, id est *fructus*. Πάντα φησι τὰ ἀκρόδρυα περιτίθενται (παρατίθενται emendat Toupius) τῷ Ἀδώνιδι ἀπὸ παντοίας ἰδέας ὀπωρῶν. (Schol.) Servato φέροντι δρυὸς ἄκρα necessario erunt οἱ τῶν δρυῶν ἀκρέμονες, sed pro ἀκρόδρυα divisim dixisse Theocritum testis est Eustathius. Probabiliter tamen legit Schaferus ὅσα δρύες ἄκρα φέροντι.

v. 113. πὰρ δ' ἀπαλοὶ κᾶποι. Ἐν τοῖς Ἀδωνίοις εἴδωλα ἐξάγουσιν, καὶ κήπους ἐπ' ὀστράκων, καὶ παντοδαπὴν ὀπώραν. Hesychius. Hoc autem faciebant in memoriam Adonidis in herbarum, præsertim lactucæ, toro collocati.

v. 114. χρύσει' ἀλάβαρτρα. De lapide alabastrite vasis unguentariis sæpe fieri consuetis, tandem vasa unguentaria in genere dicta sunt ἀλάβαστρα. Masculino genere ἀλάβαστρος dixerunt Callimachus atque alii.

v. 115. *ἐπὶ πλαθάνῳ πονέονται.* Πλάθανον, *κύκλον ἐφ' οὗ πλάττουσιν ἄρτους καὶ πλακοῦντας.* Hesych. Anglice, "a kneading-trough." Ἔδατα sunt *πέμματα.* Πονέοντι corrigit Koen. Al. *ποιεῦνται.*

v. 116. *τά τ' ἐν ὑγρῷ ἐλαίῳ.* Minorem distinctionem hic ponendam opinatur Valckenaerius, intelligens omne genus volucrum atque aliorum animalium dulciario opere effingi. Fructus autem maturos non imitatione sed re vera ibi adfuisse arbitratur.

v. 117. *χλωραὶ δὲ σκιάδες. Umbracula ex ramis arborum constructa.* Pro *βρίθοισαι,* al. *βρίθοντες,* et *βρίθονται.* Pro *δέδμανθ',* al. *δέδμαθ'.*

v. 121. *ἀηδονιδῆες.* Voci vulgatæ *ἀηδονιῆες* literam interjecit Valckenaerius. Ἀηδονιδεὺς est *ἀηδόνος νεοσσὸς,* ut λυκιδεὺς, *lupæ catulus,* (v. Eid. V. 98.) et similia.

Ibid. *ἐφεζόμενοι ἐπὶ δένδρων.* Al. *ἀεξομένων.* Δενδρέων, Brunck. Koenius *ἐπὶ δένδρῳ.*

v. 122. *πωτῶνται.* Ποτάομαι et *πωτάομαι* æque dicebant Græci, et utriusque formæ exemplum etiam alibi apud Theocritum reperies.

Ibid. *ὄζον ἀπ' ὄζω.* Ὄσδον *ἀπ' ὄσδῳ* conjicit Toupius. Has autem virorum doctorum conjecturas, quæ circa dialectum solum versantur, non singulis locis repetere mihi visum est. Literas *σδ* pro *ζ* plerumque usurpabant Dores; an tamen hoc semper fecerint Poetæ nostri, etiam in iis quæ Δωριστὶ scriberent, non liquet. Nihili est in his Codicum auctoritas. Epig. *ἀδεσπ.* 397. Ἰξευτὴς *πρὸς στρουθίον*

Τίπτε *μέγα κλάζεις πωτωμένη ὄζον ἀπ' ὄζω;*

v. 123. *ὦ ἔβενος, ὦ χρυσός. O ebenum, o aurum, &c.* In his duobus versibus explicandis aut emendandis frustra sudaverant Editores. Horribili vocalium hiatu nihil deterritus Eldikius ita legebat:

ὦ ἐβένω, ὦ χρυσῷ, ὦ ἐκ λευκῷ ἐλέφαντος
αἰετῷ οἰνοχόον Κρονίδᾳ Διὶ παῖδα φέροντος.

Imo hiatu hoc in loco et repetito ὦ admodum delectatur Valckenaerius, utpote quæ mulieri admiranti valde conveniant. Mihi nihil quod satisfaciat succurrit, nisi ut *αἰετῶ* in *αἰετοὶ* mutandum credam. Et sic quidem scriptum video in duobus Codd. optimæ notæ apud Gaisfordium. Et Longus, Lib. 4. de pulchritudine Daphnidis, dixit, Ἀλλά *εἰ μένειν ἔτι ἐπὶ γῆς ἐπιτρέπουσι τοιοῦτον κάλλος, χάριν ἔχομεν τοῖς Διὸς αἰετοῖς*. Quæ si cui hyperbolica locutio videatur, et propterea minus huc facere, nihil denique impedit quin diversæ ejusdem rei repræsentationes hoc loco intelligantur. Neque valde mirabor si quis hæc cum præcedentibus connectenda esse censeat, et deinde legendum, qualiter fere est apud Calliergum,

ὦ ἔβενος, ὦ χρυσὸς, ὦ ἐκ λευκῶ ἐλέφαντος
αἰετοὶ, οἰνοχόον Κρονίδᾳ Διὶ παῖδα φέροντες.

Ut ὦ ponatur pro οὗ ubi, sicut alibi apud Theocritum.

v. 125. *πορφύρεοι δὲ τάπητες*. Hos quatuor versus ad hunc modum emendat Valckenaerius:

πορφύρεοι δὲ τάπητες ἄνω (μαλακωτέρος ὕπνω
ἀ Μίλατος ἐρεῖ, χὠ τὰν Σαμίαν καταβόσκων,)
ἔστρωται κλίνα· τῷ Ἀδώνιδι τῷ καλῷ ἄλλα·
τὰν μὲν Κύπρις ἔχει, τὰν δ' ὀρ ῥοδόπαχυς Ἄδωνις·

μαλακωτέρος Dorice posito pro *μαλακωτέρους*. Ego locum minore mutatione sic refingo:

πορφύρεοι δὲ τάπητες ἄνω, μαλακωτέρα ὕπνω,
ἀ Μίλατος ἐρεῖ, χὠ τὰν Σαμίαν καταβόσκων,
ἔστρωται κλίνα· κ. τ. λ.

Purpurei autem superne tapetes, mollior somno, (sive *musco*, vid. Eid. V. 51.) *uti confitebitur ipsa Miletus et Sami cultor, lectus est stratus.* Nempe in appositione statuuntur nominativi *τάπητες* et *κλίνα*. De Milesiis velleribus multa narrantur, de Samiis ex hoc solum loco compertum est. Monet autem Kiesslingius etiam Samiis ovem in honore fuisse, non tamen ob quæstum ex lana, sed ob aliam rationem ab Æliano indicatam. De N. A. XII. 40. Bene etiam *ἄνω* addidit Poeta; inferiora enim stragula non purpurea erant. Athenæus II. 9. Ὅμηρος δὲ *τὰ μὲν στρωμάτων κατώτερα λῖτα εἶναι φάσκει, ἤτοι λευκὰ, καὶ μὴ βεβαμμένα*. Odyss. Δ. 130.

Αὐτὴν δ' ἐς θρόνον εἷσεν ἄγων, ὑπὸ λῖτα πετάσσας,
καλὸν, δαιδάλεον,

Quæ male vertit Clarkius. Voces enim καλὸν, δαιδάλεον, non cum λῖτα construi debuerant, sed cum θρόνον, quod ex loco Athenæi quem ipse citavit satis patet. Od. K. 352.

Τάων ἡ μὲν ἔβαλλε θρόνοις ἔνι ῥήγεα καλὰ,
πορφύρεα καθύπερθ', ὑπένερθε δὲ λῖθ' ὑπέβαλλεν.

Scribendum autem λιτὰ πετάσσας, et λίθ' ὑπέβαλλεν. Vide Hesychium ad v. λιτὰ, atque ibi Albertum.

v. 126. τὰν Σαμίαν. Similiter locutus est Callimachus, H. in Cer. 25.

Οὕπω τὰν Κνιδίαν, ἔτι Δώτιον ἰρὸν ἔναιον.

Pro τὴν Κνίδον. Et Eurip. Iphig. Taur. 1235. Δηλίας ἐν καρποφόροις γυάλοις· ubi γᾶς intelligi vult Marklandus.

v. 129. ἢ ἐννεακαίδεχ'. Non mirum est Petrum Fonteinium graviter offensum fuisse ellipsi vocis ἐτῶν, atque adhuc magis minuta illa de annis Adonidis dubitatione. Atque ille propterea versum hunc spurium esse judicabat. Valckenaerius pro ὀκτωκαιδεκέτης legebat ὀκτωκαίδεκ' ἐτῶν. Nos, audacius fortasse, emendamus,

Ὀκτωκαιδεκέτης μὲν ἔχει νυὸν ἄλιχ' ὁ γαμβρός.

Id est, *sponsus octodecim annorum prope se jacentem habet sponsam æqualem.* Vocem ἄλιξ etiam alibi Theocrito a me restitutum videbis, nempe ad Eid. XX. v. 44.

v. 130. ἔτι οἱ πάρα χείλεα πύῤῥα. Id est, πάρεστι. Non dubitavi lectionem hanc in Cod. repertam pro vulgato περὶ in contextum revocare.

v. 132. ἀῶθεν δ' ἄμμες. Mane se simulacrum Adonidis ad mare laturas promittunt, nimirum ut sordes eluant, quas illud in pompa ex pulvere vel contactu contraxerat.

v. 133. ἐπ' ἀϊόνι πτύοντα. Similiter Oppian. Hal. V. 596. τὰ δ' ἠόσιν ἔπτυσαν αὐταῖς κύματα. et Leonidas Tarentinus Ep. 96.

Τετρηχυῖα θάλασσα, τί μ' οὐκ οἰζυρὰ παθόντα
τηλόσ' ἀπὸ ψιλῆς ἔπτυσας ἠιόνος;

Et Homer. Il. Δ. 426. ἀποπτύει δ' ἁλὸς ἄχνην. sc. κῦμα.

v. 134. *καὶ ἐπὶ σφυρὰ κόλπον ἀνεῖσαι.* Vertunt, *veste ad talos demissa.* Mihi magis placeret *ἐπ' ἰσχία κόλπον ἀνεῖσαι, sinu usque ad lumbos soluto.* Pro *ἀρχώμεθ'*, futurum requiri putat Kiesslingius, scil. *ἀρξούμεθ'*, sive *ἀρξόμεθ'*.

v. 137. *μονώτατος.* Vocem poeticam esse testatur Thomas Magister. Ab Aristophane plus semel usurpatur.

v. 139. *ὁ γεραίτατος εἴκατι παίδων.* *Τῷ γὰρ ἀρτίῳ ἀριθμῷ ἀποκέχρηται, ὡς καὶ Σιμωνίδης.* Schol. Al. *γεραίτερος.* Hecuba apud Homerum dicit,

Ἐννεακαίδεκα μέν μοι ἰῆς ἐκ νηδύος ἦσαν.

Ciceronem memoria lapsum opinatur Davisius, (Tusc. I. 35.) qui septendecim filios justa uxore natos Priamo assignaverit, nisi forte librariis debeatur error.

v. 141. *Λαπίθαι καὶ Δευκαλίωνες.* Conjecit Reiskius:

Οὔθ' οἱ ἔτι πρότεροι Λαπιθᾶν καὶ Δευκαλίωνος.

Sed ante Deucalionem claros heroas nullos fuisse Græcis notos monet Valckenaerius. Illi Deucaliones videntur esse vel Deucalionis filii Hellen et Amphictyon, ipso Herois nomine pro Patronymico adhibito, vel ipse Deucalion; quemadmodum a Plutarcho memorantur *Πηλεῖς, καὶ Ἀγχίσαι, καὶ Ὠρίωνες, καὶ Ἡμαθίωνες*, et a Tragico apud Longinum *Ἕκτορές τε καὶ Σαρπηδόνες.* Ingeniosa sane est hæc explicatio, sed minus necessaria. Plures enim fuerunt Deucaliones, quorum antiquissimus quidem ille Pyrrhæ maritus, sed et alii bello Trojano antiquiores. Schol. ad Apoll. Rhod. L. III. v. 1086. *Ἐκ τίνος γυναικὸς Δευκαλίων ἐγένετο Προμηθεῖ σεσιώπηται. ἔστι δὲ καὶ ἕτερος Δευκαλίων, περὶ οὗ Ἑλλάνικος ἱστορεῖ· καὶ ἄλλος ὁ Μίνωος* (Idomenei pater) *περὶ οὗ Φερεκύδης· καὶ τέταρτος ὁ Ἄβαντος· οὗ μνημονεύει Ἀριστιππος ἐν Ἀρκαδικοῖς.* His quatuor adjici potuisset quintus Deucalion, Argonauta, de quo Valerius Flaccus, Lib. I. 365.

——mollique a littore Pellæ
Deucalion certus jaculis; et cominus ense
Nobilis Amphion; pariter quos edidit Hypso,
Nec potuit similes voluitve ediscere vultus.

v. 141. *Πύῤῥος.* Frigide in hoc nomine ludit Philoctetes apud Sophoclem, (Phil. v. 927.) *Ὦ πῦρ σύ, καὶ πᾶν δεῖμα· si*

vera sit ea lectio. At ego persuasum habeo poetam scripsisse *ὦ φὼρ σύ.*

v. 142. *οὐ Πελοπηϊάδαι τε.* *Πελοπηϊάδαι* sunt Pelopis filii Atreus et Thyestes, a nominativo *Πελοπεύς.* Ita Pind. Nem. VIII. 21. *οἵ τ' ἀνὰ Σπάρταν Πελοπηϊάδαι.* De Pelasgis vetustissimo Græciæ populo videsis Æschylum in *Ἱκέτισιν.* Vide etiam quæ nuper scripserunt doctissimi Præsules, Landaviensis, (hodie Petriburgensis,) et Meneviensis.

v. 143. *εἰς νέωτ'.* *εἰς τὸ ἐπιὸν ἢ νέον ἔτος.* v. Hesych.

v. 144. *καὶ ὄκκ' ἀφίκῃ, φίλος ἠξεῖς.* Ita infra *ἐς χαίροντας ἀφικνεῦ.* Alibi verbum *ἀφικνέομαι* sonat simpliciter *venio.*

v. 145. *τὸ χρῆμα σοφώτερον· ἀ θήλεια ὀλβία ὅσσα ἴσατι.* Ita Valck. Vulgo interpungitur post *ὀλβία.* Ego cum Heinsio mallem

Πραξινόα, τὸ χρῆμα σοφώτερον ἀ θήλεια.

Σοφώτερον sæpe idem sonat quod *σοφόν.* Eurip. Med. 484.

τὴν Πηλίωτιν εἰς Ἴωλκον ἱκόμην
ξύν σοὶ, πρόθυμος μᾶλλον ἢ σοφωτέρα.

Et Hecub. 1001.

καλῶς ἔλεξας τῇδε καὶ σοφώτερον.

Heliodorus, Æthiop. Lib. V. p. 246. Ed. Bourdelot. de Chariclea loquens, superlativum adhibuit: *Ἔστι γάρ τι χρῆμα σοφώτατον, καὶ καιρὸν διαθέσθαι δραστήριος.* *Ἀ θήλεια* est *ἡ γυνή.* Aristoph. Av. 287. *αἵ τε θήλειαι προσεκτίλλουσιν αὐτοῦ τὰ πτερά.* Verte egitur *sapiens res est mulier;* nisi hæc de mulierum respectu habito ad viros præstantia malis intelligere. Dixerat supra Praxinoe *σοφόν τι χρῆμ' ὤνθρωπος, sapiens res est homo.* Jam audito poetriæ carmine dicit Gorgo, *τὸ χρῆμα σοφώτερον ἀ θήλεια.* id est, *ἡ θήλεια ἄνθρωπος ἐστι χρῆμα σοφώτερον τοῦ ἄῤῥενος.* H. Vossius scribit *τί χρῆμα σοφώτερον; quid doctius est,* scil. *hoc cantu?*

v. 146. *γλυκυφωνεῖ.* Al. *γλυκύφωνος,* aut *γλυκὺ φωνεῖ.*

v. 147. *ὥρα ὅμως κεἰς οἶκον.* Similem ellipsin verbi *ἰέναι* citavit Valckenaerius ex Aristophane, Ran. v. 1312.

ἐγὼ μὲν οὖν εἰς τὸ βαλανεῖον βούλομαι.

v. 147. ἀνάριστος. Dicebatur etiam ἀναρίστητος eodem sensu, teste Athenæo, Lib. II. Cap. 8.

v. 148. χώνὴρ ὄξος ἅπαν. *Vir mens totus quantus merum est acetum.* Ut alibi dura puella dicitur τὸ πᾶν λίθος. Unice veram lectionem ex Cod. reposuit Valck. pro ὄξος ἄγαν. Ὀξὺς ἄγαν legendum opinati sunt nonnulli.

Ibid. πεινᾶντι δὲ μηδὲ ποτένθης. Correxerunt viri docti pro μηδέποτ' ἔνθης. In Ed. Ven. Salamandr. legitur πεινᾶντί γε μηδέποσ' ἔνθης. Πεινᾶντι Dorice dictum pro πεινῶντι, quod ipsum in quodam Cod. exhibetur. Similiter Horatius, Epist. I. 15.

Impransus non qui civem dignosceret hoste.

v. 149. χαῖρε Ἄδων' ἀγαπητέ. Hermannus: χαῖρ' ἀγαπάτ' ᾠδωνι· quoniam το ι in Ἄδωνι elidi non licebat. Sed in Nossidis Epig. V. Ἄδωνα pro Ἀδώνιδα occurrit. Atque ita Hesychius, forte ex nominativo inusitato Ἄδων.

EIDYLLIUM XVI.

In hoc quidem Eidyllio non modo suavitatem illam et elegantiam sibi maxime propriam, poeta noster adhibuit; sed altius insurgit, et carminis epici majestatem cum verbis tum rebus assequitur. Falluntur egregie qui putant hoc carmen ironicam esse laudationem Hieronis, regis Siciliæ posterioris. Quicquid enim hic Theocritus in prima Eidyllii parte, de regum ac principum erga literas humaniores ingratitudine conqueritur, id omne videtur afferri, ut deinceps Hiero commendetur impensius, et exinde liberalitas ejus et magnificentia clarius eluceat. Atqui futilium grammaticorum satis a seipsa refellitur opinio. (Warton.)

v. 1. ἀοιδοῖς. *Poetis.* Al. legitur ἀοιδαῖς, *carminibus.*

v. 2. ὑμνεῖν ἀθανάτους, Hesiod. Θεογ. v. 36.

Τύνη, Μουσάων ἀρχώμεθα, ταὶ Διὶ πατρὶ
ὑμνεῦσαι τέρπουσι μέγαν νόον ἐντὸς Ὀλύμπου.

Ubi pro τύνη, forsitan legendum νῦν δή. Vide infra, v. 268. Idem, Θεογ. v. 43.

——— αἱ δ' ἄμβροτον ὄσσαν ἰεῖσαι
Θεῶν γένος αἰδοῖον πρῶτον κλείουσιν ἀοιδῇ.

Ibid. κλέα ἀνδρῶν. Vir doctus in Museo Critico, Vol. II. p. 243. cantiunculas quasdam particulares fuisse suspicatur, quæ singulorum heroum laudes celebrarent. Monet quidem ille voci κλέος sensu vulgari non convenire numerum pluralem, uti neque Anglicæ voci "Fame." Sed quidni vertas, *laudes præstantium virorum*. Homerus, Il. I. 189.

Τῇ ὄγε θῦμον ἔτερπεν, ἄειδε δ' ἄρα κλέα ἀνδρῶν.

Vide etiam Il. I. 520. et Odyss. Θ. 73.

v. 3. θεοὺς θεαὶ ἀείδοντι. Ne minime quidem variant Codd. aut Edd. Verum mihi displicet Asyndeton, et persuasum habeo vitium hic latere. Forsitan legendum, θεούς θ', ὅσοι, ἀείδοντι. *Et deos, quotquot sunt, cantu celebrant*. Ita in initio Theogoniæ nominatim recensentur viginti fere dii a Musis celebrati; neque hi solum, verum uno nomine

ἄλλων ἀθανάτων ἱερὸν γένος αἰὲν ἐόντων.

v. 4. οἱ δὲ βροτοὺς βροτοὶ ἀείδωμες. Al. ἀείδωντι, quod Solœcum esse monet Schaferus, citato Porsono ad Eurip. Hecub. 431. Exhibet unus Codex βροτοὶ βροτοὺς ἀείδωμες. Perquam autem dolendum est venustissimum Eidyllium duobus versiculis adeo ineptis deformari. Equidem magni facerem probabilem horum emendationem a quolibet alio prolatam; neque tamen a me tractatos nitescere posse despero. Age igitur, πειρητέον.

Μῶσαι μὲν θεαὶ ἐντὶ, θεοὺς θ' ὅσοι ἀείδοντι·
ἄμμες δὲ, βροτοὶ οἵδε, βροτοὺς αἰδούμεθ' ἀείδειν.

Δεικτικῶς addidit οἵδε, quod solent optimæ notæ Scriptores. Ἡμεῖς οἵδε sonat *nos qui hic*, scil. *in terris, versamur*. Homer. Odyss. I. 76.

ἀλλ' ἄγεθ' ἡμεῖς οἵδε περιφραζώμεθα πάντες.

v. 5. τίς γὰρ τῶν. Qui præcedentibus versiculis ut vulgo leguntur contenti, eos servandos putant, cum ad hunc ventum est, laborant, quoniam in his rationes suas evertere videtur poeta,

et γὰρ sensui officit. Legit propterea Wartonus τίς δ' ἄρα τῶν. Verum nostris emendationibus receptis omnia recte cohærent. Legit Taylorus τίς τ' ἄρ, ex Hom. Il. A. 8.

v. 6. πετάσας ὑποδέξεται οἴκῳ. Vertunt, *nostras Gratias, fores pandens, domo recipiet?* Χάριτες in hoc Eidyllio sunt *carmina*. Æschylus, Choeph. 316. Χάριτες δ' ὁμοίως κέκληνται γόος εὐκλεὴς προσθοδόμοις Ἀτρείδαις. Vide etiam Jacobs. Anthol. Vol. VI. p. 420. Elegantissima autem est Prosopopoeia qua fingit Poeta eas mendicarum ritu circumferri, atque accessu ad divitum ædes negato, dolentes in cistam quasi in casam suam redire. Neque tamen absurde πετάσας ad Χάριτας referas, ut sensus sit: *nostra carmina explicans, domo recipiet?*

v. 8. σκυζόμεναι. Infra, Eid. XXV. 245. κυρίως de leone, πυρσαὶ δ' ἔφριξαν ἔθειραι σκυζομένῳ.

v. 9. τωθάσδοισαι. Τωθάζειν hoc loco significat λοιδορεῖν. Vide Hesychium et Suidam in voce. Philostratus, lib. i. Icon. XXII. p. 796. αἱ δὲ Νύμφαι χορεύουσι, τωθάζουσαι τὸν Σάτυρον ἐπὶ τῷ καθεύδειν. *Nymphæ vero saltant, Satyro quod dormiat irridentes.*

Ibid. ὅτ' ἀλιθίην ὁδὸν ἦνθον. Al. ἀλητείην ὁδόν. Atqui, ut Toupii verbis utar, ἀλητείην ἔρχεσθαι ne Græcum quidem videtur. Quid quod et versus scaber, et sensus nullus? Neque enim poetæ vitio vertebant Charites quod viam erraticam ivissent, sed quod frustra et nullo fructu iter illud peregissent. Recte Schol. ἀλιθίην, ἤγουν ματαίαν ὁδὸν, *infructuosum iter*. "A fruitless Journey." Quod non raro faciunt poetæ. Legitur etiam ἀλλοτρίαν. Putat Kiesslingius ὅτ' non esse ὅτι, sed ὅτε, *quando*.

v. 11. ἐν γονάτεσσι. Similiter Plutarchus de Antonio apud Actium victo: ἐκείνην μὲν οὔτε εἶδεν οὔτε ὤφθη· παρελθὼν δὲ μόνος εἰς πρώραν ἐφ' αὑτοῦ ἐκάθητο σιωπῇ, ταῖς χερσὶν ἀμφοτέραις ἐχόμενος τῆς κεφαλῆς. Pulchre etiam Apoll. Rhodius de Medea, lib. iii. v. 1158.

ἵζε δ' ἐπὶ χθαμαλῷ σφέλαϊ κλιντῆρος ἔνερθεν,
λέχρις ἐρεισαμένη λαιῇ περὶ χειρὶ παρειήν.

v. 12. ἔνθ' ἄυη σφισιν ἕδρα. Locum ita interpretatur

Hemsterhusius. " Ibi Gratiis nostris aridum est minimeque locupletatum domicilium, quum nudis pedibus, nullisque muneribus auctæ, domum redeunt, inque cistæ fundo tristes se recondunt." Verum in multis Codd. pro *αὖη* legitur *ἀεὶ*, quod mihi nihilo deterius videtur.

v. 12. *ἐπὰν ἄπρακτοι ἵκωνται.* *Postquam redierunt,* (ut antea *ὅτε ἦνθον,*) non, *postquam redierint.* Sic Iliad. B. 228. *εὖτ' ἂν πτολίεθρον ἕλωμεν, quando urbem cepimus.* (KIESSL.)

v. 13. *τίς τῶν νῦν τοίοσδε;* Similis structura apud Soph. Œd. Tyr. 1493.

Τίς οὗτος ἔσται; τίς παραῤῥίψει, τέκνα,
τοιαῦτ' ὀνείδη λαμβάνων, κ. τ. λ.

Ubi tamen unus Codex præstat *ἔσται γ' ὅς.*

v. 16. *πόθεν αὔξεται ἀθρεῖ ἄργυρος.* Al. *πόθεν οἴσεται ἀθρεῖ ἀργυρόν* quod mihi melius videtur; *sibi augebit,* sensu medio. Ita infra, *ὃς ἐξ ἐμοῦ οἴσεται οὐδέν.* Dicebantur *ὑπὸ κόλπου χεῖρας ἔχειν,* id est, *manum sub sinu tenere,* οἱ *μηδὲν ἀποδιδόντες.* Pecuniam in sinu condebant. Ovidius, Amor. I. 10. 18. citante Koppiersio,

Quo pretium condat non habet ille sinum.

v. 18. *ἀπωτέρω ἢ γόνυ κνήμα.* Dicebant etiam *γόνυ κνήμης ἔγγιον.* Ita apud Plautum, " Tunica pallio propior." Unde suum proverbium ceperunt Itali hodierni, " Piu stringe la camicia che la gonna." Dicunt nostrates, *Charity begins at home.* Et Shaksperius, " Two Gentlemen of Verona," Act. II. Sc. 6.

I to myself am dearer than a friend.

Quod etiam ab Euripide haurire potuisset, Med. 84.

——*ἆρτι γινώσκεις τόδε,*
ὡς πᾶς τις αὐτὸν τοῦ πέλας μᾶλλον φιλεῖ;

v. 19. *θεοὶ τιμῶσιν ἀοιδούς.* Quod diceremus Angli, " Providence will take care of them." Deinde subjicit, Quis vult, vel ferre potest, alium poetam post Homerum? Poetarum satis est. Solus ille quidem sufficit.

v. 21. *ὃς ἐξ ἐμεῦ.* Sententiam corrupit Brunckius legendo *ὁ δ' ἐξ ἐμεῦ.*

v. 21. *ἔνδοθι χρυσὸς κείμενος.* Pindarus, Isthm. I. ad fin. *Εἰ δέ τις ἔνδον νέμει | πλοῦτον κρυφαῖον, | ἄλλοισι δ' ἐμπίπτων γελᾷ, | ψυχὰν αἰδᾳ τελέων οὐ | φράζεται δόξας ἄνευθεν.* Idem, Nem. 10. Antist. γ. v. 5. *ἀλλὰ χαλκὸν μυρίον οὐ δυνατὸν | ἐξελέγχειν.*

v. 23. *ἅδε.* Al. *ὧδε.* Ψυχᾷ in proximo versiculo valet *genio.* Credit Kiesslingius ad infinitivos *δοῦναι, ἔρξαι,* &c. intelligi *δεῖ.* At mihi structura videtur esse, *ὄνασις πλούτου (ἐστι) δοῦναι ψυχᾷ,* &c. Pro *καὶ* aliqui Codd. præstant *τὸ δὲ ποῦ τινι δοῦναι ἀοιδῶν.*

v. 25. *πολλοὺς δ' εὖ ἔρξαι παῶν.* Παοὶ, sive *πηοὶ,* sunt *affines, οἱ κατ' ἐπιγαμίαν οἰκεῖοι,* vel simpliciter, *συγγενεῖς.* Vide quæ notavi supra ad Eid. VII. 5. Confer etiam Homerum, Odyss. Θ. 584. et ibi Clarkium. Pro *εὖ ἔρξαι* alias legitur *εὖ ῥέξαι.*

v. 26. *αἰεὶ δὲ θεοῖς ἐπιβώμια ῥέζειν.* Inserendum videtur pronomen *σέ.* Scil. *αἰεὶ δὲ θεοῖς σ' ἐπιβώμια ῥέζειν.* Ita melius cohærebunt sequentia. Vel legendum supra, *τὸ δὲ σ' αὖ τινι δοῦναι ἀοιδῶν.*

v. 28. *ἀποπέμψαι.* Sumpsit hæc sua Theocritus ex Homerico fonte: Suavissimos versus apponam ex Odyss. O. 68.

Τηλέμαχ', οὔτι σ' ἔγωγε πολὺν χρόνον ἐνθάδ' ἐρύξω,
ἰέμενον νόστοιο· νεμεσσῶμαι δὲ καὶ ἄλλῳ
ἀνδρὶ ξεινοδόκῳ, ὃς τ' ἔξοχα μὲν φιλέῃσι,
ἔξοχα δ' ἐχθαίρῃσιν· ἀμείνω δ' αἴσιμα πάντα.
ἶσόν τοι κακόν ἐσθ', ὅς τ' οὐκ ἐθέλοντα νέεσθαι
ξεῖνον ἐποτρύνῃ, καὶ ὃς ἐσσύμενον κατερύκῃ.
χρὴ ξεῖνον παρέοντα φιλεῖν, ἐθέλοντα δὲ πέμπειν.

Monitus autem didici Eustathium in hunc Homeri locum Theocritea quædam per errorem ut Herodoti verba protulisse, p. 566. 10. ubi *ὅθεν* inquit *λαβὼν Ἡρόδοτος ἔγραψε τὸ τραπέζῃ μειλίξαντα ἀποπέμψαι ἐπὰν ἐθέλωσι νέεσθαι·* atque eundem errasse errorem in Iliad. H. p. 564. 47. (KOPPIERS.)

Ibid. *ἐπὰν ἐθέλῃτι νέεσθαι.* Ed. Flor. *ἐθέλωντι,* quod genuinum puto: vel potius *ἐθέλωσι* ex Eustathio. Ne tamen credas subaudiri hoc loco *οἱ ξένοι,* quæ durior esset structura.

Nominativus subauditus videtur esse *αὐτοὶ*, scil. *οἱ φρονοῦντες*, qui judicium de te ferunt. Si quid tamen mutandum esset, rescriberem, *ἐπὰν ἔθέλῃ, τινα νεῖσθαι, dimittere aliquem, ut abeat quando voluerit.* Similiter autem locutus est Theognis, v. 459.

μηδένα τῶνδ' ἀέκοντα μένειν κατέρυκε παρ' ἡμιν,
μηδὲ θύραζε κέλευ' οὐκ ἐθέλοντ' ἰέναι.

Verbum *μειλίσσειν* in eadem re usurpavit Nonnus, Dionys. Lib. XL. p. 685.

καί μιν εὐφραίνων φιλίῃ μείλιξε τραπέζῃ.

v. 33. *ἀχήν.* Cum in Cod. Vaticano legatur *εὐχὴν* pro *δεινὴν*, in Ed. autem Florent. Ἀχὴν, feliciter audacem fuisse Cl. Reiskium arbitror, dum illinc id ipsum Theocrito restituit. Libenter et ego cum illo legerem,

ὡσεί τις μακέλᾳ τετυλωμένος ἔνδοθι χεῖρας
ἀχήν, ἐκ πατέρων πενίαν ἀκτήμονα κλαίων·

ut designetur egenus aliquis, cui manuum palmæ callo a ligone orto sint plenæ. Vocis velut ex *ἀεχὴν* contractæ produci potuit prima syllaba. Hesychiana sunt, Ἀεχῆνες, *πένητες.* Ἀχὴν, *ἄπορος.* Ἀχηνία, *ἀπορία, ἀπὸ τοῦ μὴ ἔχειν.* (KOPPIERS.) Cod. Toletan. pro *δεινὴν* præbere dicitur *οὔλην.* Verissime legitur *ἀχὴν*, sed malim versum interpunctum qualem in contextu exhibui.

v. 34. Ἀντιόχοιο. Non regis Syriæ, ut video a docto quodam viro observatum, sed Thessali cujusdam nobilis a Simonide poeta celebrati.

Ibid. Ἀλεύα. Aleuas, unde Aleuadæ dicti sunt, rex Thessaliæ ex antiquissima, nobilissima, et ditissima familia. Hujus meminit Ovidius, in Ibin, v. 327.

Quosque putas fidos, ut Larissæus Aleuas,
Vulnere non fidos experiare tuo.

v. 35. *ἁρμαλιήν.* Hunc locum non intellexit Interpres, qui ita vertit. *Cibum menstruum distribuebant ministri.* Aliud est *μετρεῖν*, aliud *μετρεῖσθαι.* Hesiod. Ἐργ. 349.

εὖ μὲν μετρεῖσθαι παρὰ γείτονος, εὖ δ' ἀποδοῦναι.

μέτρημα λαμβάνειν vocat Polybius apud Suid. v. *ἐφ' ᾧ.* Quare locus Theocriti ita vertendus est. *Multi Penestæ in Antiochi domo et Regis Aleuæ demensum suum, sive menstruum cibum*

accipiebant. (Toup.) Ἁρμαλιὰ, ἡ τροφή. Suid. qui citat versum ex Epig. XXX. Leonidæ Alexandrini,

ὧν ἄπο πλειοτέρην οἴσεαι ἁρμαλιήν.

Ap. Rhod. I. 393.

——— ἐν δε οἱ ἰστὸν,
λαίφεά τ' εὐποίητα, καὶ ἁρμαλιὴν ἐβάλοντο.

Vox πενέστης occurrit apud Euripidem in Heraclidis, v. 639.

Ὕλλου πενέστης· οὔ με γινώσκεις ὁρῶν;

Et in ejusdem Phryxo, Fragm. VII. Ed. Beck.

Λάτρις πενέστης ἀμὸς ἀρχαίων δόμων.

Ubi hæc Barnesius: "Servi Thessalorum, proprie mancipia, Penestæ dicti sunt. Consule Athenæum, p. 264. ubi non servos natos sed bello aut compositione factos, et μενέστας prius dictos probat. Poetæ autem vocabulum hoc pro famulo usurpant."

v. 36. Σκοπάδαισιν. Erat Scopas nobilis quidam Thessalus, qui a Simonide laudatus cum eum convivio excepisset, ruina domus periit cum suis. Miram historiam vide apud Cic. de Orat. Lib. II. 86. In Callimachi Fragm. LXXI. se ruinam illam effugisse narrat Simonides:

Οὐδ' ὑμέας, Πολύδευκες, ὑπέτρεσεν, οἵ με μελάθρου
μέλλοντος πίπτειν ἐκτὸς ἔθεσθέ ποτε
δαιτυμόνων ἀπὸ μοῦνον, ὅτε Κρανώνιος, αἰ, αἰ,
ὤλισθεν μεγάλους οἶκος ἐπὶ Σκοπάδας.

Vide etiam Perizonium ad Ælian. V. H. lib. xii. cap. 1. et Quintil. Inst. Or. II. 2. Lectionem in Codd. repertam Σκοπάδεσσιν ingeniose defendit Reiskius; sed vulgata mihi satisfacit.

v. 39. ἐνδιάασκον. Vertunt, *in æstiva agebant.* Sed cui bono erat oves seligere, (id enim significat ἐκκρίνειν, unde ἔκκριτα) si eæ statim in pascua remittendæ essent? Apoll. Rhod. IV. 1185. ἄγεν δ' ὁ μὲν ἔκκριτον ἄλλων ἀρνεῖον μηλων. *Agebat autem hic selectum ex aliis agnum ovibus,* ad sacrificandum nimirum. Porro verbum ἐνδιάασκω nusquam μεταβατικῶς sumitur. Lego itaque ἐνδιάβασκον, et interpretor, *intro transire faciebant.* Verbum ἐπιβάσκω activo sensu usurpatum fuit ab Homero, Iliad. B. 234.

——— οὐ μὲν ἔοικεν
ἀρχὸν ἐόντα κακῶν ἐπιβασκέμεν υἷας Ἀχαιῶν.

Non decet virum imperatorem facere ut in mala incurrant filii Achivorum. Καταβαίνω similiter adhibuit Pindarus, Pyth. VIII. Epod. 4. ἄλλον δ' ὑπὸ χειρῶν μέτρῳ καταβαίνει. *Alium vero sub manibus mensura certa descendere facit.* Διαβάσκω, sed neutraliter adhibitum, occurrit apud Aristoph. Av. 486. (Emendationem nostram improbat Kiesslingius, vulgatum interpretatus, *sub umbras agebant.*) De Creondis ne verbum quidem, quod sciam, apud auctores veteres. Neque tamen idcirco putaverim eosdem esse ac Scopadas, quod affirmat Scholiastes, qui ex eo in errorem inductus fuisse mihi videtur, quod Cranonius etiam fuerit Scopas.

v. 40. ἀλλ' οὔ σφιν τῶν ἥδος. Homerica locutio. Iliad. Σ. 80. Ἀλλά τί μοι τῶν ἥδος;

Ibid. ἐξεκένωσαν. Verbum ἐκκενόω eadem significatione adhibuit Lucianus, Ερωτ. I. τῶν ἀῤῥένων τὸ ἄῤῥεν ἐκκενώσαντες.

v. 41. στυγνῷ Ἀχέροντος. Legebat Dionysius Lambinus στυγνοῖο Χάροντος. Toupius, στυγνοῖο γέροντος. Vulgatum tuetur Kiesslingius, conferens Eid. XVII. 47. et Nonni Dionys. XII. 142. de Ampelo,

Ζώει τοι, Διόνυσε, τεὸς νέος, οὐδὲ περήσει
πικρὸν ὕδωρ Ἀχέροντος.

v. 42. τὰ πολλὰ καὶ ὄλβια τῆνα. Habuit in animo antiquum Sardanapali Epitaphium, quod alludit lepide:

Ταῦτ' ἐγὼ ὅσσ ἔφαγον, καὶ ἐφύβρισα, καὶ μετ' ἔρωτα
τέρπν' ἔπαθον· τὰ δὲ πολλὰ καὶ ὄλβια τῆνα λέλειπται.

(HEINSIUS.)

v. 44. κεινὸς ἀοιδός. Al. δεινὸς, i. e. *magnus, vehemens,* sive *eloquens.* Pulcherrimum tetrastichon citavit Gaisfordius ex Spensero nostrate. " Ruines of time." v. 428.

For not to have been dipt in Lethe lake
Could save the son of Thetis from to die;
But " that blinde barde" did him immortal make
With verses dipt in dew of Castalie. vid. p. [417]

v. 46. τιμᾶς. Al. τιμὰς in accusativo plurali.

v. 48. ἀριστῆας Λυκίων. Intelligit Sarpedonem et Glaucum, quorum est uterque Homeri versibus posteritati traditus. (CASAUBON.)

v. 49. θῆλυν ἀπὸ χροιᾶς. Album fuisse significat. Eustathius ad Iliad. Γ. p. 455. 38. θηλυπρεπὲς ἐν ἥρωσιν ἡ λευκότης· διὸ τὸν Τρωικὸν Κύκνον Θεόκριτος τοιοῦτον ὄντα θῆλυν ἀπὸ χροιᾶς ἔφη. (CASAUBON.) Neptuni et Calyces filium intelligit, qui cum Græcos prohiberet ne ad portum appellerent, ab Achille est occisus. Alius fuit Cycnus, Martis filius, Ceycis autem gener, ab Hercule interfectus. Vide Hesiodum in Scuto. Alius, proles Stheneleia, de quo Ovidius, Met. lib. ii. et Virg. Æn. X. 185. Cycnum hic memoratum in olorem versum narrat Ovidius Met. XII. 144. Monet Heinsius ἀπὸ χροιᾶς idem valere quod κατὰ χροιὰν, ut in Eidyll. XIV. 68. γηραλέοι ἀπὸ κροτάφων, scil. κατὰ κροτάφους. Verum iste locus aliter a nobis explicatus fuit, præeunte Kiesslingio. Melius contulisset Eid. XXIV. 78. ἀπὸ στέρνων πλατὺς ἥρως. Pro ἀπὸ χροιᾶς conjiciebat Salvinius ἀπὸ Τροίας. Male.

v. 51. ἑκατόν τε καὶ εἴκοσι. Τὸ τὲ ad sententiam refertur.

v. 54. ἐσιγάθη δ' ὁ συφορβός. Al. ἐσιγάθη δ' ἂν ὑφορβός. Utrumque nomen frequens est apud Homerum. Legendum forte ὁ θ' ὑφορβός.

v. 55. Φιλοίτιος. Pastor, bubulcus Ulyssis in Epiro, fidelissimus dominis suis. Μελάνθιος conjecit Wartonus; quam ob causam non video.

v. 56. περίσπλαγχνος. Idem quod εὔσπλαγχνος seu μεγαλόσπλαγχνος. Auget significationem τὸ περὶ, ut *per* apud Latinos. Λαέρτην μεγαλήτορα vocat Homerus, Odyss. ω. 364.

v. 60. ἐπ' ἀόνι κύματα μετρεῖν. Similiter Virgilius, Georg. II. 107.

Aut ubi navigiis violentior incidit Eurus,
Nosse quot Ionii veniant ad litora fluctus.

Citavit etiam Wartonus Epig. ἀδεσπ. 31.

Τυφλὰ δ' ὅπως ναυηγὸς ἐν οἴδματι κύματα μετρῶν
δινεῦμαι.

Præter necessitatem legit ille hoc loco κύματ' ἀριθμεῖν.

v. 62. ἢ ὕδατι νίζειν. Corrigit Wartonus,

ἢ ὕδατι λιαρῷ νίζειν ἰοειδέα πλίνθον.

Aut unda tepida lavare nigrum, scil. *rubiginosum, lapidem*, secundum illud Homeri, Il. II. 829. νίζ' ὕδατι λιαρῷ· quoniam θολερὸς proprie *turbidus* est, nec eam rite significat impuritatem, quæ de latere aut tegula prædicatur. At debuisset saltem ponere ἰωδέα, non ἰοειδέα, propter metrum. Vide supra, v. 17. Διαειδεῖ est in Codd. haud paucis. Homerus, Il. Λ. 106. habet ἰοειδέα πόντον et Hesiodus, Theog. 3. κρήνην ἰοειδέα, ab ἴον, *viola*. Vide Damm. Lex. Homeric. qui vertit *nigricans*.

v. 63. παρενθεῖν. "Non mihi valde arridet illud παρελθεῖν. Quod si locum occupare patiaris, idem necesse est significet cum προσελθεῖν, scil. *adire, convenire*. Forte mecum viri docti et candidi nullas lites movebunt, si nova lectione hunc versiculum protinus instauravero,

Καὶ φιλοκερδείᾳ βεβλαμμένον ἄνδρα παρειπεῖν.

Hominem avaritiæ ictu percussum admonere, persuadere. Calliergus dat βεβλημμένον. Sed debuerat alterum illud μ' delevisse." Hæc et plura Wartonus, in cujus emendatione βεβλαμμένον pro βεβλημένον videtur positum fuisse ex errore typographico. Et utraque viri docti conjectura a MSS. Dorvillianis confirmatur. Ille tamen, in Addendis, ad vulgatam lectionem παρελθεῖν revertit, quod interpretatur, antevertere astutia, Anglice, "to over-reach." Ut apud Homer. Odyss. ν. 291.

Κερδαλέος κ' εἴη καὶ ἐπίκλοπος, ὅς σε παρέλθοι
ἐν πάντεσσι δόλοισι.

De usu et potestate verbi παρειπεῖν vide Valckenaer. ad Theocriti Adoniaz. p. 356. quod tamen hic metro adversari monet Kiesslingius, citans Bentleium ad Hom. Il. A. 555. et Burgess. ad Dawes. Misc. Crit. p. 27. Mihi placeret παραινεῖν, si cum accusativo usquam legeretur istud verbum. Et subit Æschyli locus qui prima facie istam constructionem videtur præstare. Prom. v. 263.

Ἔλαφρὸν, ὅστις πημάτων ἔξω πόδα
ἔχει, παραινεῖν νουθετεῖν τε τὸν κακῶς
πράσσοντα.

Sed, ut verum fatear, suspicor locum istum prava interpunctione laborare, et comma poni debere post παραινεῖν. Hemsterhusius corrigebat παρέλκειν, *abstrahere*, scil. *a pecuniæ corradendæ cupiditate*. Forsitan vera lectio adhuc latet. Certe neque παρελθεῖν superandi notione, neque παρειπεῖν, mihi videntur commodum sensum præstare. Qui arenam metitur, aut laterem lavat, frustra laborat, quod de eo prædicari non potest qui alium astu antevertit, aut verbis exoravit. Non male legeretur παρασπᾶν, *avellere*, sc. *ab avaritia*. Ita Soph. Antig. 803. σύ τοι δικαίων ἀγάθας φρένας παρασπᾷς ἐπὶ λώβᾳ. Œd. Col. 1185.

οὐ γάρ σε, θάρσει, πρὸς βίαν παρασπάσει
γνώμης.

Cæterum post hunc versum comma ponendum erat cum Schafero.

v. 64. ὅστίς τοῖος. Al. ὃς τοιοῦτος.

v. 65. πλεόνων ἔχοι ἵμερος αὐτόν. Callimachus, H. in Cer. 69.

σχέτλιος ὅσσα πάσαιτο, τόσων ἔχοι ἵμερος αὖτις.

Hor. Od. III. 16.

Crescentem sequitur cura pecuniam,
Majorumque fames.

v. 66. αὐτὰρ ἐγώ. Celebris apud veteres sententia. Xenoph. Mem. Socr. II. 4. 1. (ad quem locum conf. Ruhnken.) Ποῖος γὰρ ἵππος, ἢ ποῖον ζεῦγος οὕτω χρήσιμον ὥσπερ ὁ χρηστὸς φίλος; Alibi me legisse memini; ἀνθ' ἵππων καὶ ἡμιόνων αἱρετέος ἀνήρ· Sed ubi, jam non memini. (STROTH.)

v. 67. ἐλοίμαν. Voti vim hæc habent. Anglice, "May I continue to prefer." Aliter particula ἄν omitti non potuisset.

v. 68. δίζημαι δ' ᾧ κεν. Al. δίζημαι δὲ τίνι. Atque hunc usum vocis τίνι multis defendit Burgessius ad Misc. Crit. p. 394.

v. 69. *χαλεπαὶ γὰρ ὁδοί.* Locus ita legendus et distinguendus est:

Δίζημαι δὲ τίνι θνητῶν κεχαρισμένος ἔνθω
σὺν Μοίσαις· χαλεπαὶ γὰρ ὁδοὶ τελέθουσιν ἀοιδῶν,
κουράων ἀπάνευθε Διὸς μέγα βουλεύοντος.

Ὁδοὶ *ἀοιδῶν* sunt poetarum ad divites accessus, quos absque Musis difficiles atque irritos esse dicit. Recte autem Musas *Διὸς κούρας* vocat poeta. Noster supra: *Ἀιεὶ τοῦτο Διὸς κούραις μέλει.* (Toup.) Aliam lectionem *ἀοιδᾶν, carminum,* prætulit Dahlius, eamque cum voce *ὁδοὶ* conjunctam confirmat verbis Pindari, Olymp. I. 177. *ἐπίκουρον εὑρὼν ὁδὸν λόγων·* et ejusdem Fragm. 172. *Δωρίων κέλευθον ὕμνων·* item Musæi Her. et Leandr. 175. *ἐπέων ἐδίδαξε κελεύθους.* Equidem autem Dorismos in hoc Eidyllio ea lege recipiendos existimavi, ut metrum non corrumpant. Proinde *τελέθουσιν* hoc loco prætuli; ut et infra v. 81. *σκεπάουσιν·* et 72. *κινήσουσιν.* Al. *τελέθοντι· σκεπάοντι· κινησεῦντι.*

v. 71. *οὔπω μῆνας ἄγων.* Hoc versu nihil aliud significatur nisi tempus adhuc restare quo patronum sibi aliquem nanciscatur.

v. 73. *ἐμεῦ κεχρήσετ' ἀοιδᾷ.* Al. *ἐμοῦ κεχρήσετ' ἀοιδοῦ.*

v. 76. *ἤδη νῦν.* Al. *νιν·* at elegantius vulgatum. *Ἤδη νῦν* et *νῦν ἤδη* adhibent Græci, quo modo Latini *jam nunc* et *nunc jam.* Homer. H. in Herc.

νῦν δ' ἤδη κατὰ καλὸν ἔδος νιφόεντος Ὀλύμπου.

Apud Theognidem, v. 963. ita lege:

Ἔφθην δ' αἰνήσας πρίν σου κατὰ πάντα δαῆναι
ἤθεα· νῦν δ' ἤδη ναύσταθμ' ἐκὰς διέχω.

Vulgo *ναῦς ἄθ'* absque sensu. Hesych. *Ναύσταθμα, λιμήν.* Similiter supra Theognis v. 113.

μήποτε, τὸν κακὸν ἄνδρα φίλον ποιεῖσθαι ἑταῖρον,
ἀλλ' αἰεὶ φεύγειν ὥστε κακὸν λιμένα.

Obiter autem hic corrigendus est idem poeta, v. 1093. de eadem re:

Ἤδη καὶ πτερύγεσσιν ἐπαίρομαι, ὥστε πετεινὸν
ἐκ λίμνης μεγάλης, ἄνδρα κακὸν προφυγών
βρόγχον ἀποῤῥῆξαι.

Ἀποῤῥῆξαι est infinitivus pendens a verbo ἐπαίρομαι. Dummodo malum virum fugiat, mori non recusat Theognis. Vulgo ἀπορῥήξας. Vel legendum προφυγεῖν—ἀποῤῥήξας.

Ibid. Φοίνικες. De hoc bello, quod navale fuit, vide Pindar. Pyth. Od. I. et Nem. Od. IX. Vide etiam Herodotum, lib. vii. Carthaginienses nimirum, qui tum erant Phœnices, ex Libya in Italiam et Siciliam eruperunt. Illis autem Hieron et Gelon fratres obstiterunt, atque eos fortiter represserunt, unde Ἕλλαδ' ἔξειλκον βαρείας δουλείας.

v. 77. οἰκεῦντες. Verbum οἰκεῖν non tantum habitationis sedem, quæ sæpe mutari potest, sed et ipsam patriam significat. Homer. H. in Apoll.

τυφλὸς ἀνὴρ, οἰκεῖ δὲ Χίῳ ἐνὶ παιπαλοέσσῃ.

(Annotator Vimar. apud Reiskium.)

v. 80. Ἱέρων. De hoc Hierone ita Justinus, lib. xxiii. "Pulchritudo ei corporis insignis, vires quoque in homine admirabiles fuere: in alloquio blandus, in negotio justus, in imperio moderatus." Infra, pro σκεπάουσιν, al. σκιάουσιν. Eustathius ex memoria, ut videtur, hunc locum citans, dedit σκεπάσασαι.

v. 82. αἲ γὰρ, Ζεῦ. Observat Casaubonus hunc versum leviter immutatum fuisse ex illo Homerico,

αἲ γὰρ, Ζεῦ τε πάτερ, καὶ Ἀθηναίη, καὶ Ἄπολλον.

v. 84. μέγα ἄστυ. Syracusas intelligit, urbem, ἣν ὠξ Ἐφύρας κτίσσε ποτ' Ἀρχίας, ut loquitur noster, Eid. XXVIII. 17. de qua etiam Sil. Ital. lib. xiv. 51.

Sed decus Hennæis haud ullum pulchrius oris,
Quam quæ Sisyphio funduvit nomen ab Isthmo,
Et multum ante alias Ephyræis fulget alumnis.

Ἐιλαχας idem significat quod ἔχεις, scil. *colis*, ut Eid. VII. 103. Πὰν, Ὀμόλας ἐρατὸν πέδον ὅστε λέλογχας. Vide Valcken. ad Herod. VII. p. 535. Cæterum ut vitetur hiatus, placeret τὸ μέγ' ἄστυ, et huic lectioni aliquatenus patrocinantur duo Codd. apud Gaisf. ubi τὸ ante παρ' otium agit.

v. 84. Λυσιμελείας. Stagnum Lysimeliæ fuit ad Anapi ostium, ubi hodie, inquit Cluverius, citante Wartono, palus

restagnans vernis autumnalibusque pluviis. Thucydides, lib. vii. 53. memorat λίμνην τὴν Λυσιμέλειαν καλουμένην. Hodie *Pantanella*.

v. 85. ἐκ νάσοιο. Ex Sicilia, quæ Theocrito ἡ νῆσος appellatur κατ' ἐξοχήν. Vide supra ad Eid. VI. 33.

Ibid. κακαὶ πέμψειαν ἀνάγκαι. Κακᾷ—ἀνάγκᾳ ex Ed. Callierg. recepit Reiskius, quod ita interpretatur. *Mala cum necessitate*, aut *per malam necessitatem, emittant, exterminent*, Hiero, puta, atque Syracusani, *Poenos ex insula sua*. Wartonus legit κακαῖς ἀνάγκαις. Kiesslingius edidit κακὰ πέμψειεν ἀνάγκα, itidem ex Cod.

v. 86. ἀγγελέοντας. Quod Dorismos ullos in hoc Eidyllium admiserim, id sane ex aliorum judicio factum est, non ex meo. Ionicum est ἀγγελέοντας.

v. 87. ἀριθματούς. Pro *paucis* eleganter usurpat poeta. Horatius: *numerabilis utpote parvus*. Alii Græci, εὐαριθμητός. Sed omnium elegantissime Hebræi, qui paucitatem indicaturi dicunt *Erat numerus*, ut Gen. xxxiv. Isai. x. (CASAUBON.)

v. 89. κατ' ἄκρας. Al. κατάκρως, et κατάκρας. Quorum hoc etiam conjectando assecutus erat Wartonus, atque ita edidit Kiesslingius.

v. 91. βληχοῖντο. Ex Dorica forma βληχεῖσθαι. Vulgo βλήχοιντο, παρὰ τὸ βλήχεσθαι, quod mihi non videtur Græcum esse. (SCHAFER.) Al. βλήχωντο. Forte, βληχῶντο, pro βληχάοιντο. Neque βλήχομαι neque βληχέομαι agnoscit H. Stephanus in Lexico.

v. 93. σκνιπαῖον. Hoc an σκιπναῖον scribatur parum interest; nec omnino definiri potest. Utrumque denotat *tardum*: Et quidem σκνιπαῖον deducitur a σκνὶψ, quæ est species culicis lignum arrodentis, atque indicat viatorem tardiuscule reptantem, et cessantem; (nos Angli diceremus "sluggish." ED.) σκιπναῖον autem intelliges *tardum*, qui baculo (σκίπωνι) incedit. Utrumque vocabulum (quod dubium est an ullibi reperiatur,) suspectum est Brunckio, qui conjecit σκιμβαῖον, quod derivatur a σκιμβάζειν χωλεύειν, et bene *tardum* significaret. Sensus (quodcunque deligas) est, quem Brunckius facile elicuit: "Viator tardo ince-

dens pede quum videt boves ad stabulum revertentes, intelligit jam serum esse diei, et sibi festinandum, ne antequam in diversorium pervenerit, a nocte occupetur." (HARLES.) Reponendum videtur *σκνιφαῖον*, uti scribitur in Codd. bene multis apud Gaisf. licet ea vox in Lexicis non reperiatur. Derivatur autem a *σκνίφος*, *ἄκρα ἡμέρας καὶ ἑσπέρας*, unde *σκνιφὸς*, *ὁ ἀμυδρῶς βλέπων*. Quod facimus vespere. Simonides:

Ἡ τυφλὸς, ἤ τις σκνίφος, ἢ μέγα βλέπων.

Ita enim legendum censent viri docti apud Pollucem ubi iste versus citatur, non *σκνιπός*. Vide Hesychium ad v. *σκνίφος* et *σκνῖφόν*. *Κνὶψ* vel potius *σκνὶψ* quod Scholiastes esse dicit *ζῷόν τι βραδυκινητον*, ab Hesychio exponitur *ζῷον χλωρόν τε καὶ τετράπτερον*, nulla tarditatis facta mentione. Verte igitur *σκνιφαῖον*, *vespertinum*, Vox *κνὶψ* occurrit apud Aristoph. Av. 590.

ἐνθ' οἱ κνῖπες καὶ ψῆνες ἀεὶ τὰς συκὰς οὐ κατέδονται.

v. 94. *ἐκπονέοιντο ποτὶ σπόρον*. Cogitandum de iterata agrorum aratione circa dies longissimos, ut autumno conserantur. (KIESSLING.) Cod. Cantab. ad marg. *ἐκτελέοιντο κατὰ σπόρον*.

Ibid. *ἀνίκα τέττιξ*. Pastores otiosi cicadas venari solent, et caveolis ex junco et stipula confectis includere. Vid. Eid. I. 52. Meridie autem sub umbra quiescunt, et tum cicadæ nihil metuentes acerrime canunt. (S.) Mediam æstatem designat, ut Aristoph. Av. 1095.

ἡνίκ' ἂν ὁ θεσπέσιος, ὀξυμελὴς, ἀχέτας,
θάλπεσι μεσημβρινοῖς ὑφ' ἡλίῳ μανεὶς βοᾷ.

Ita enim legas hos versus, an secundum Brunckii emendationem, quod ad sensum attinet, nihil refert. Pro *ἔνδοθι* infra, al. *ὕψοθι*.

v. 96. *ἀράχνια*. Contulit Wartonus Bacchylidem in suavissimo de pace Fragmento.

ἐν δὲ σιδαροδέτοισι πόρπαξιν αἰθᾶν ἀραχνᾶν
ἱστοὶ πέλονται.

Tibull. I. 10. 49.

——— *at tristia duri*
Militis in tenebris occupet arma situs.

Nonnum, Dionys. lib. xxxviii. v. 13.

——— ἔκειτο δὲ τηλόθι χάρμης
Βακχιὰς ἐξαέτηρος ἀραχνιόωσα βοείη.

Philippus, Epig. XXX. in descriptione pacis narrat apum examen in navis rostro mellificasse.

v. 97. μηδ' ὄνομ' εἴη. Epig. ἀδεσπ. XIX. καὶ χαρίτων λοιπὸν ἔτ' οὐδ' ὄνομα.

v. 99. καὶ ὅπη πλατὺ τεῖχος. Al. legitur ὅθι, sed mihi rectius dici videtur ὅπη ἐμβασίλενεν quam ὅθι ἐμβασίλενεν. De re Dionys. Perieg. v. 1005.

Πρὸς δὲ νότον Βαβυλὼν ἱερὴ πόλις, ἣν ῥά τε πᾶσαν
τείχεσιν ἀρραγέεσσι Σεμίραμις ἐστεφάνωσε.

Ubi vide Eustathii commentarium, qui Herodotum citat hujus loci mentionem facientem. Ovid. Met. IV. 57.

——— *ubi dicitur altam*
Coctilibus muris cinxisse Semiramis urbem.

Ἄσφαλτος est *bitumen*, sive lapis quidam bituminosus in agro Babylonio repertus, quo ad calcem componendam utebantur.

v. 100. τοῖς πᾶσι μέλοι. Al. μέλει, quod prætulit Kiessalingius. Male hæc interpunxit Toupius, legens,

——— τοῖς πᾶσι μέλοι Σικελὰν Ἀρέθοισαν
ὑμνεῖν, σὺν λαοῖσι καὶ αἰχμητὰν Ἱέρωνα.

In nonnullis etiam MSS. legitur τοῖς πᾶσιν ἵκοι, quod revocavit Reiskius, explicans, εὖ ἵκοι, *bene eveniat*.

v. 104. ὦ Ἐτεόκλειοι θύγατρες θεαί. Al. Ἐτεοκλῆος. Pro θύγατρες, al. Χάριτες. Eteocles Cephisi filius templum statuit Orchomeni. Orchomenum vero Thebis odiosum vocat Poeta quia Orchomeniis olim vectigales Thebani. Μινύειον valet *a Minya regnatum*. Homerus, Il. B. 511.

Οἱ δ' Ἀσπληδόνα ναῖον ἰδ' Ὀρχομενὸν Μινύειον.

Alia erat urbs Orchomenus in Arcadia, de qua pariter Homerus, Il. B. 605.

Οἱ Φενεόν τ' ἐνέμοντο, καὶ Ὀρχομενὸν πολύμηλον.

Infra, pro ἔγωγε μένοιμι, al. ἐγὼ μίμνοιμι.

v. 106. ἐς δὲ καλεύντων. Vertunt, *in domum eorum qui me vocarint.* Forte autem est genitivus absolutus, εἰσκαλούντων ἐμέ τινων. Vide quæ notavi supra ad Eid. IX. 20.

v. 107. ἱκοίμαν. Al. ἰοίμαν. Pindar. Isthm. V. Ep. a. σὺν Χάρισιν δ' ἔμολον Λάμπωνος υἱοῖς.

v. 108. καλλείψω δ οὐδ' ὔμμε. Al. καλύψω δ' οὐδ' ὔμεας. Cod. Cantab. καλλίψω δ' οὐδ' ὔμμε. Suspicor poetas nostros neque ὔμμε pro ὑμᾶς sensu plurali, neque ἄμμε pro ἡμᾶς dixisse. Itaque hoc loco rescribendum puto; καλλείψω δ' οὐδ' ὔμμι, *Neque, vobis faciens, aliquid omittam,* sive, *infectum relinquam. Non vobis deero.* Haud mirum est librarium sententiam minus intellectam corrupisse. Quæ sequuntur ita legere voluit Wyngardenus; τί γὰρ Χαρίτων ἀπάνευθεν, ἀνθρώποις ἀγαπατόν; mutatione adeo facili ut propterea minus verisimilis videatur.

v. 109. ἀεὶ Χαρίτεσσιν ἅμ' εἴην. Non absimiliter Euripides, Herc. fur. 673. Οὐ παύσομαι τὰς Χάριτας | Μούσαις συγκαταμιγνὺς, | ἡδίσταν συζυγίαν· | Μὴ ζῴην μετ' ἀμουσίας, | ἀεὶ δ' ἐν στεφάνοισιν εἴην.

EIDYLLIUM XVII.

In hoc carmine, sicut in superiore, sublimioribus argumentis, et heroicæ Musæ parem se testatur Theocritus. Non hic inani verborum strepitu, speciosoque quodam conceptuum splendore, prædicatur Ptolemæus, sed potius a rebus commendatur; non iis effertur laudibus, e medio petitis, quæ regi magnifico communiter adhiberi solent, et panegyricorum sunt omnium. Ab antiquissimis temporibus, poetas ad quæstum Musas contulisse patet. Viatores in ludis Græciæ publicis, non nisi certa et constituta mercede, Pindarus celebrabat. Hujusmodi etiam in Reges Encomia pretio elaborata fuisse crediderim. Diu viguit iste mos in aula Constantinopolitana; ubi conducebantur poetæ, qui condendis carminibus, iisque Imperatori festis præsertim

diebus in publicum prodeunti porrigendis, operam locarent. Eandem quoque rationem, Regem carmine laudandi in Ptolemæi aula obtinuisse credo: cujus officii partes, ut quidem par erat, hic deferuntur Theocrito. Nihilominus tamen, laudabilem hanc Regum ac magnatum liberalitatem jam tum suo tempore refrixisse queritur in Eidyllio præcedente poeta noster. Veruntamen hæc illis scribo qui putant hoc carmen esse Theocriti nostri. Ut fatear quod sentio, non habet simplices illas et elegantes gratias, quas, quod modo præcessit Encomium: non suavitatem illam austeram et solidam, quam quærimus in Theocrito. Stylus est hujus Encomii laxior et apertior. Est sane magnifica deprædicatio Ptolemæi; ideoque Callimachum mihi magis sapere videtur. (WARTON.)

v. 1. Ἐκ Διὸς ἀρχώμεσθα. Virgilius Ecl. III. 60. *ab Jove principium Musæ;* et alibi; *A te principium; tibi desinet.* Iisdem verbis Φαινόμενα sua incipit Aratus. Uter poeta ab altero mutuatus sit incertum est. Intima amicitia conjunctos fuisse creditur, et eundem esse Aratum quem jam plus semel in scriptis memoravit Theocritus. Homerus, Iliad. I. 97. ἐν σοὶ μὲν λήξω, σέο δ' ἄρξομαι. Neque dissimiliter Theognis;

Ὦ ἄνα, Λητοῦς υἱὲ, Διὸς τέκος, οὔποτε σεῖο
λήσομαι ἀρχόμενος, οὐδ' ἀποπαυόμενος.
ἀλλ' ἀιεὶ πρῶτόν τε καὶ ὕστατον, ἔν τε μέσοισιν
ἀείσω.

Imitatus est etiam Miltonus, " Par. Lost, B. V. v. 165."

Him first, him last, him midst, and without end.

v. 2. ἐπὴν ἄδωμεν ἀοιδαῖς. Wartoni conjectura αἰνῶμεν Valckenaerio non placet. Schaferus mavult κλείωμεν. Video nescio quem ad marginem editionis Theocriti qua utor scripsisse αἴνωμεν.

v. 6. σόφων. Pind. Isthm. VIII. 74. καὶ νέαν ἀνέδειξαν σόφων στόματ' ἀπειροισιν ἀρετὰν Ἀχιλλέος. Et Anacreon: Ροδοχρὼς δὲ κ' Ἀφροδίτα παρὰ τῶν σόφων καλεῖται. Σόφοι et σοφισταὶ dicebantur Poetæ, quia olim hi, quemadmodum philosophi, morum præcepta docebant.

v. 8. ὑμνήσαιμ'· ὕμνοι δέ. Lego, adjuvantibus partim MSS. ὑμνήσαιμ' ἂν· ἔοι δὲ καὶ ἀθανάτων γέρας αὐτῷ. Sus-

picor Ionica dialecto scriptum fuisse etiam hoc Eidyllium. MS. Cant. ita exhibet hunc versum :

ὑμνήσαιμ' ὔμμες δὲ καὶ ἀθανάτων γέρας αυτῶ.

v. 9. Ἴδαν ἐς πολύδενδρον. Forte interserendum erat δέ· nisi ea quæ præcesserunt pro præfatione habeas, atque carmen hinc incipere.

v. 11. καταλεξῶ. *In Catalogo memorabo.* Homer. Od. I. 14.

Τί πρῶτον, τί δ' ἔπειτα, τί δ' ὑστάτιον καταλέξω;

v. 13. ἐκ πατέρων οἷος μὲν ἔην. Male nonnulli post πατέρων distinctionem posuerunt. Sejunxit Wintertonus, interpretatus, *Ut ordiar a majoribus.* Apud Ald. exhibetur μὲν οἷος ἔην. Lego itaque, Ἐκ πατέρων ὁ μὲν οἷος ἔην. Articulus a sequente versiculo jam profligatus hic locum suum rite occupat. Eadem ratione ad finem notissimi Epigrammatis (Antip. Sidon. LII.) scribendum puto,

κεῖνα μὲν ἠμαῦρωθ', ὅ τε χ' ὧν ἴδε, νόσφιν Ὀλύμπου,
ἁλιος, οὐδ' ἕν πω τοῖον ἐπηυγάσατο.

Vulgo ἠμαύρωτό τε, κήν ἴδε — οὐδέν πω. Brunckius κηνίδε. Ad Theocritum citat Kiesslingius Homer. Od. β. 272.

Οἷος ἐκεῖνος ἔην τελέσαι ἔργον τε ἔπος τε.

v. 14. Λαγίδας Πτολεμαῖος. Vulgo ὁ Λαγίδας, Amphibrachi pro Dactylo posita; nam Λαγίδας primam producit, secundam corripit. Quare neque ut nunc exhibetur versus recte se habet. Rescribo Λάγειος Πτολεμαῖος. Lucan. I. 684.

Nec mare Lagæi mutatur gurgite Nili.

Et Silius Ital. I. 196.

Terminus hinc roseos amnis Lageus ad ortus.

Suidas: Λάγειον αἷμα, τὸ τοῦ Λαγωοῦ. Lege τὸ τοῦ Λάγου. Et infra, Λαγίδης, ὁ τοῦ Λαγωοῦ. l. Λάγου. Lexicographum ad nostrum respicere suspicatus est Gaisfordius. At si Patronymicum quoquo modo retinendum sit, scribatur saltem Λαγιάδας, quemadmodum metri gratia Βακχιάδης et Βαττιάδης scribi solebant. Ptolemæus Soter hic intelligitur, Lagi filius, pater autem Philadelphi qui huic carmini occasionem dedit. Fallitur

Scholiastes qui ad vers. 41, Soteris patrem Ptolemæum appellat.

v. 17. ἀθανάτοις. Toupius ἀθανάτοισι malit, ut numerosius. Mihi metrum pessundare videtur. Vide supra Eid. XV. 112. Ἐν Διὸς οἴκῳ est *in cælo*. Δόμος hoc loco non est domus, sed cubiculum. (Harles.)

v. 19. Πέρσαισι βαρύς. Persis gravis vocatur Alexander propter bella quibus eos implicuit. Lectio αἰολομίτραις, ex Cod. pro αἰολομήτας, *sapiens*, restituta fuit.

v. 20. ταυροφόνοιο. Philippus, Epig. 51. de Hercule:

Ὤλεσα τὸν Νεμέης θῆρ' ἄπλετον, ὤλεσα δ' ὕδρην,
καὶ ταῦρον.

Taurus autem intelligitur cum quo Pasiphae concubuit. Hyginus vivum Creta abduxisse narrat. Pro σφιν τ. al. κενταυροφόνοιο.

v. 22. υἱωνῶν. Caranus, vir generis regii, sextus decimus ab Hercule, profectus Argis, regnum Macedoniæ occupavit. A quo Magnus Alexander cum fuerit septimus decimus, jure materni generis Achille auctore, paterni Hercule gloriatus est. (Vell. Paterc. lib. i. cap. 6.) Ptolemæum autem ex reguli Macedoniæ familia ortum ferebant adulatores.

v. 24. ἐξείλετο γῆρας. Ἐξείλετο est *selegit*, sive *exemit*. Lege ἔξειλε τὸ γῆρας. Valckenaerius conjecit ἐξείλετο κῆρας, quemadmodum dixit Ovidius, Metam. IV. 538. *Abstulit illis quod mortale fuit*. At vulgatum defendit Jacobsius citans Soph. Œd. Col. 607. μόνοις οὐ γίγνεται θεοῖς τὸ γῆρας. Et Apoll. Rhod. IV. 871.

——— ὄφρα πέλοιτο
ἀθάνατος, καί οἱ στυγερὸν χροὶ γῆρας ἀλάλκοι.

v. 25. ἑοὶ νέποδες. Id est, αὐτοῦ, vel αὐτῷ υἱωνοὶ ὄντες. Ita ex emendatione Heinsii reponere non dubitavi pro θεοὶ νέποδες, *Dii nepotes*. Koehlerus θεοῦ legit, et Herculem intelligit propter versum sequentem. Scaligero placebat θεῶν. Apoll. Rhod. lib. iv. v. 1744.

——— εἶμι δ' ἐς αὐγὰς
ἠελίου μετόπισθε τεοῖς νεπόδεσσιν ἑτοίμη.

* v. 18. Lucan. X, 272.
"Summus Alexander regum, quos Memphis adorat."

Et teste Eustathio, Odyss. Δ. νέπους κατά τινα γλῶσσαν ὁ ἀπόγονος. Contulit etiam Kiesslingius Callim. Fragm.

——— οὐ γὰρ ἐργάτιν τρέφω
Τὴν Μοῦσαν, ὡς ὁ Κρεῖος Ὑλλίχου νέπους.

Absurde vertit Latinus Interpres vetus; *Dii sine pedum usu facti.* Νέποδες communi significatione sunt *pisces.*

v. 26. Ἡρακλείδας. Secundum Interpretem Latinum *Hyllus* intelligitur. Pro ἀμφοῖν al. ἀμφὼ, quod Kiesslingio videtur præferendum. Vid. Matth. Gr. Gr. §. 138. Not. Ad vers. Hyllus. Immo Caranus, jud. Scal. Animad. Euseb. p. 64.

v. 27. ἀριθμεῦνται. Juvenalis a Kiesslingio citatus, VIII. 131. *Tunc licet a Pico numeres genus.* Infra pro ἴοι, Call. ἴῃ.

v. 28. τῷ καὶ. Illud τῷ hic loci est *igitur,* ut v. 38. Quod si hic displicet propter sequentia τῷ μὲν, τῷ δὲ, legi posset τοὔνεκ' ἐπεί. (TAYLOR.)

v. 30. ὑπωλένιον. Citat Pindari Scholiastes, ad Olymp. II. 150. πολλά μοι ὑπ' ἀγκῶνος ὠκέα βέλη ἔνδον ἐντὶ φαρέτρας.

v. 31. καχαραγμένον ὄζοις. *Nodis, ramorum germinibus, insignem.* Vox γενειήταν a Latino Interprete vertitur *progenitorem.*

v. 34. οἵα δ'. Vide supra vv. 10. et 12. Antigonæ filia infra vocatur Berenice. Nomen patris ignoratur. Pro τᾶς, (v. 36.) al. τῇ.

v. 37. ἐσεμάξατο. Hemsterhusius ad Callim. Fragm. 221. legit ἀπεμάξατο cum Scholiaste nostro, atque explicat, "Venus in odorato gremio Berenices manus suas abstersit, ut ei scilicet insigniorem venustatem conciliaret." Vulgo legitur ἐπεμάξατο. Quod edidi ex Codd. a Valckenaerio restitutum fuit. Koehlerus conjecit ἐνεμάξατο. Neque aliter Crinagoras, Epig. 16. ab Hemsterhusio citatus:

Ἀυτός σοι Φοίβοιο παῖς λαθικηδέα τέχνης
ἰδμοσύνην, πανάκη χεῖρα λιπηνάμενος,
Πρηξαγόρη, στέρνοις ἐνεμάξατο.

Cæterum locum Callimachi docte ab eo illustratum ego sic legi malim,

Ἔλθετε νῦν, ἐλέγοισι δ' ἐνιψήσασθε λιπώσας
χεῖρας ἐμοῖς, ἵνα μοι πουλὺ μένωσιν ἔτος.

Vulgo ἔλλετε. Codd. ἔλλατε. Wakefieldius et Porsonus ἴλατε. Valckenaerius εἰ δ' ἄγε. Ἐμοῖς vacuo loco interserendum conjecerat Toupius, non ἐμάς, ut apud Blomfieldium repræsentatur. Forte autem hoc nostri loco legendum ἐσμάξατο a σμήχω. Hesychius: Σμήχει, τρίβει, καθαίρει. In Codd. etiam exhibentur ἐσμάζατο, et ἐσεμάζητο.

v. 38. γυναικῶν. Al. γυναῖκα. Videtur poeta respicere Hesiodeum illud, Ασπ. 9.

ἡ δὲ καὶ ὣς κατὰ θυμὸν ἑὸν τίεσκεν ἀκοίτην,
ὡς οὔπω τις ἔτισε γυναικῶν θηλυτεράων.

Τῷ in initio versus significat διὸ, ut supra.

v. 40. πολὺ πλέον. *Multo plus quam alii conjuges ab uxoribus suis redamantur.*

Ibid. ὧδέ κε παισί. Desideratur particula δε. Rescribo

——ᾧδε δὲ παισὶ
θαρσήσας σφετέροις τις ἐπιτρέπει οἶκον ἅπαντα.

Ἐπιτρέπει exhibetur in plerisque Codd.

v. 44. ῥηΐδιαι δὲ γοναί. Pars posterior versus priorem explicat: significat enim facilem esse prolem ad judicandum: nempe, quod sit adulterina. Fuit enim ea veterum opinio, ut putarent dissimiles parentibus partus esse non legitimos. Catullus: *Sit suo similis patri Manlio et facile insciis noscitetur ab omnibus: et pudicitiam suæ matris indicet ore.* Itaque Hesiodus inter viri probi felicitates hanc quoque recenset;

τίκτουσιν δὲ γυναῖκες ἐοικότα τέκνα γονεῦσι.

Hæc Casaubonus. Tayloro inciderat suspicio legendum esse μοιχίδιαι δὲ γοναί. Ernestius hos duo versus pro spuriis habet. Wartonus interpretatur: "Facile quidem parturiunt uxores hujusmodi, sed liberi non sunt similes patri; i. e. marito, qui debuit esse pater." Huc referatur Horat. Od. IV. 5. 23. Sunt autem qui fieri posse contendant ut mulier cum legitimo

viro concumbens, eo ipso tempore quo gravida efficitur, absentem adulterum in mente habeat; adeoque filius ex eo concubitu procreatus extranei cujusdam in facie similitudinem gerat. Ῥηίδιοι legitur in multis MSS. Harlesio ῥηίδιοι γοναὶ sunt *fecundi partus, fecunda soboles.*

v. 46. σοὶ τήνα μεμέλητο. *Tibi antea curæ fuerat.* Pro σέθεν δ' ἕνεκεν, alia prostat lectio σέθεν δ' ἕνεκ' (l. ἕνεχ') ἁ Βερενίκα. Infra pro νᾶμα κνάνεον, al. νᾶα κυανέαν.

v. 49. στυγνὸν ἀεί. Propertius, III. 18.

Scandenda est torvi publica cymba senis.

Et Statius, in Sylvis: *avidæ trux navita cymbæ.*

v. 50. ἐᾶς δ' ἀπεδάσσαο τιμᾶς. Subaudi αὐτὴ, ut apud Callim. H. in Del. 9. Δήλῳ νῦν οἵμης ἀποδάσσομαι. Ed. Junt. habet ἐᾶς—τιμὰς, accusandi casu. In multis Codd. legitur τεᾶς. Forte scribendum, ἴας δ' ἀπεδάσσαο τιμᾶς, *ejusdem honoris participem fecisti*, quemadmodum infra, v. 68,

ἐν δὲ μιᾷ τιμᾷ Τρίοπος καταθεῖο κολώναν.

v. 52. κούφας δὲ διδοῖ. Berenice tanquam Venus amantibus propitia est, et eorum curas levat. Οἱ ποθεῦντες Eid. XII. 2. et XIII. 66. sunt *amantes.*

v. 53. Ἀργεία. Deipyle et Argia filiæ erant Adrasti Argivi, quarum illa Tydeo, hæc autem Polynici in matrimonium ducta est, ut vulgo perhibetur. Noster aliam, ut videtur, historiam sequitur.

v. 54. Καλυδώνιον ἄνδρα. Tydei Calydonii filium.

v. 56. σὲ δ' αἰχμητὰ Πτολεμαῖε. *Te autem, o Philadelphe, Soteri marito suo in Co insula peperit illustris Berenice.*

v. 58. νεογιλόν. Hesych. νεογνόν, νέον. Lucian. Halcyon. §. 3. ἐπείτοι μικρὸς πάνυ καὶ νεογιλὸς ὁ τοῦ βίου χρόνος πρὸς τὸν πάντα αἰῶνα. Ubi vide quæ notavit T. Hemsterhusius. Homerus, Od. M, 86. habet σκύλακος νεογιλῆς.

v. 59. ὅτε πρώταν ἴδες ἀῶ. Epig. ἀδεσπ. 522.

Ἥματι τῷ πρῶτον φῶς ἴδες ἠελίου.

Ὅκα pro more dedit Brunckius hic et v. 80. Ἐβώσατο est idem quod ἐβοήσατο.

v. 61. Ἀντιγόνας θυγάτηρ. Habuit Berenice filiam Antigonen Pyrrho nuptam, ut tradit Plutarchus in Pyrrho, quæ ab hac avia videtur fuisse nominata.

v. 64. ὀλόλυξεν. Verbum ὀλολύζειν significat *festos clamores edere*, et præcipue de fœminis usurpatur. Vide Elmsleium ad Eur. Heracl. v. 782. Locus Æschyli ab eo allegatus, (Theb. 831.) hoc modo refingendus videtur: πότερον χαίρω κἀπολολύζω πόλεως ἀσινεῖ σωτῆρι βοὴν, ἢ τοὺς μογεροὺς καὶ δυσομαίμους ἀτέκνους κλαύσω πολεμάρχους; Vocem βοὴν ex conjectura inserui propter metrum. Ita Eurip. Troad. v. 1000. ἢ ποίαν βοὴν ἀνωλόλυξας; Metro etiam flagitante δυσομαίμους posui pro δυσδαίμονας. Equidem saltem puto spondæum ante syllabam catalecticam in metro anapæstico stare non posse, neque dactyli ante anapæstum nisi in propriis nominibus legitimum esse usum. Omnia loca his regulis contradicentia pro corruptis habeo.

v. 66. ὄλβιε κῶρε γένοιο. Pro ὄλβιος. Perrara certe in Græca lingua syntaxis. Monet Hermannus aliquid similitudinis habere Euripidem, Troad. 1129. ὦ πότ' οὖσα καλλίνικε μῆτερ. Mihi autem persuasum nostrum est scripsisse, ὄλβιος, Ὦρε, γένοιο. Nempe Deus Horus, sive Orus, easdem inter Ægyptios partes agit, quas inter Græcos Apollo. Vide Interpretes ad Horapollinis Hieroglyphica. Ὄλβιος exhibetur in multis MSS. Callimachus, H. in Del. 165. de Co insula:

ἀλλά οἱ ἐκ μοιρέων τις ὀφειλόμενος θεὸς ἄλλος
ἐστὶ, σαωτήρων ὕπατον γένος.

v. 67. κυανάμπυκα. *Cæruleo redimiculo insignem.* Κυανάμπυκα Θήβαν dixerat Pindarus, teste Luciano, Demosth. Encom. cap. 19.

v. 68. Τρίοπος. Triops secundum Scholiastem regnabat in Co insula, qui Promontorio Triopio juxta Cnidum nomen præbuit.

v. 69. ἐγγὺς ἐοῦσιν. *Græcis Peloponnesum colentibus insulæ Co vicinam.* Hic versus parenthetice sumendus videtur.

v. 70. *ὅσσον καὶ Ῥήναιαν.* Homerus hanc insulam inter illas quæ Apollini parebant recenset, H. in Apoll. 44.

Νάξος τ', ἠδὲ Πάρος, Ῥήναιά τε πετρήεσσα.

Adeo vero Delo propinqua erat, ut eas catena junctas fuisse a Polycrate tradat Thucydides. (TAYLOR.) Ut Cos Delo, ita Triopio Rhenæa comparatur.

v. 72. *ἐς τρίς.* Sic *εἰς ἅπαξ* vel *εἰσάπαξ* dicunt Græci; *εἰς δὶς* an ullibi occurrat nescio. Antiphilus, Epig. 32. de Euripo fluctus ter die, ter noctu reciprocante,

ἠελίῳ κὴν νυκτὶ τεταγμένον ἐς τρὶς, ἄπιστον
ναυσὶν ὅπως πέμπεις χεῦμα δανειζόμενον.

Ibid. *αἰετός.* Aquilam in nummis Ptolemæorum sæpius cerni monuit Wartonus. In Ed. Junt. legitur *μέγας αἰετὸς αἴσιος ὄρνις.* Malim *Διὸς αἰετὸς, αἴσιος ὄρνις.* De aquila Jovi ministrante nota omnia. *Διὸς*, sive *Ζηνὸς ὄρνις*, ubicunque verba per se posita reperiuntur, est *aquila.* Quare apud Æschylum, in *Ἱκέτισιν*, v. 220. mutatione opus est. Vulgo legitur,

Καὶ Ζηνὸς ὄρνιν τόνδε νῦν κικλήσκετε.

Reponendum *Ἶνιν* pro *ὄρνιν*, nempe Apollinem, quem continuo alloquitur Chorus.

v. 73. *μέλοντί αἰδοῖοι βασιλῆες.* Al. *μέληται αἰδοίου βασιλῆος.* Forte legendum *μέλονται αἰδοῖοι βασιλῆες.* Neque tamen spernendam lectionem præbet Cod. Cantab. ad marg. *μέλει τοι αἰδείου* (l. *αἰδοίου*) *βασιλῆος.*

v. 74. *ὁ δ' ἔξοχος.* Omnes reges in tutela sunt Jovis, ille autem *κατ' ἐξόχην*, quem nascentem placido lumine viderit.

v. 77. *ἄπειροί τε καὶ ἔθνεα.* *Ἤπειροι* hoc loco sunt simpliciter terræ, et *ἔθνεα φωτῶν*, gentes a quibus incoluntur. Tum enim soli ubertate, tum hominum cultura segetes promoventur. Alias *ἤπειροι* sunt partes continentis, ab insulis diversæ, ut apud Callimachum, H. in Del. 266.

Ὦ μεγάλη, πολύβωμε, πολύπτολι, πολλὰ φέρουσα
Παίονις, ἤπειροί τε καὶ αἳ περιναίετε νῆσοι.

Ita enim lego. Vulgo *πίονες ἤπειροί τε.* *Παίονις*, Pæonia,

gens Thessaliæ contermina, interdum latius sumitur pro Emathia, quæ et Thessalia. Παιονίην ἐριβώλακα dixit Homerus. Euripides in Rheso, v. 408.

Ὅτ ἀμφὶ Πάγγαιόν τε Παιόνων τε γῆν.

Et Latonam observabat Mars,

ἥμενος ὑψηλῆς κορυφῆς ἔπι Θρηΐκος Ἄιμου.

Cæterum voces αἱ περιναίετε tum ad ἤπειροι, tum ad νῆσοι referuntur.

v. 78. λήϊον ἀλδήσκουσιν. Ἀλδήσκω idem quod ἀλδαίνω, i. e. *augeo*. Eratosthenes Epig. II. καὶ ὄμπνιον ἀλδήσκουσαι καρπὸν Ἐλευσίνης Δημήτερος. Ita enim legendum pro Ἐλευσινίης. Vide Blomf. ad Eurip. Suppl. Mus. Crit. vol. I. p. 181. Apud Homerum intransitive usurpatur Iliad. ψ. 599. Ληΐου ἀλδήσκοντος. Ἀλδίσκουσιν hoc loco habent duo Theocriti Codd.

v. 79. οὗτις. Sub. ἤπειρος. Infra, al. χθαμαλός.

v. 80. ἀναβλύζων. *Exundans, scaturiens*. Al. ἀναυλίζων. Hom. Il. I. 487. οἶνον ἀναβλύζων. Dioscorides, Epig. XXIV.

αὐτόματαί τοι κρῆναι ἀναβλύζοιεν ἄκρητον.

Nilus fluvius certo anni tempore terram inundat, alii, prout contigerit, et quasi ad libitum. Hinc pulchre Æschylus in Ἱκέτισιν, v. 1031. quem locum hactenus minus perceperunt Interpretes: μηδ' ἔτι Νείλου προχοὰς σέβωμεν ὕμνοις, ποταμοὺς δ' οἳ διὰ χώρας θελεμὸν πῶμα χέουσιν πολύτεκνοι, λιπαροῖς χώμασι γαίας, τόδε μειλιοῦντες οὖδας. *Neque amplius Nilum celebremus, sed fluvios qui ad libitum per regionem aquas suas fundunt, pinguibus terræ egestionibus hoc solum fœcundaturi*. Dedi χώμασι ex Ed. Turnebi pro vulgato χεύμασι, quoniam illud præcedente χέουσι tautologum videtur. Dedi etiam μειλιοῦντες pro μειλίσοντες, ut Ἀττικώτερον.

v. 81. ἔργα δαέντων. *Artificum*, vel *agricolarum*.

v. 82. τρεῖς μέν οἱ πολέων. Summa urbium est 33333, modo legas ἐννεάδες pro ἑνδεκάδες, quod conjecerat olim Taylorus, et in Codd. repertum fuit. Hoc quibusdam

Hyperbole poetica videtur; at nescio an numerus modum excedat, modo intelligas non urbes tantum, sed et vicos locaque minora omnia quæ Ptolemæo paruerint. In Anglia sola fere 11,000 sunt parochiæ, quarum pleræque duos aut plures vicos sive pagos continent, quibus si adjicias omnia Hiberniæ et Scotiæ loca, habebis eundem fere numerum Georgio regi vel intra Britannias parentium. Mitto colonias toto orbe dispersas.

v. 84. *μετὰ δέ σφισι.* Præpositio *μετὰ* cum dativo, *præter*, ut Eid. I. 39. (KIESSLING.)

v. 85. *ἐμβασιλεύει.* Id est, *βασιλεύει ἐν αὐτοῖς ὤν.* Ea enim est vis verbi compositi, quod aliter dativum, non genitivum regere deberet.

v. 86. *Φοινίκης ἀποτέμνεται.* Sub. *μέρος.* Phœniciæ partem obtinet. *Ἀποτέμνεσθαι, auferre*, tum *ablatum possidere*, denique *possidere*, sc. *habere*. V. Siebelis ad Hellenica, p. 227. Duo Codd. *ναὶ μήν.* Unus *Ἀραβίας·* neque opus videtur ut *ρ̄* duplex ponatur. Vid. Valck. ad Adoniaz. v. 125. et Spitznerum de versu Græcorum Heroico. p. 51. (KIESSLING.)

v. 90. *νάσοις.* Al. *νάσαις.* Atque ea quidem forma usus est Callimachus, H. in Del. 66.

ἡ δ' ἐπὶ νησάων ἑτέρη σκοπὸς εὐρειάων.

Pro *ἄρισται* mireris *ἄριστοι* legi in plerisque Codd. item in edd. Med. Ald. Junt. Fere suspiceris poetam dedisse *νᾶας ἄριστοι*, subaudito *κατά*.

v. 92. *Πτολεμαίῳ.* In gratiam Ptolemæi. Vide Eid. XIII. 15.

v. 94. *σεσαγμένοι ἀσφαραγεῦντι.* Cod. Cant. *τέταγμένοι.* Pro *ἀσφαραγεῦντι* quod vertitur *strepunt*, scil. ab *α* intendente et *σφαραγεῖν, ψοφεῖν*, al. *ἀμφαγέρονται, colliguntur.*

v. 95. *καταβεβρίθει.* Al. *κε καταβρίθοι· κε καταβρίθει· γε καταβρίθει·* Vertunt, *opulentia quidem omnes superat reges.* Sed dubito an verbum *καταβεβρίθω*, sive *καταβρίθω*, istius sensus sit capax. Alibi certe apud Nostrum intransitive usurpatur. Eid. VII. 146.

Ὄρπακες βραβύλοισι καταβρίθοντες ἔρασδε.

Et apud Hesiodum, Εργ. 232.

εἰροπόκοι δ' ὄιες μαλλοῖς καταβεβρίθασι.

Et Sophocles in Ajace:

ἢ χειρὶ βρίθεις, ἢ μακροῦ πλούτου βάθει.

Apud Pindarum legitur (Nem. VIII. ἄλβος καὶ Κινύραν ἄβρυσε πλούτῳ, i. e. monente Dammio, ὄλβος πλούτου. Forte vertendum erat: *Opibus quidem degravatur ille quantum est omnium regalium thesaurorum pondus:* ut πάντας βασιλῆας sit accusativus ad sententiam præcedentem referendus. Hujusmodi constructionis exempla sint, Eurip. Electr. 231.

Εὐδαιμονοίης μισθὸν ἡδίστων λόγων.

Et Androm. 289. Κύπρις εἶλε λόγοισι δολίοις, | τερπνοῖς μὲν ἀκοῦσαι, | πικρὰν δὲ σύγχυσιν βίου Φρυγῶν πόλει. *Venus* (Paridem) *cepit dolosis verbis, dulcibus quidem auditu, sed amaram vitæ confusionem* afferentibus *Phrygum urbi.* Fingit nimirum hoc loco poeta Ptolemæi lancem omnium regum opibus cumulari. Καταβεβρίθω est verbum poeticum deductum a præterito medio βέβρίθα, ut δεδοίκω, et similia.

v. 96. τόσσον. Græfius legit ὅσσον, Reiskius τόσσος, sc. ὄλβος.

v. 98. οὐ γάρ τις δηΐων. Conjunge οὐ γάρ τις δηΐων πεζὸς, *nullus hostilis exercitus.* Sic sæpius πεζός. Conf. Fischer. ad Weller. III. 1. p. 261. (KIESSLING.) Vox πεζὸς facit ut in fine hujus versiculi legendum censeam ὑπερβὰς pro ἐπεμβάς. Quod et præstant optimi Codd. apud Gaisfordium, atque edidit Kiesslingius. Homerus, Il. Ω.

ἐνδυκέως ἐν νηῒ θοῇ ἢ πεζὸς ὁμαρτέων.

Vocem πολυκήτεα de crocodilis et hippopotamis intellige.

v. 99. βοὰν ἐστάσατο. Idem quod ἐβόα· *tumultum bellicum movit,* aut *concitavit.* Activa voce etiam dicebant Græci βοὴν ἱστάναι.

v. 101. ἀνάρσιος. Hesych. Ἀνάρσιοί, ἀνάρμοστοί, πολέμιοι, ἀπὸ τοῦ μὴ συνηρμοσθῆναι τοῖς ἤθεσιν. Pro ξανθοκόμας, al. ξανθόκομος.

v. 104. ἐπίπαγχυ. Divisim scribitur in omnibus, credo, MSS. ἐπὶ πάγχυ.

v. 107. μυρμάκων ἅτε πλοῦτος. Valckenaerius jungit μυρμάκων — ἀεὶ — μογεόντων, interpretatus ἀησύρων. Sed forsitan ἀεὶ κέχυται significat *semper infunditur*, et subauditur ἐστι post χρυσός.

v. 109. ἀιὲν ἀπαρχομένοιο. Subauditur pronomen, ut supra Eid. IX. 20. et Eid. XXIX. 39.

v. 110. δεδώρηται. Conjeceram:

Πολλὸν δ' ἰφθίμοις δὴ δωρεῖται βασιλεῦσι.

Conf. Eid. V. 99. et 139. Sed video participium δεδωρημένος sensu activo adhibitum apud Pet. Epist. II. cap. 1. ver. 3. Ὡς πάντα ἡμῖν τῆς θείας δυνάμεως αὐτοῦ τὰ πρὸς ζωὴν καὶ εὐσέβειαν δεδωρημένης. Quare forsitan in vulgato acquiescendum.

v. 111. οὐδὲ Διωνύσου. Quærit Wartonus quænam fuerint certamina hæc Bacchi sacra. Harlesius intelligit fabulas dramaticas, sive Dionysia, in quibus poetæ dramatici certabant.

v. 115. Μουσάων δ' ὑποφῆται. Vide supra, Eid. XVI. 29. et XXII. 116. Celebrabant autem Ptolemæum, præter Theocritum, Apollonius Rhodius et Callimachus.

v. 119. κτεάτισσαν. Supra in media voce verbum adhibuit. Κτεατίζω est *acquiro*, κτεατίζομαι, *quod acquisitum est proprium facio.*

v. 120. μοῦνος ὅδε. Pro στειβόμενος, al. στειβόμενα, aut στειβομένᾳ. Pro ἐτὶ θερμὰ κονίῃ, Cod. Cant. cum multis aliis exhibet θερμᾷ κονίῃ γε. Locus est difficilis, in quo explicando aut emendando operam luserunt Editores. Vertit Eobanus Hessus,

Solus hic, extinguens vestigia prisca parentum,
Adscriptos numero divum facit esse videri.

Scholiastes ita explicat: οὗτος δὲ μόνος τῶν ἐκπάλαι θανόντων καὶ τῶν πρὸ μικροῦ τῇ μητρὶ καὶ τῷ πατρὶ ναοὺς ἔκτισεν. Ex quibus verbis quis non videt hunc locum a viro isto aliter lectum fuisse atque nunc legitur? Et emendabat quidem Taylorus,

μοῦνος ὅδε προτέρων (τοκέων ὅτι θερμὰ κονίη
στειβόμενος καθύπερθε, ποδῶν ἐκμάσσεται ἴχνη)
ματρὶ φίλᾳ, κ. τ. λ.

Hoc utique sensu: *Solus hic præter morem priorum regum (quia parentum vestigiis insistit,* hoc est, *eorum virtutes imitatur,) patri et matri templa dedicavit.* Melius Jacobsius:

μοῦνος ὅδε προτέρων τε νέων τ' ἔτι θερμὰ κονίῃ.

Neque tamen ille meo judicio rem acu tetigit: Nec Kiesslingio astipulor legenti, μοῦνος ὁδ' ἀμφοτέρων τοκέων. Locus forte hoc modo refingendus:

μοῦνος ὅδε προτέρων τε καὶ ὧν ἔτι θερμὰ κονίη
στειβομένη καθύπερθε ποδῶν ἐκμάσσεται ἴχνη,
μητρὶ φίλῃ, κ. τ. λ.

Solus hic priorum hominum atque eorum quorum vestigia adhuc calentia pulvis desuper calcatus absterget, matri et patri, &c. Utcunque scripserit poeta vix dubitandum est Scholiastem ita fere legisse. Epitheton θερμὸν τῷ ἴχνος jungitur in Epig. ἀδεσπ. 417.

——— λαγωὸν
σεῦε κύων θερμοῖς ἴχνεσιν ὠκυπόδην.

Apud nostrates "foote hot" olim significabat *statim, e vestigio.* Unde et nomen obtinuit Curia pedis pulverizati, "The Court of Pie-poudre," ubi causæ dijudicantur, antequam pulvis e pedibus abstergeri possit. Dixit Coluthus, vers. 427.

ψῦχετο φειδομένοισιν ἐπ' ἴχνεσιν ἴχνος ἐρείσας,
μὴ πόδες ἱμερόεντες ὑποχραίνοιντο κονίης.

v. 129. ἀγοστῷ. Ἀγοστὸς, τὸ ἐντὸς τῶν χειρῶν· ἢ ἀγκών. Hesych.

v. 132. οὓς τέκετο. Al. οὓς τέκε. Correxit Wartonus οὓς ἔτεκε.

v. 133. ἓν δὲ λέχος. Hoc in uno Brubach. repertum vulgatæ lectioni ἓν prætulerunt viri docti. *Iris sternit lectum cui Jupiter et Juno incubent, indormiant.*

v. 134. φοιβήσασα μυροις. Nonnus, in Dionysiacis:

——— ἦχι καὶ αὐταὶ
παρθενικῆς ἀγάμοιο μύρου πνείουσι χαμευναί.

v. 135. χαῖρ' ὦναξ. Apud Homerum ἄναξ a digamma incipit. Theocritus utramque formam videtur adhibuisse. Vide Eid. XVI. 34. et XXV. 150.

Ibid. ἴσα καὶ. *Perinde ac.* Soph. Œd. Tyr. v. 1186. Ἰὼ γενεαὶ βροτῶν ὡς ὑμᾶς ἴσα καὶ τὸ μηδὲν ζώσας ἐναριθμῶ.

v. 137. ἀρετήν γε μὲν ἐκ Διὸς ἔξεις. Al. ἔξοις· Solœce, si verum est præceptum Dawesii, qui negat in talibus particulam κὲν omitti posse. Apud citerioris Græciæ scriptores hoc licuisse docet Schaferus. Codex Cantabrigiensis versum sic scriptum exhibet, linea ducta trans ultimas duas voces;

φθέγξεσθ' ἀθανάτοις· ἀρετήν γε μὲν ἐκ Διός· ἐκ δε

Wartonus ex alia lectione αἰτεῦ conjecit αἰτῶν. Jacobsius ἀσκεῖς, citans Carcinum apud Stobæum,

ἀσκεῖν μὲν ἀρετήν· εὐτυχεῖν δέ τοῦ Διός.

Item Horatium, Epist. I. 18. 111.

Sed satis est orare Jovem quæ donat et aufert;
Det vitam, det opes; æquum mi animum ipse parabo.

Verum rationibus viri docti aliquantum obstat Pindarus, apud quem, Isthm. III. v. 6. hæc leguntur: Ζεῦ, μεγάλαι δ' ἀρεταὶ θνατοῖς ἕπονται ἐκ σέθεν. Quibus perpensis ego legendum arbitror αἰτέω· ἀρετὴν autem significare *facultatem te collaudandi*, sive *carmina componendi*. Similiter apud Pindarum, Nem. IV. 68. ἐμοὶ δ' ὁποίαν ἀρετὰν ἔδωκε Πότμος ἄναξ, εὖ οἶδ' ὅτι χρόνος ἔρπων πεπρωμέναν τελέσει. Ubi ἀρετὴ a Scholiaste explicatur δύναμις ποιητική. Græfius ita de hoc loco disserit. "Futurum φθέγξομαι ostendit, poetam adhuc aliquid novi dicturum esse; et id est illud ἔπος οὐκ ἀπόβλητον, non carmen præcedens, sed præceptum commune, quo claudit. Nimirum observatio tantæ in Ptolemæo virtutis divinitus concessæ (conf. vv. 11. 12.) facit ut unumquemque poeta hortetur, ut talem a Jove virtutem sibi ipse expetat. Lego itaque ἀρετάν γε μὲν ἐκ Διος αἰτεῦ. Si de lectione αἰτεῦ dubitatur, eodem sensu altera accommodari poterit, modo scribas ἔξεις." H. Vossii hæc est sententia: "Postrema verba non ad regem sunt conversa, sed generalem continent sententiam. Carmen haud aspernandum se fecisse dicit poeta, non sine animi quadam elatione. Tum invidiæ deprecandæ causa, subjungit, virtutem a Jove

mortalibus venire." Monet Kiesslingius hæc ultima respicere initium carminis ἐς Δία λήγετε Μοῖσαι, et Græfium recte locum explicuisse.

EIDYLLIUM XVIII.

In hoc Eidyllio suavitas austera illa Theocriti desideratur. Floridior est et ornatior, ne dicam facilior, ejus stylus quam solet esse poetæ nostri. Est tamen ubi Theocritum sapiat. Creditur fuisse ex ejus Heroinis. Notanda sunt interea verba argumenti Græci hujus Eidyllii, quod exhibetur in libris tantum vetustioribus et Codicibus manuscriptis. Καὶ ἐν αὐτῷ τινὰ εἴληπται ἐκ τοῦ πρώτου Στησιχόρου Ἑλένης ἐπιθαλαμίου. In nonnullis Codicibus titulus hujus Eidyllii est, Ἐπιθαλάμιος Ἑλένης καὶ Μενελάου. Vesperi canitur hoc Epithalamium ante thalamum Menelai et Helenæ sponsæ a duodecim primariis puellis urbis Spartæ. Hoc genus Epithalamii dici solebat κατακοιμητικόν. (WARTON.)

V. 1. Ἐν ποκ' ἄρα Σπάρτᾳ. Aut pro fragmento habendum est hoc carmen, aut mendosum est ἄρα. Forte legendum, Ἐν ποκα τᾷ Σπάρτᾳ. Dixit Callimachus, H. in Lav. Pall. ἔν ποκα Θήβαις. Hom. Od. λ. 459.

ἤ που παὰρ Μενελάῳ, ἐνὶ Σπάρτῃ εὐρείῃ.

v. 2. θάλλοντα κόμαις ὑάκινθον ἔχοισαι. Al. θάλλονθ' ὑακίνθῳ κόσμον ἔχοισαι. Præstat vulgatum. Anacreon: στεφανίσκους δ' ὑακίνθων κροτάφοισιν ἀμφιπλέξας. Sensit Kiesslingius alteram lectionem natam esse a verbis ὑακίνθινον κόσμον, pro interpretamento in libro aliquo adjectis. Ipsum illud ὑακίνθινον in nonnullis codd. reperitur.

v. 3. νεογράπτω. *Thalamus nuper pictus* commode explicatur a Valckenaerio. Χορὸν ἱστασθαι vel ἱστάναι est χορεύειν. Vide ad Eid. XVII. 99.

v. 4. μέγα χρῆμα Λακαινᾶν. *Magnum decus Lacænarum.* Consule sis Valckenaerium ad Eurip. Phœn. v. 206.

Xen. Ephes. lib. i. cap. 1. *Τούτῳ τῷ Λυκομήδει—γίγνεται παῖς Ἀβροκόμης, μέγα δή τι χρῆμα, ὡραιότητι σώματος ὑπερβαλλούσῃ.*

v. 5. *ἀνίκα Τυνδάρεω.* Pro *Τυνδάρεω* diversæ lectiones exhibentur in MSS. *Τυνδαρίδα· Τυνδαρίδῃ· Τυνδαρέαν· Τυνδαρίδαν.* Certe *Τυνδάρεω* pro *Τυνδάρεω θυγατέρα* vix Græcum videtur; sed lectionem genuinam puto, et vitium esse in sequente vocabulo *κατεκλάξατο*, quod poni ferunt pro *κατεκλείσατο*, ut *ἀποκλάξας* pro *ἀποκλείσας* in Eid. XV. v. 77. Vice hujus verbi leguntur in Codd. *κατεκλίνατο· κατελέξατο· κατεγέξατο· κατήξατο· κατεκλάγετο·* et, credo, totidem aliæ variationes. Ego restituendum puto *παρεδέξατο*, id est, *ἐδέξατο παρὰ Τυνδάρεω.* Ap. Rhod. I. 977.

——— *τὴν μὲν νεον ἐξέτι πατρὸς*
Θεσπεσίοις ἔδνασιν ἀνήγαγεν.

Et Theocritus supra, Eid. XVII. 59.

Δεξαμένη παρὰ ματρὸς ὅτε πρώταν ἴδες ἀῶ.

v. 7. *ἐς ἕν.* Opinatur, Kiesslingius verba sic jungenda esse; *ἄειδον μέλος πᾶσαι εἰς ἕν.* Verum quod ad rhythmum attinet, melius construes *ἐς ἓν μέλος.*

v. 8. *ποσσὶ περιπλίκτοις.* Vulgo *ποσσὶ περιπλέκτοις, pedibus connexis.* Περιπλίκτοις in Cod. Paris. repertum prætulerunt viri docti. Πλίσσεσθαι significat *crura divaricare.* Homer. Od. ζ. 318.

αἱ δ' εὖ μὲν τρώχων, εὖ δὲ πλίσσοντο πόδεσσιν.

Ad quem locum Eustathius: *τὸ δὲ πλίσσοντο—δηλοῖ—βηματίζειν, καὶ μεταφέρειν σκέλος παρὰ σκέλος.*

v. 9. *πρωΐζα.* Hoc loco significat *præmature, πρὸ του δέοντος.* Aristophanes dixit, *πρῴ*, id est, *πρωΐ πάνυ προσκαθεύδειν, præmature et ante tempus consuetum somno se tradere.* Homerus, Od. *ο.* 393. *οὐδέ τί σε χρὴ πρὶν ὥρη καταλέχθαι.* Pro forma aoristi secundi *κατέδραθον* alibi *κατέδαρθον* adhibuit Theocritus.

v. 11. *ἦ ῥα πολύν τιν' ἔπινες.* Communis ellipsis vocis *οἶνος.* Eurip. Cycl. v. 566.

χαλεπὸν τόδ' εἶπας ὅστις ἂν πίνῃ πολύν.

v. 11. *ὅτ' εἰς εὐνὰν κατεβάλλευ.* Lucian. Lapithæ, §. 47. *οὐ γὰρ ἐδυνήθησαν ἐκβαλεῖν τὸν ἄνδρα, ἐπεὶ ἄναξ καταβαλὼν ἑαυτὸν ἐπὶ τῆς κλίνης πλαγίος ἐκάθευδε.* Ὅτ' pro ὅτι poni, non pro ὅτε, monuit Sanctamandus, ut sensus sit, *quod te in lectum conjecisti.* Verum sic non habetur temporum ratio. Vertendum videtur: *Num inter pocula versabaris, cum in mentem tibi venit ut in lectum te conjiceres?* Infra pro *αὐτὸν ἐχρῆν τὺ* conjecerat Heinsius *εὕδεν ἐχρῆν τύ.* At præstat vulgatum. Χρῆν αὐτὸν τὺ legitur in quibusdam Codd.

v. 14. *βαθὺν ὄρθρον.* Lucas, Evang. cap. 24. v. 1. Τῇ δὲ μιᾷ τῶν σαββάτων ὄρθρου βαθέος ἦλθον ἐπὶ τὸ μνῆμα. Et Plutarchus, Περὶ τοῦ μὴ χρᾶν ἔμμετρα νῦν τὴν Πυθίαν, ad init. Ἐσπέραν ἐποιήσατε βαθεῖαν, ὦ Φιλῖνε, διὰ τῶν ἀναθημάτων παραπέμποντες τὸν ξένον.

Ibid. *καὶ ἔνας καὶ ἐς αὠ.* Vocem ἔνας pro ἔναν revocavit Reiskius ex Ald. et Flor. et ita locum interpretatur: *siquidem et die tertio usque ad extremam auroram, et totis postea annis continuis tua erat futura.* Hesychius exponit ἔνας et ἔναρ per *εἰς τρίτην* ἔναρ autem Laconum esse dixit, unde ita edidit Brunckius. In Ed. Mediol. legitur ἔνανας. Quamcunque istius vocis formam hoc loco adhibebis, tantundem juveris, id est, absurdam effeceris sententiam. Nullus dubito quin scripserit Theocritus *καὶ ὄναρ καὶ ἐς αὠ,* respectu habito ad ea quæ de somnolentia Menelai dicta sunt. Suidas: Ὄναρ, *καθ' ὕπνους.* Lucian. Cronosolon, §. I. *Οὐκ ὄναρ ἐπιστὰς ἀλλὰ πρώην ἐγρηγορότι ἐναργὴς συγγενόμενος.* Vide supra ad Eid. XX. 5.

v. 16. *ἀγαθός.* Virg. Ecl. V. 65. *Sis bonus o felixque tuis.* Heinrichius interpretatur *hominem boni ominis.* Citat Kiesslingius Callim. in Lav. Pall. *καὶ ποίων οὐκ ἀγαθαὶ πτέρυγες.* De sternutatione in omen accepta, vide supra, Eid. VII. 96.

v. 17. *ὅποι ὤλλοι ἀριστέες.* Ὅποι, si genuinum est, verti debebat, *quo venerant,* non, *ubi erant,* nisi positum sit pro *ἐκεῖσε ὅπου* quomodo in Sophocl. Philoct. 481.

——ἐμβαλοῦ μ' ὁπῆ θέλεις ἄγων,
εἰς αντλίαν, εἰς πρῶραν, εἰς πρύμνην, ὅποι
ἥκιστα μέλλω τοὺς συνόντας ἀλγυνεῖν.

Ὅπου quietem notat; ὅποι motum; ὁπᾶ in utramque partem sumitur. Vide Porson. ad Hecub. v. 1062.

Ibid. ὦλλοι. Ἡ τοιαύτη σωναλοιφὴ τῆς νεωτέρας Ἰάδος ἐστι· διὸ μέμφονται Ζηνοδότῳ εἰπόντι,

ὦλλοι μέν ῥα θεοί τε καὶ ἀνέρες·

οὐ κέχρηται γὰρ ταύτῃ Ὅμηρος. Schol. ad Ap. Rhod. I. 1081.

Ibid. ὡς ἀνύσαιο. *Ut has nuptias consequereris.* Vide Dawes. Misc. Crit. p. 206.

v. 19. ὑπὸ τὰν μίαν ᾤχετο χλαῖναν. Al. ἴκετο. Soph. Trach. 539.

καὶ νῦν δύ' οὖσαι μίμνομεν μιᾶς ὑπὸ
χλαίνης ὑπαγκάλισμα.

v. 21. τι τέκοιτ. Vulgo,

ἦ μέγα τοί κε τέκοιτ', εἰ ματέρι τίκτεν ὁμοῖον.

Quod edidi est ex Codd. et ipse idem conjeceram.

v. 22. ἦς δρόμος ὥϋτος. Solebant cursu certare ad ripas Eurotæ fluvii puellæ Spartanæ. Cursus iste vocabatur ἐνδριώνας, si sana sit ea lectio apud Hesychium. Pro ἦς, al. αἷς· et pro λοετροῖς, ῥεέθροις. Ἐυρώταο ῥέεθρα bis dixit Coluthus.

v. 24. θῆλυς νεολαία. Hesychius, Νεόλαια, νέων ἄθροισμα, ἢ νεότης, ἢ νέος λάος.

v. 26. Ἀὼς ἀντέλλοισα. Versus valde corruptos nemo omnium Interpretum ita emendavit ut mihi satisfecerit. In altero conjecit Casaubonus πότνια νὺξ ὅτε λήγει, vel ὅτ' ἄλευεν. Heinsius totum locum sic refingit: Eurip. Or. 174.

τᾶν οὐδ' ἄν τις ἄμωμος, ἐπεὶ χ' Ἑλένα παρισωθῇ
πότνια· νύχθ' ἅτε λευκὸν ἔαρ χειμῶνος ἀέντος·
ὧδε καὶ ἁ χρυσέα Ἑλένα διεφαίνετ' ἐν ἡμῖν
πιείρη, μεγάλη.

At hæc medela viris doctis, et Heinsio ipsi postea displicuit. Toupius locum ita legendum et distinguendum censet:

πότνια, νύχθ' ἅτε λευκὸν ἔαρ χειμῶνος ἀνέντος,
ἀὼς ἀντέλλοισα καλὸν διέφαινε πρόσωπον,
ὥδε καὶ ἁ χρυσέα Ἑλένα διεφαίνετ' ἐν ἡμῖν.

Koehlerus:

πότνια νὺξ, ἅτε, λευκὸν ἔαρ χειμῶνος ἀνέντος,
Ἀὼς ἀντέλλοισα καλόν τοι ἔφαινε πρόσωπον, κ.τ.λ.

Quemadmodum, o veneranda nox, vere ineunte, oriens Aurora tibi ostendit vultum, &c. Eldikius vulgatum ordinem atque verba retinet, solum νὺξ in νύχθ' mutato. Bindemannus πότνια νύχθ' ἅτε. Jacobsius:

Ἀὼς ὡς γελάοισα καλόν τιν ἔφαινε πρόσωπον
πότνια νύξ.

Drexlius:

Νυκτὸς ἅτ ἀντέλλοισα καλὸν διέφαινε πρόσωπον
πότνα Ἀὼς, ἢ λευκὸν ἔαρ χειμῶνος ἀνέντος.

Hermannus:

Ἀὼς ἀντέλλοισ' ἅτε καλὸν ἔφαινε πρόσωπον
ποττὰν νύχθ', ἅτε λευκὸν ἔαρ χειμῶνος ἀνέντος.

Kiesslingius:

Ἀὼς ἀντέλλοισ' ἅτε καλὸν ἔφηνε πρόσωπον
ποττὰν νύκτ', ἢ λευκὸν ἔαρ, χειμῶνος ἀνέντος.

Monet vir doctus ἀνέντος poni hic sensu intransitivo, *quando solvitur hyems grata vice veris.* Equidem dubito an bene Græcum sit ἔφηνε ποττὰν νύκτα, pro τῇ νυκτί. Jam itaque conjecturarum agmen claudat mea,

——— οὔτε κακίστη,
οὔτε πρώτη ἴσως, ὁμαλὴ δέ τις.

Lego nimirum,

Ἀὼς ἠΰτε τὶν καλὸν διέφαινε πρόσωπον,
πότνια Νὺξ, ἰσόλευκον ἔαρ χειμῶνος ἀνέντος, κ.τ.λ.

Quemadmodum Aurora decorum tibi ostendit vultum, o veneranda Nox, hyeme ver solvente lucem tenebris æqualem ferens, sic et aurea Helena, &c. Sed ut verum fatear hæreo de voce ἰσόλευκος. Quare aliter lego: ὅτε λευκὸν ἔαρ, χειμῶνος ἀνέντος· subaudito ἐστι.

v. 29. *μεγάλα ἄτ' ἀνέδραμε κόσμος ἀρούρᾳ.* Lectio *ἀνέδραμε κόσμος* prodiit ex Codd. pro *ἀνέδραμεν ὄγμος. Quemadmodum magna cupressus sursum procurrit, ornamentum pingui arvo aut horto*, &c. At locum adhuc emendatione egere senserunt viri docti. Et Musgravius legendum putat *ὄχμος, seges:* verum *ὄχμον segetem* simpliciter dici dubitat Valckenaerius. Ingeniosa est conjectura Eichstaedtii, legentis

πιείρᾳ μέγα λαῖον ἄτ' ἔδραμε κόσμος ἀρούρᾳ.

Verum *μέγα* ineptum est epitheton substantivi *λαῖον*. Nullum epitheton adhibuit Virgilius hunc locum imitatus, Ecl. V. 32.

Vitis ut arboribus decori est, ut vitibus uvæ,
Ut gregibus tauri, segetes ut pinguibus arvis,
Tu decus omne tuis.

Correxit Huschkius:

αἴγειρος μεγάλᾳ ἄτ' ἀνέδραμε κόσμος ἀρούρᾳ.

At *αἴγειροι ὑδατοτρεφεῖς*, monente Kiesslingio, minus recte *ἀρούρᾳ* tribuuntur. Melius fortasse,

πιείρᾳ μελία ἄτ' ἀνέδραμε κόσμος ἀρούρᾳ.

Arbores inter segetem nascentes etiam apud nos passim videre est. Verbum *ἀναδραμεῖν* proprium est de arboribus. Homerus, Il. Σ. de Achille: *ὁ δ' ἀνέδραμεν ἔρνεϊ ἶσος.* Ἐλάτῃ pro *μεγάλᾳ* legebat Taylorus; at nostra conjectura a vulgato propius distat. Habet Virgilius, Ecl. VII. 65.

Fraxinus in sylvis altissima, pinus in hortis,
Populus in fluviis, abies in montibus altis.

v. 30. Θεσσαλὸς ἵππος. Equi Thessali etiam oraculo veteri celebrati. Vide Eid. XIV. 12. et Schol. ad XIV. 48. ubi pro *Θρῄκιαι* legendum esse *Θεσσαλικαὶ* patet ex Athenæo et Suida: nisi concedatur Thessaliam Thraciæ partem esse, et generali regionis nomine designari. Vide supra, Eid. XVII. v. 76. not. Consule Rittershusium ad Oppian. Cyneg. I. 171.

v. 32. *ἐν ταλάρῳ πανίσδεται.* Τάλαρος idem est quod dicitur a Virgilio *calathus Minervæ*. Al. *ἐκ ταλάρω*. Πηνίζομαι proprie significat *stamina a colo deduco*. Πῆνος Hesychio est *ὕφασμα*. Dicitur et *πήνη*.

v. 34. *ἐκ κελεόντων.* Vulgo *καλεόντων*. Κελέοντες

sunt pedes textorii mali e quo stamina deducuntur. Dicit ergo poeta; *Neque ulla mulier stamen radio intextum in tela picta e ligno peritius abscidit.* συμπλήξασα — hic legere videtur πυκινώτερον (Hemst.). Unus certe habet, συμπλίξασα.

v. 37. τᾶς πάντες ἐπ' ὄμμασιν ἵμεροι ἐντί. Ita Musæus, v. 64.

——— εἷς δέ τις Ἡροῦς
ὀφθαλμὸς γελόων ἑκατὸν χαρίτεσσι τεθήλει.

v. 39. δρόμον. Nihil hic variant Codd. aut Edd. Δρόσον placuit Koppiersio, ut *prata rore madentia* per ἓν διὰ δυοῖν dixerit poeta; δρόσον καὶ λειμώνια φύλλα. Sic ψιθύρισμα καὶ ἁ πίτυς (Eid. I. 1.) idem valet quod ψιθύρισμα τῆς πίτυος· ψάμαθόν τε καὶ ἠϊόνα apud Bion. Fragm. 12. est ψάμαθον ἠϊόνος. Eldikius legendum putat ἐς ῥόδον, forte ex loco aliquantum simili apud Coluthum. v. 341.

οἶδεν ὄρος, ποταμῶν ἐδάη ῥόον, οἶδε κελεύθους
εἰς ῥόδον, εἰς λειμῶνα.

Sed ibi corrigit A. M. Bandinius ἐς δρόμον, hunc ipsum Theocriti locum citans. Ego Toupium secutus vulgatum servandum puto. Δρόμος est stadium sive ambulacrum publicum, totum forte arboribus atque floribus consitum, quemadmodum et Eupolis dixit, teste Lucilio,

ἐν εὐσκίοις δρόμοισιν Ἀκαδήμου θεοῦ.

v. 41. πολλὰ τεῦ, ὦ Ἑλένα. Al. πολλά τεοῦς. In multis MSS. legitur τέα· In aliis τέου, aut τεοῦ. Apollonius Dyscolus monuit τεοῦς Dorum esse. Vide supra Eid. XI. 25.

v. 43. λωτῶ. Coronas a loto flore plexas apud Alexandrinos commemorat Athenæus, lib. xv. p. 677. Hinc suspicatur Wartonus hoc poema vel ex Alexandrina schola prodiisse, vel saltem a Theocrito scriptum apud aulam Philadelphi Alexandriæ agente. Πράτᾳ hic et infra pro vulgato πρᾶται dederunt Call. et Junt.

v. 45. ἐξ ὄλπιδος. Τὰν Δωρίδα ὄλπαν supra dixit, Eid. II. 156.

v. 48. ἀννείμῃ. Pro vulgato ἀγγνοίῃ, ex Ed. Flor. optime restituit Toupius, cujus nota ad hunc locum omnino digna

est quæ a lectore consulatur. Hesychius: Ἀννέμειν, (i. e. ἀνανέμειν) ἀναγινώσκειν. Al. ταῦτ' εἰδῇ. Pro σέβου dedit Wintertonus σέβεο· pro εἰμὶ Brunckius ἐμμί.

v. 50. Λατὼ μὲν δοίη. Comparat Jacobsius Virgil. Æn. VIII. 71.

Nymphæ, Laurentes Nymphæ, genus amnibus unde est.

v. 51. εὐτεκνίαν. Quum in loco Hom. Il. Γ. 175; et Od. δ. 12. unica tantum Helenæ filia Hermione memoretur, statuerunt nonnulli Theocritum alios secutum esse. Valckenaërius vero adhibuit Scholion Cod. Medicei, quod plures Menelao et Helenæ ascribit liberos. Sed hisce carere possumus. Auctor carminis nuptialis εὐτεκνίαν optaret, necesse erat, quamvis haud ignoraret conjuges voto excidisse. (Dahlius.)

v. 55. ἔγρεσθαι δὲ πρὸς ἀὼ μὴ 'πιλάθησθε. Hoc ex Codicibus est Vatic. illud a conjectura Reiskii, pro vulgatis ἔγρεσθε—μή τι λάθησθε.

v. 56. νεύμεθα κἄμμες ἐς ὄρθρον. Promittunt se redituras postea αἱ Λάκαιναι quæ Epithalamium canunt, ut διεγερτικὸν modulentur, absoluto κοιμητικῷ. (Heinsius.)

Ibid. πρᾶτος ἀοιδός. Ὁ πρῶτος ἀοιδὸς, monente Heinsio, opponitur secundo et tertio Gallicinio. Eid. XXIV. 63.

Ὄρνιθες τρίτον ἄρτι τὸν ἔσχατον ὄρθρον ἄειδον.

v. 58. Ὑμὰν, ὦ Ὑμέναιε. Catullus in Nupt. Pel. et Thet.

Hymen, o Hymenæe, Hymen ades, o Hymenæe.

EIDYLLIUM XIX.

Notissimum est inter Anacreontica reperiri carmen ejusdem argumenti. Car. XL. An illud scripserit Anacreon, an hoc Theocritus, æque dubitari posse putaverim. Recensetur a

Stobæo tanquam Theocriti. Cap. 63. (WARTON.) Valckenaerio videtur esse Bionis.

v. 2. *συλεύμενον*. In hoc verbum alibi apud poetas non incidi. *Συλάω* et *συλεύω* voce activa passim occurrunt. Pro *χειρῶν* Brunckius edidit *χειρὸς*, quod absque codicum auctoritate fieri non oportebat.

v. 3. *ἐφύσση*. Cum *φυσάω* primam syllabam producat, ducibus aliquot codicibus scripsi *ἐφύση* pro *ἐφύσση*. (KIESSLING.)

v. 5. *ὀδύναν*. *Vulnus*, doloris causam. *Ὀδύνη ψυχῆς* in libro cui titulus *Σοφία Σειραχ* vocatur homo qui animo dolorem facit. Sic *πένθος*, Hesychio interprete, est *συμφορὰ*, i. e. calamitas luctum ferens. Neque aliter usurpantur *λύπη* et *φόβος*. Parum necessaria videtur Brunckii emendatio *ἐὰν* pro *τάν*. Infra, pro *ὅττι* legi posset *χ' ὅττι*. [417]

v. 7. *τὺ δ' οὐκ ἴσον ἐσσι μελίσσαις*; Hoc præbuit editio Aldina. Aliæ pleræque *τί δ' οὐκ ἴσον*, vel *τί δ'*; *οὐκ ἴσον*, cum interrogationis nota. Wintertonus: *τὺ δ' οὐκ ἴσος ἐσσὶ μελίσσαις*;

v. 8. *χὠ τυτθὸς μὲν ἔης*. Loco suspecto succurrit Koehlerus legendo, *χὡς τυτθὸν μὲν ἴης*, scil. *βέλος*,

Quam parvo telo vulnera quanta facis?

Citat ille Moschum, Eid. I. 19.

τυτθὸν ἐοῖ τὸ βέλεμνον, ἐς αἰθέρα δ' ἄχρι φορεῖται.

Et prima quidem facie se commendat hæc emendatio; sed jure dubitat Dahlius an versu sic refecto vocabulum principale *βέλος* deesse, adeoque subintelligi possit. Apud Homerum, Od. I. 499. reperies *τόσσον γὰρ ἴησι*, ubi subauditur *τὰ βέλη*. Sed vox *βέλος* quæ præcesserat v. 495, facit quo minus iste locus cum hoc comparari possit. Conjecit Wartonus *κἂν τυτθὸς μὲν ἔης*· Valckenaerius *ὃς τυτθὸς μὲν ἐών*· Brunckius *χὡς τυτθὸς μὲν ἐών*· Schaferus *ὡς τυτθὸς μὲν ἔης*, monens *ἔης* vim habere præsentis, ut Eid. V. 79, *ἦ στωμύλος ἦσθα Κομάτα*; et Bion. Eid. XV. 4. Legebat Taylorus *κ' ἐι τυτθὸς μὲν ἔης*. Porsonus in fine versus pro *ἀλίκα* legit *ταλίκα*. Nos locum ita emendamus:

——τὺ δ' οὐκ ἴσον ἐσσὶ μελίσσαις,
χρῶ τυτθὸς μὲν, Ἔρως, τὰ δὲ τράυματα ἀλίκα ποιεῖς;

Nonne vero tu similiter apibus corpore exiguus es Amor, sed quanta vulnera facis? Ita Moschus, Eid. I. 7. Χρῶτα μὲν οὐ λευκὸς, πυρὶ δ' εἴκελος. Anacreon in carmine supra citato æque gravem a librariis injuriam passus est. Ibi legendum, Ἡ δ' εἶπεν εἰ τὸ κέντρον | ὀλεῖ τὸ τῆς μελίσσης, | πόσον δοκεῖς πονοῦσιν, Ἔρως, ὅσους σὺ βάλλεις; Dixerat supra Cupido, ὄλωλα μᾶτερ, ὄλωλα κἀποθνήσκω. Vulgo, πονεῖ τὸ τῆς μελίσσης. Quod ad Theocriti locum attinet, mutatio vocis χρῶ in χὠ non ea est ut fide major habeatur. Apostrophi nota etiam alibi in MSS. literæ locum occupare mihi visa est. Exempli gratia, apud Æschylum in Ἱκέτισιν v. 726, literam λ pro ea supposui, cum majore sententiæ commodo. Neque vereor ne a me dissentiant viri doctiores, etsi emendatio ista canoni Dawesiano obuiti videtur. Navis hostilis appulsum describens Danaus, " non me latet," inquit, " ea, facilis cognitu cum sit."

Στολμοί τε λαίφους, καὶ παραῤῥύσεις νεὼς,
καὶ πρῶρα πρόσθεν ὄμμασι βλέπουσ' ὁδὸν,
οἴακος εὐθυντῆρος ὑστάτου νεὼς
ἄγαν καλῶς κλύουσα γλῶσσαν οὐ φίλην.

Et ornatus iste, et tegumenta navis, et prora ulteriorem oculis cernens viam, nimis bene audiens vocem haud amicam clavi navem a tergo dirigentis, conspicua sunt: Vulgo legitur γ' ὡς ἂν οὐ φίλη. Quod interpretetur qui potest.

v. 8. ἀλίκα τραύματα. Noster, Eid. IV. 55. de spinæ vulnere:

Ὀσσίχον ἐντὶ τὸ τύμμα, καὶ ἀλίκον ἄνδρι δαμάσδει.

EIDYLLIUM XX.

TRADUNT grammatici Theocritum hoc carmine quosdam fastidiosos homines perstringere qui Musam suam bucolicam tanquam nimis rusticam contempserant. Ego quidem non puto esse Theocriti. (WARTON.)

v. 1. Ἐυνίκα μ' ἐγέλαξε. Non debebat Dahlius gravem Wartoni errorem denuo repetere legentis Ἐυνίκα μ' ἐξεγέλαξε. Saltem, si hoc fecisset, adjicienda erant ea quæ in hunc locum annotavit Toupius in Curis posterioribus. Ἐυνίκα, al. Ἐυνείκα, penultimam producit, v. Eid. XIII. 45. quod et ab Etymo nominis probatum. Pro ἀδὺ φιλᾶσαι legebat Wartonus ἀδυφιλᾶσαι una voce.

v. 4. ἀστυκά. Al. ἀστικά, quod edidit Brunckius hic et infra v. 31. Pro θλίβειν Valckenaerio videtur Theocritum scripturum fuisse φλίβειν vel φλίβεν, ut in Eid. XV. 76. φλίβεται pro θλίβεται. Citavit Harlesius Longum, lib. ii. cap. 7. θλίψιν τοῖς στόμασι παρέχουσαι.

v. 5. μη τύ γέ μευ κύσης. Toupius emendavit τύγα· item κύσσης pro κύσης, propter metrum. Hinc forsitan Anglice, " to kiss," quod et olim proferebatur " kusse."

Ibid. μηδ' ἐν ὀνείροις. Moschus, Eid. IV. 18. τὸ δ' οὐδ' ὄναρ ἦλυθεν ἄλλῳ. Vide quæ notavi supra ad Eid. XVII. v. 14.

v. 6. ὡς ἄγρια παίσδεις. Hæc phrasis, monente Kiesslingio, longe alium sensum habet apud Moschum, Eid. I. 11. quam qui huic loco convenit. Pro λαλεῖς conjecit Brunckius φιλεῖς. Græfius, ὀκκοῖα γελᾶς, ὡς ἄρτια παίσδεις· ut ἄρτια hic dictum fuerit, quemadmodum in ἀρτίεπής, ἀρτίφρων, ἀρτίνοος, et in Homerico ἄρτια ἤδη, de lusu apto et concinno.

v. 7. ὡς τρυφερὸν λαλέεις. Mirum est puellam urbanam modo irridere pastori, modo manifesta convicia in eum jactare, et quidem ita ut a conviciis incipiat, tum ad irrisionem procedat, mox iterum ad convicia delabatur; quum contra animi naturæ multo aptius fuisset, puellam ab ironia progressam, animo deinde irridendo exasperato, ad mera convicia descendere. (JACOBS.) Pro λαλέεις mihi quidem non incommode videtur legi posse λαλαγεῖς. Sed totum versum etiam hoc suspectum reddit, quod in uno cod. omittitur. (KIESSLING.) Legit Eldikius ὡς τρυφερὸν γελάεις. Duo Codd. apud Gaisford. præstant καλέεις, unde mihi in mentem venit λακεῖς, quod de *sono* vocis intelligendum esset.

v. 8. *ἀδέα χαίταν.* Forma *ἀδέα* satis defenditur loco Hom. Il. Z. 291. *εὐρέα πόντον.* Conf. Matth. Gr. Gr. §. 119. not. 2. eandemque etiam genere fœminino usurpari posse docet *ἡδὺς ἀϋτμὴ* in Odyss. M. 369. Conf. Matth. Gr. Gr. §. 119. not. 4. et Schaeferum in Addendis ad Choerili reliquias edit. a Naekio, p. 267. (KIESSLING.) Pro nominativo etiam fœminino ponitur *ἀδέα* apud Theocritum, Eid. III. 20. et XXVII. 4. Item *εὐρέα* Eid. VII. 78.

v. 9. *χείλεά τοι νοσέοντι.* Vertit Kiesslingius *labra tibi pallent.* Equidem autem causam nullam video quare rustici præ aliis *χείλεα νοσέοντα* habeant. Rescribe, si mihi obtemperas, *χείλεά τοι νύσσοντι, labra tibi pungunt.* Quæ sententia nimis apud poetas frequentata est, quam ut eam exemplis confirmare opus sit.

v. 11. *τρὶς εἰς ἐὸν ἔπτυσε κόλπον.* Præfiscine factum, sive mali ominis avertendi gratia, ut supra, Eid. VI. 39.

ὡς μὴ βασκανθῶ δὲ, τρὶς ἐμὸν ἔπτυσα κόλπον.

Alio sensu dicit puella, Eid. XXVII. 5.

τὸ στόμα μεν πλύνω, καὶ ἀποπτύω τὸ φίλαμα.

v. 12. *συνεχές.* Al. *συννεχές.* Citat Gaisford. Brunckium ad Apoll. Rhod. I. 1271. In versu sequente pro *μυχθίζοισα*, al. *μυθίζοισα*· pro *λοξὰ βλέποισα*, al. *λοξοβλεποῖσα*· utrumque mendose.

v. 14. *θηλύνετο.* Verbum usurpat Bion, Eid. XV. 18. *καὶ γὰρ ἴσον τήναις θηλύνετο.*

Ibid. *καί τι σεσαρός.* Litera mutata hic quoque legi malim cum T. H. *καί τι σεσαρὸς καὶ σοβαρόν γ' ἐγέλαξεν.* Theocriti Lycidas in Eidyll. VII. 19. dicitur laudabiliter *σεσαρὼς ὄμματι μειδιόωντι.* Quod ibi legitur in Scholiis *οὐκέτι κέχρηται τῇ λέξει*, corrigendum omnino videtur cum Wartono *οὐκ εὖ κέχρηται τῇ λέξει.*——Certe *σεσηρέναι, rictus*, plerumque est vel invidi vel contemptoris, vel animum certe malignum ficto risu celantis. Recte in Aristoph. Pace, v. 619. *ἠγριωμένους ἐπ' ἀλλήλοισι καὶ σεσηρότας*, Schol. ad *σεσηρότας, ἀπὸ τῶν κυνῶν*, inquit, *ἡ μεταφορά· ὅταν γαρ ὀργίζουσι σεσήρασιν ἀλλήλοις.* Egregie Dion. Chrys. p. 16. *ἀντὶ μὲν τοῦ προσφιλοῦς μειδιάματος ταπεινὸν ἐσεσήρει καὶ ὕπουλον.* Sic enim

cum Casaubono legendum. Nonnulla dedit Gataker. in M. Antonin. p. 20. (VALCKENAER.) De voce σεσαρὸς vide quæ notavi ad Eid. VII. 19. Ex eo quod ibi in Scholiis legitur Toupius hoc Eidyllium Theocrito abjudicat. Quod argumentum valde imbecillum esse merito putat Valckenaerius. Stilus tamen, quod fatendum, non est Theocriti. Moscho assignant nonnulli.

v. 16. *φοινίχθην ὑπὸ τῶλγεος.* Figuratius Bion, Eid. I. 35. *ἄνθεα δ' ἐξ ὀδύνης ἐρυθαίνεται·* et Moschus, III. 5.

νῦν ῥόδα φοινίσσεσθε τὰ πένθιμα, νῦν ἀνεμώνα.

v. 22. *ὡς κισσὸς ποτὶ πρέμνον.* Reiskius cum aliis nonnullis verba hæc ad sequentia refert, sed multo melius construuntur cum antecedentibus. Sensus est: *Et grata quædam pulchritudo mihi florebat, sicut hedera ad stirpem arboris floret, densans barbam meam.* Ald. ἐπόκαζεν, quod esset, *in modum velleris densabat.* Equidem olim conjeceram ἐπάνθεεν ἀδὺς ἴουλος, quod jam minus placet. Græfius opinatur locum sic scribendum esse:

καὶ γὰρ ἐμοὶ τοπάροιθεν ἐπάνθεεν ἀδύ τι κάλλος,
χαῖται δ' οἷα σέλινα περὶ κροτάφοισι κέχυντο,
ὡς κισσὸς ποτὶ πρέμνον, ἐμὰν δ' ἐπύκασδον ὑπάναν.

Voces χαῖται οἷα σέλινα interpretatur, *cincinnuli molliter crispati.* At hoc omnino incertum est. Potuit pastor comparare σελίνοις capillos suos, respectu habito vel ad copiam vel ad fragrantiam eorum. Vide Eid. III. 23.

v. 24. *ἐπ' ὀφρύσι.* Valckenaerius in Ed. prima locum ita constituit:

καὶ λευκὸν τὸ μέτωπον· ὑπ' ὀφρύσι λάμπε μελαίναις
ὄμματά μοι.

Atque eam emendationem defendit Harlesius, citans Longum, lib. iv. cap. 13. λάμπουσι δὲ ὑπὸ ταῖς ὀφρύσι οἱ ὀφθαλμοί. Verum non desunt exempla quæ receptæ lectioni ἐπ' ὀφρύσι faveant. Hinc enim Philostratus, lib. ii. Icon. 9. p. 826. αἱ ὀφρύες ὑπο λευκῷ τῷ μετώπῳ μέλαιναι· et Aristænetus, lib. ii. Epist. 21. ὀφρὺς μέλαινα κατὰ λευκοῦ τοῦ μετώπου. Wittenbachius, qui (Epist. Crit. p. 54.) Aristænetum cum Philostrato contulit, hunc nostri locum non memoravit.

v. 25. *ὄμματά μοι γλαυκᾶς.* In primis Edd. legitur ὄμματά μοι χαροπώτερα, omisso γλαυκᾶς. Al. ὄμματά μοι δ'

ἀρ' ἔην. Subaudiri videtur λάμπε. Sed locum corruptum puto. Ad sensum necessaria est conjunctio ἤ· nisi hoc modo sententiam malis constituere;

ὄμματα τῶν γλαυκᾶς χαροπώτερα πολλὸν Ἀθάνας,
τὸ στόμα δ' ἦν πακτᾶς ἁπαλώτερον.

v. 26. ἁπαλώτερον. Vulgo γλυκερώτερον. Valckenaerii conjecturam in contextum admisi. Ovid. Met. XIII. 795.

Mollior et cycni plumis et lacte coacto.

Librarii, cum hæc describeret, a priori versu ad alterum aberravit oculus, unde multæ in veteribus libris corruptelæ. Hæc Brunckii est observatio. Confert Schaferus Longum, p. 16. χείλη μὲν ῥόδων ἁπαλώτερα, καὶ στόμα κηρίων γλυκύτερον.

Ibid. ἐκ στομάτων δέ. An dixerint poetæ στόματα pro singulari στόμα mihi non compertum est. Si quid mutandum esset legere non pigeret ἐκ στομάχω δὲ, *e gutture*, (is enim est sensus vocis στόμαχος,) unde vocis sonus procedit. Æschylus in loco a nobis emendato: (Agam. v. 317.)

Οἱ μὲν γὰρ ἀμφὶ σώμασιν πεπτωκότες
παιδῶν, κασιγνήτων τε, καὶ φυταλμίων
ἀνδρῶν γερόντων, οὐκέτ' ἐξ ἐλευθέρου
δέρης ἀποιμώζουσι φιλτάτων μόρον.

Vulgo ibi legitur,

ἀνδρῶν, κασιγνήτων τε, καὶ φυταλμίων
παῖδες γερόντων.

v. 27. γλυκερωτέρα ἢ μελικήρω. Nonnullis placet ἢ μελίκηρον. Mihi servandum videtur ἢ μελικήρω. Post comparativa sic interdum ἢ πλεονάζειν Stephanus jam observavit in Append. Thes. p. 28. De hoc scribendi more dedit nonnulla G. Koenius in Gregor. de Dialect. p. 37. (VALCKENAER.) Dixi supra ad Eid. XV. 37. me de hac structura dubitare. Exemplis ibi sub examen vocatis add. Xenoph. Hist. Gr. III. p. 490. ἔνθα ἦν λίμνη πλέον ἢ σταδίου. Subaudi μέτρον. Ad lectionem quam exhibui ἢ μέλι κηρῷ confirmandum citat Toupius Mosch. Eid. III. 38.

μάλων οὐκ ἔῤῥευσε καλὸν γλάγος, οὐ μέλι σίμβλων,
κάτθανε δ' ἐν κηρῷ λυπεύμενον.

v. 29. *κἠν πλαγιαύλῳ.* Al. *πᾶσι αὔλῳ· παγιαύλῳ· πλασιαύλῳ· πανναύλῳ· παναύλῳ.* Πλαγιαύλῳ verum esse constat ex Bione, Eid. III. 7. *ὡς εὗρε πλαγίαυλον ὁ Πάν.* Vitiosæ lectiones *πανναύλῳ* et *παναύλῳ* verbis *Πανὸς αὔλῳ* margini pro glossa adscriptis deberi videntur. Vertit Trimaninus, et *Panis tibia.* Reiskius conjecit *τανυαύλῳ*, Wartonus *πλατυαύλῳ.* Infra, pro *καλόν με κατ' ὥρεα*, legit Brunckius *με καλὸν κατὰ τῶρεα.*

v. 31. *οὐκ ἐφίλασεν.* Ita edidit Wintertonus. Ego autem malim cum Hemsterhusio et Brunckio legere *οὔ μ' ἐφίλασεν.* Vulgo,

καὶ πᾶσαί με φιλεῦντι· τὰ δ' ἀστικὰ μ' οὐκ ἐφίλασεν.

v. 33. *ὡς καλὸς Διόνυσος.* "Nihil usquam tale de Baccho memini legisse. Narratur quidem apud Athenæum Adonidem a Baccho adamatum esse; et apud Plutarchum, in Symposio,

εἰδὼς θεῖον Ἄδωνιν ὀρειφοίτης Διόνυσος
ἥρπασεν, ἡγαθέην Κύπριν ἐποιχόμενος.

Sed de vitulorum pastione ne verbum quidem. Contra de Apolline Admeti tauros pascente fabula cui non nota? Adeo ut jure aliquis miretur tale exemplum a poeta prætermissum esse. Sed non, ut puto, prætermissum est. Restituo levi mutatione,

ὡς καλὸς Διὸς υἱὸς ἐπ' ἄγκεσι πόρτιν ἐλαύνει.

Διὸς υἱὸς est Apollo, cui Epitheton *καλὸς* optime convenit. Call. H. in Apoll. *καὶ μὲν ἀεὶ καλὸς, καὶ ἀεὶ νέος.*" Hæc multis abhinc annis super hoc loco scripseram, quæ nunc attentius sententiam consideranti minus satisfaciunt. Non enim taurorum hic mentio fit, sed unius tantum juvencæ. Quare versum aliis interpretandum relinquo. Pro *ἐπ' ἄγκεσι*, Brunckius dedit *ἐν*, quod et in uno Cod. exhibetur. Legit Græfius,

ὡς ὁ καλὸς Διόνυσος ἐπ' ἄγκεσι πόρτιν ἔλαυνε·

Atque hoc imperfectum, cum præsens neque sequentibus conveniat neque cæteræ rei, ascivit Kiesslingius.

v. 34. *οὐκ ἔγνω δ'.* Contulit Wartonus Longum, lib. iv. *εἰ δὲ νέμοντος ἠράσθην, θεοὺς ἐμιμησάμην. Βουκόλος ἦν Ἀγχίσης, καὶ ἔσχεν αὐτὸν Ἀφροδίτη· αἶγας ἔνεμε Βράγχιος,*

καὶ Ἀπόλλων αὐτὸν ἐφίλησε· ποιμὴν ἦν Γανυμήδης, καὶ αὐτὸν ὁ Ζεὺς ἥρπασε. Citavit etiam Nonni locum, Dionys. XV. p. 280, manifesto hinc expressum, quem tamen ut longiorem prætermitto. Infra, pro αὐτὸν, legendum videtur κ' αὐτὸν Ἄδωνιν· *neque Anchisen solum, sed etiam Adonidem.*

v. 39. Λάτμιον ἀννάπος ἦλθε. Al. Λάτμιον αἶπος ἀνῆλθε. Dicitur ἀννάπος, ut ἀμπέδιον, ἀμπέλαγος, ἀννείμη, &c. Huc citat Kiesslingius Ovid. Trist. II. 299.

In Venere Anchises, in Luna Latmius heros,
In Cerere Jasion qui referatur erit.

Ibid. καὶ εἰς ἕνα παιδὶ κάθευδε. Ad hujus loci interpretationem viri docti majorem conatum attulerunt quam successum. Romana editio perspicue habet καὶ εἰς ἐμά· ex qua, parva mutatione scribendum est εἰς ἅμα. Quod non intellexerunt Editores. Εἰς ἅμα dicitur ut εἰς ἅλις et εἰς τρὶς, in quibus omnibus τὸ εἰς περιττεύει, et manifesto abundat. In Pharmaceutria,

ἐς τρὶς ἀποσπένδω, καὶ τρὶς τάδε, πότνια, φωνῶ.

Eid. XXV. 15. εἰς ἅλις.

——— ἐπεὶ μελιηδέα ποίην
λειμῶνές τε φέρουσιν ὑπόδροσοι, εἰαμεναί τε
εἰς ἅλις.

Sicut εἰς τρὶς, itaque εἰς ἅμα· εἰς ἅμα τῷ παιδὶ καθεύδειν, *una* nimirum, *simulque cum puero dormire.* Brodæus emendabat εἰς στόμα. (Heinsius.) Legebat Scaliger εἰς ἓν, quod Schottus etiam profert ex Cod. Toletano. Reiskius εἰς ὁμά· i. e. τὰ αὐτὰ, scil. λέκτρα vel ἤθη. Valckenaerius conjecturæ Reiskii patrocinatur εἰς ἅμα, quomodo et συνάμα per Pleonasmum dicitur Eid. XXV. 126. Potuisset etiam citare Posidippum, Epig. 1.

Ναὶ, ναὶ, βάλλετ' Ἔρωτες· ἐγὼ σκοπὸς εἰς ἅμα πολλοῖς
κεῖμαι.

Huschke in Analect. Crit. p. 353, vulgatum revocat, conferens Meleagr. Epig. 128. ad finem,

χαῖρε καὶ ἐν φθιμένοισιν, ἐπεὶ καὶ Μοῦσαν Ἔρωτι,
καὶ Χάριτες Σοφίᾳ εἰς μίαν ἡρμόσαο.

Sed iste locus ab Editore clarissimo, Brunckium dico, male

habitus fuit, siquidem is, quod affirmat Huschkius, Planudis lectionem *σοφίαν εἰς μίαν* ex ingenio ita immutaverit. Loci probe constituti constructio est *ἐπεὶ καὶ Μοῦσαν καὶ Χαρίτας ἠρμόσαο Ἔρωτι εἰς μίαν σοφίαν*. Hanc de Endymione historiam tangit Nonnus alio item loco. Lib. xlviii. p. 848.

Ὅττι βόων ἀγελῆς μεμελημένον ἔσχε καὶ αὐτὴ
Λάτμιον Ἐνδυμίωνα βόων ἐλάτειρα Σελήνη.

Huc alludit etiam Catullus, Com. Berenic. v. 5.

Ut Triviam furtim sub Latmia saxa relegans
Dulcis amor gyro devocet aerio.

Pro *κάθευδε*, Schaferus *καθεῦδε*, citatis Grammaticis ad Homer. Il. I. 611.

v. 40. *τὸν βωκόλον*. *Et tu, O Cybele, Atyos bubulci fatum deploras.*

v. 41. *ὄρνις ἐπλάγχθης*. Citat Dahlius Alcæum, Ep. 3.

μηδέ μοι οἰνοχόον κυλίκων σέθεν αἰετὸς ἀρθεὶς
μάρψαις ἀντὶ καλοῦ, κοίρανε, Δαρδανίδου.

Et Propert. II. 23. 20.

Denique ut ad Trojæ tecta volarit avis.

Neque aliter locutus est Anacreon, Carm. XX. de Progne; *καὶ παῖς ποτ' ὄρνις ἔπτη Πανδίονος χελιδών*. Al. *αὐτὸς· αἰετὸς· αἰτὸς ἐπλάγχθης*. Conjicit Gaisfordius in quodam exemplari scriptum *ὄρνις* cum gl. *αἰετὸς*, hoc postea a librariis in *αὐτὸς* vel *αἰτὸς* corruptum, veræ lectionis sedem tandem occupasse. Quæ quidem observatio mihi in mentem revocavit Horatii locum haud alio modo, ut opinor, corruptum. In editionibus fere omnibus hodiernis legitur, Epist. I. 7. 29.

Forte per angustam tenuis nitedula rimam
Repserat in cumeram frumenti.

Nimirum viri docti, Bentleium secuti, absurdam Codicum lectionem *vulpecula* merito exulare jusserunt, et ex ejus emendatione vocem *nitedula* ut meliorem saltem sensum præbentem in contextum admiserunt. At qua ratione *nitedula* in *vulpeculam* abierit, qui fons et origo corruptelæ, ne ipse quidem Bentleius, quantum memini, ostendere conatus est. Mihi succurrit scripsisse

Poetam *murecula*, diminutivo usum a vetere nominativo *mures* pro *mus* formato, eodem modo quo *vulpecula* fit a *vulpes*, et proinde scriptum in quodam exemplari *murecula* cum nota margini adscripta "ut vulpecula;" hoc autem, ipsa voce *murecula* casu quodam erasa, aut indiligentius exarata, male perito librario fraudi fuisse.

v. 44. *μηκέτι μηδὲ σὺ, Κύπρι.* Hæc videntur duobus modis accipi posse; vel enim ipsi Veneri iratus Amator iste rusticus malum imprecatur: qui fuit veterum contemptus suorum numinum: vel, quod potius putem, *Κύπρις* hic est Eunica;— quasi diceret, "tu quæ altera tibi Venus videris." (CASAUBON.) Allusio est ad Veneris et Adonidis amores, et *μήτε κατ' ἄστυ* intelligendum de Adoniorum festo. "Non itaque Venus dulcem tuum amasium osculere amplius, nec in urbe nec in montibus; solaque dormias, siquidem indecorus est bubulci amor." Nisi hic est horum versuum, qui sinceri et incorrupti videntur, verus sensus, quid iis significare voluerit Poeta, Œdipus dixerit: Is mihi non videtur Casaubonus. Sic Bion. in Epit. Adon. 36. *ἀ δὲ Κυθήρα πάντας ἀνὰ κναμωὺς καὶ ἀνὰ πτόλιν οἰκτρὸν ἀείδει.* (BRNNCK.) Bionis locum in hac editione aliter scriptum reperiet lector. Et tamen Brunckii interpretationem hic mihi satisfacere fateor. Solum moneo quod *ἀδέα* in *ἄλικα* mutatum vellem. Vide quæ notavi supra, ad Eid. XV. 129.

v. 45. *μώνη.* Dores non *μῶνος* sed *μοῦνος* dixisse putat Valckenaerius. Aliter Brunckius, qui *μῶνος* ex analogia defendit.

EIDYLLIUM XXI.

V. 1. *Διόφαντε.* Amicum quendam ita nominatum compellat poeta, ut alibi Aratum atque Niciam. Wartonus qui hoc Eidyllium Theocrito abjudicat, nihilominus in Eid. VIII. vers. 2. non obniti videtur Piersoni conjecturæ pro *ὡς φαντὶ* legentis ex hoc loco *Διόφαντε.*

v. 2. *εὕδειν.* Brunckius *εὕδεν*, probante Valckenaerio.

Sed ea non videtur esse Infinitivi modi forma in hoc Eidyllio. Vide vv. 23, 29, 37, et 60.

v. 3. *κἂν ὀλίγον.* Ego distinctionem sic mutavi ut comma retraherem ad *ἐπιψαύσῃσι*, quod verbum genitivum videtur potius quam accusativum amare. *Ἐπιψαύειν τῆς νυκτὸς ὀλίγον*, id est, *κατ' ὀλίγον*, est *noctem*, seu *quietem nocturnam*, *delibare*, *extremis quasi digitis attingere.* Tum *θορυβεῦσιν τὸν ὕπνον αἰφνίδιον*, id est, *ἐξαίφνης*, *repente interpellant somnum.* (REISKE.) Quum sermo sit de brevitate somni, non, quæ est opinio Reiskii, de parte noctis exigua, atque *ἐπιψαύειν* non solum genitivo sed etiam accusativo jungatur, ut Stroth. qui quidem interpunctionem laudat, et Zeune ex Oppiano, Halieut. IV. 512. et Orphei Lapid. v. 36. ostenderunt, comma quod Reiske post *ἐπιψαύσῃσι* posuit delevi, et in fine versus cum reliquis Editoribus reposui. Sensus est, *cum quis per exiguam noctis tempus somno frui cœperit, subito superveniunt urgentque curæ, et turbant scilicet somnum, aut dormientem.* Cæterum Zeune bene comparat Homer. Odyss. T. 515. sqq. tanquam fundum sententiæ Theocriteæ:

αὐτὰρ ἐπὴν νὺξ ἔλθῃ, ἕλῃσί τε κοῖτος ἅπαντας,
κεῖμαι ἐνὶ λέκτρῳ, πύκιναὶ δέ μοι ἀμφ' ἀδινὸν κῆρ
ὀξεῖαι μελεδῶναι ὀδυρομένην ἐρέθουσιν.

Hæc ex Harlesio. Ego autem ad Reiskii et Valckenaerii sententiam repræsentavi. Et sic pridem distinxerat Junta. Sed suspicor mendam subesse. Pro *ἐπιψαύσῃσι* legitur in Codd. *ἐπιβησείεισι· ἐπιβησέησι· ἐπιβάσῃσι.* Pro *ἐφιστάμεναι*, (al. *ἐπιστάμεναι*) non spernendam lectionem ex annotatore Vimariensi attulit Reiskius *ἐφιπτάμεναι.* Quod ad sensum attinet, non male legeremus,

κἂν ὀλίγον νυκτός τις ἐπισχήσῃσι τὸν ὕπνον,
αἰφνίδιον θορυβεῦσιν ἐφιπτάμεναι μελεδῶναι.

Si quis in exiguum tempus noctu somnum sistat, subito turbant involantes curæ. Homerus. Batrachom. v. 187.

——— *ἀλλά με πρώην*
ἐκ πολέμου ἀνιοῦσαν, ἐπεὶ λίην ἐκοπώθην,
ὕπνου δευομένην οὐκ εἴασαν θορυβοῦντες
οὐδ' ὀλίγον καταμῦσαι.

v. 6. *ἰχθύος ἀγρευτῆρες.* Neminem Editorum, quod sciam, offendit Genitivus singularis *ἰχθύος* pro *ἰχθύων* positus. Locum defendit Wartonus, citans Spanhemium ad Call. p. 33. Alii conferunt Nostrum Eid. XVI. 72.

πολλοὶ κινήσουσιν ἔτι τροχὸν ἅρματος ἵπποι,

pro *τροχοὺς ἁρμάτων.* Equidem igitur tot doctorum virorum sententiis non repugnabo. Solum lectores monebo, si cui displiceat phrasis ista, legi posse *ἰχθυοθηρητῆρες.* Usurpatur vox ab Apollonide, Epig. 23.

Ἰχθυοθηρητῆρα Μενέστρατον ὤλεσεν ἀγρη.

v. 7. *βρύον.* Βρύον hic intelligitur *θαλάσσιον, muscus marinus,* i. e. *fucus.* Conf. Bodæum ad Theophrast. p. 411. (SCHREBER.)

Ibid. *ὑπὸ πλεκταῖς καλύβαισι.* Intelligit Wartonus *καλυβὴν σχοινίτιδα tuguriolum junceum,* quale memoratur a Leonida Tarentino, (Epig. 91.) Theridis piscatoris. At monet Ahlwardtus tale tuguriolum non habere *τοίχους φυλλίνους,* atque explicat *tugurium sarmentis frondosis contextum.*

v. 8. *κεκλιμένοι τοίχῳ.* Sic Strato, Epig. 55. Τῷ τοίχῳ κέκλικας τὴν ὀσφύα. l. ὀσφύν.

v. 9. *τὰ ταῖν χειροῖν ἀθλήματα.* Poetice dicuntur *utensilia,* sive instrumenta piscationis. (HARLES.)

v. 10. *τοὶ κάλαμοι.* Quos vocavit Theocritus *καλάμους,* seu *perticas piscatorias,* illi dicuntur *δόνακες* ab Oppiano, Halieut. III. 75.

τῶν δ' οἱ μὲν δονάκεσσιν ἀναψάμενοι δολιχοῖσιν
ὁρμιὴν ἵππειον ἐΰπλοκον ἀγρώσσουσιν. (HARLES.)

Ibid. *τὰ φυκιόεντά τε λῆδα.* Lectio neutiquam sollicitanda est. Idem λῆδος, λῆδον, et λήδιον sive λήδιον. Ejus meminere Pollux, Hesychius, Suidas, alii. Etymologus: *Ληδιον· Φιλήμων φησὶ σημαίνειν εὐτελὲς χιτώνιον, ἢ χλανίδα παλαιάν.* Vestem vilem et detritam *λεπτὸν λήδιον* vocat Clearchus Solensis apud Athenæum. Sunt autem *λῆδα φυκιόεντα retia lacera et usu detrita.* "A parcel of old nets." Quæ pars supellectilis piscatoriæ. Dicitur autem *λῆδα φυκιόεντα* ut *χλαίνα λινοῦλκος,*

χιτὼν τριγλοφόρος, et si quæ alia hujusmodi; de quibus Nos in Epist. Crit. p. 106. Sed hæc sant paulo exquisitiora, et non nisi paucis perspecta. (Toup.) De vocis forma non omnis mihi sublata suspicio est. Sincerum est λῆδος, sed nullibi occurrit λῆδον. Quod sæpe factum fuisse constat, hic quoque contigisse credo, transpositas fuisse vocales et scripsisse Theocritum λάδη Dorice pro λήδη. (Brunck.) Putat Ahlwardtus λῆδον (cujus pluralis λῆδα) esse plantam quæ Plinio in H. N. XII. 17. dicitur *lada* et *leda*, atque hodie *Cistus ladaniferus* nuncupatur. Atque, cum ex Oppiano, Halieut. III. 421. sqq. constet veteres plantis quibusdam aliisque rebus tanquam esca ad pisces capiendos usos fuisse, interpretatur τὰ φυκιόεντά τε λῆδα, *escam piscium alga circumvolutam*. Sed quis unquam audivit, Cistum ladaniferum, plantam quam vulgo vocamus "the Gum Cistus," a piscatoribus pro esca adhiberi? Certe esca illa non adeo communis fuit ut pro quolibet escæ genere poneretur. Lego igitur levissima transpositione, et Ahlwardti sententia servata, τὰ φυκιόεντα δελῆτα, *escæ alga circumvoluta*. Δελῆτα pro δελέατα. Hesychius: Δελῆτι, δελέατι. Sic φρητὶ pro φρέατι apud Callimachum, H. in Cer. 16. Apud Oppianum occurrunt δελέεσσιν et δέλετρον. Emendationem nostram probat Kiesslingius. Ald. τελῆγα una voce.

v. 11. ὁρμειάι. Ὁρμειὴν vel ὁρμιὴν ἵππειον memorat Oppianus in loco citato supra ad vocem κάλαμοι. Dicitur etiam ὁρμία penultima brevi. Euripides, Helen. v. 1631.

ἤδη δὲ κάμνονθ' ὁρμιὰν τείνων μέ τις
ἀνείλετ'.

Ibid. κύρτοι τε. Κύρτοι sunt nassæ majores ex viminibus, sc. fruticibus, factæ, quarum structuram Oppian. III. 341. sqq. sic describit:

κύρτον δὲ πλέξαιο περίδρομον ὅττι μέγιστον
τεύχων, ἢ σπάρτοισιν Ἰβηρίσιν ἦε λύγοισιν
ῥάβδους ἀμφιβαλὼν· λευρὴ δέ οἱ εἴσοδος ἔστω,
γαστὴρ τ' εὐρυχανής· δέλεαρ δέ οἱ ἔνδον ἐνείη.

Mox λαβύρινθοι ἐκ σχοίνων, *labyrinthi juncei*, h. e. Ahlwardto interprete, nassæ minores, ex juncis factæ, quæ ut justa curvatura sinuarentur, aliis juncis intexebantur. (Kiessling.)

v. 12. μήρινθοι. *Funiculi*, quorum usus in piscatione varius fuit, et quibus interdum hami majores adligabantur. Oppian. Hal. III. 532. citante Strothio,

ἀλλὰ τὸ μὲν γυμνόν τε καὶ ἄκλοπον ἠώρηται,
μηρίνθου διπλῆσιν ἀκαχμένον ἔμπαλιν αἰχμαῖς.

Item IV. 584.

——— ἀλλ' ἐνέχονται
αὐτῇ μηρίνθῳ περιδινέϊ πεπτηυῖαι. (HARLES.)

Ibid. κῶάς τε. Κῶα pro Κώεα ex Aldina revocavit Reiskius, sed cum pelles in piscatoria supellectili non censeantur, placet Brunckio Strothii conjectura κωπαί τε. Malet Kiesslingius κώπα numero duali. Piscatoria instrumenta qualia hic memorantur, scil. ὁρμιὴν, κύρτους, ἐρετμοὺς, &c., Neptuno (sive Mercurio) dedicat piscator Diophantus apud Leonidam Tarentinum, Ep. 25. ubi nomen Diophantus facit ut suspicer Epigrammatis scriptorem hoc poema in animo habuisse.

Ibid. γέρων. Modus loquendi Theocrito familiaris γέρων λέμβος. Sic in Eidyll. VII. v. 17. dixit γέρων πέπλος. V. 121. σκίλλας γραίας· et XV. 19. γραιᾶν πηρᾶν, sive, ex nostra emendatione, πλευρᾶν. Pro γέρων τ', al. γέρων δ'. Monet autem Harlesius ἐρείσματα eadem esse quæ ab Homero ἔρματα vocantur.

v. 13. φορμὸς βραχύς. Apud Aristophanem, Plut. 542, Paupertati exprobrat Chremylus τὸ, φορμὸν ἔχειν ἀντὶ τάπητος σαπρὸν, ἀντὶ δὲ προσκεφαλαίου λίθον εὐμεγέθη πρὸς τῇ κεφαλῇ.

Ibid. εἵματα, πῖλοι. Ex lectione Aldina εἵματ' ἀπύσοι effingebat Reiskius εἵματα βύσαι, *ad vestes ibi abscondendas*. Al. πύσοι et πύλοι. Genuinum videtur πῖλοι. Pileum piscatoris memorat Philippus, Epig. 5.

καὶ πῖλον ἄμφικρηνον, ὑδατοστέγη.

v. 14. ὁ πᾶς πόρος. Koehleri conjecturam πόρος in contextum admisi, præeuntibus Brunckio et Gaisfordio. Passim commutantur hæ voces. Exemplum præbeat Æschylus, Pers. 758.

——— δέδοικα μὴ πολὺς πλούτου πόρος
οὐμὸς ἀνθρώποις γένηται τοῦ φθάσαντος ἁρπαγή.

Ubi multi MSS. exhibent πόνος, atque ita edidit Blomfieldius. Vide etiam Mosch. Eid. V. 10. Kiesslingius vulgatum tuetur, explicans *id quo labor fit*, ut v. 9. χειροῖν ἀθλήματα.

v. 15. οὐδεὶς δ' οὐ χύτραν εἶχ', οὐ κύνα. Nihil muto. Aristoph. Vesp. 897.

Ποῦ δ' ἔσθ' ὁ διώκων, ὁ Κυδαθηναιεὺς κύων;
Κ. αὖ, αὖ. Β. πάρεστιν ἕτερος οὗτος αὖ Λάβης,
ἀγαθός γ' ὑλακτεῖν, καὶ διαλείχειν τὰς χύτρας.

Ita scribendus iste locus, qui vulgo in metrum peccat. Est autem διαλείχειν τὰς χύτρας, *ollas* sive *patinas lingere*, "to lick the dishes." Quod canum est. Quare recte, opinor, Theocritus, οὐ χύτραν, οὐ κύνα, "neither dog nor dish." Quæ verissima et festivissima lectio. (Toupius in Curis posterioribus.) Quod hodie in Edd. legitur οὐ κύνα, e nescio cujus emendatione est, sed ea pessima. Quid enim, summo jure quærebat Cl. Toupius, (in priore scilicet notarum fasciculo) piscatori cum cane? In toto Oppiani poemate ne minima quidem operæ quam canes piscatoribus præstare possent mentio. Canes ollas libenter lingere sciunt etiam qui non Aristophanem legerunt, sed an inde conficitur pauperes piscatores inutile et famelicum animal alere debuisse? Bona est etiam Scaligeri emendatio, οὐδεὶς δ' οὐ χύτραν εἶχ', οὐ χόα, *ni pot, ni marmite*. Forte scripserat poeta, οὐδεὶς δ' οὐ χύτρον εἶχ, οὐ πόδα, facete pro χυτρόποδα. Χυτρόποδες, *sustentacula ollarum*. (Brunck.) Conjecerat Heinsius οὐδεὶς δ οὐ χύτραν εἶχ', οὔ τινα, id est, οὐδεμίαν χύτραν εἶχε. Brodæus οὐκ ἑνά, ab ἷν, genus mensuræ. Xylander, οὐχ ἕνα, *ne unum quidem*, pro μίαν. Nimis audacter Koehlerus οὐδεὶς δ' οὐ χλανίδ' εἶχ, οὐ ῥήγεα. Græfius, οὐδεὶς δ' οὐ χύτραν εἶχ, οὐ κνῦ. Hesychius: κνῦ, τὸ ἐλάχιστον. Ego vulgatam lectionem, præsertim ut a Toupio explicata est, omnibus conjecturis quæ adhuc a viris doctis excogitatæ fuerunt præferendam puto. Sed ne hæc quidem mihi satisfacit, et præcipue displicet vox οὐδεὶς, ubi de duobus sermo est. Longe aliter, ni fallor, scripsit Theocritus. Legitur in Ed. Ald. ut in Cod. Vat. χύθραν pro χύτραν, unde reponendum suspicor, οὐδὸς δ' οὐχὶ θύραν εἶχ', οὐ κύνα. *Limen autem non portam habuit, non canem.*

Nimirum in tanta rerum omnium inopia ea non necessaria erant. Ovidius, Metam. lib. xii. v. 45, de Famæ domo: *nullis inclusit limina portis.* Et Virgilius Ecl. VIII. v. 107. de cane: *Et Hylax in limine latrat.* Item Antipater Thessalonicensis, Epig. 2.

——— οὐδὲ θυρωρὸς
ἐν ποσὶν, οὐδὲ κύων ἐν προθύροις δέδεται.

v. 16. πάντ' ἐδόκει τήνοις ἄγρα. Vulgo τήνας. Ingeniosa Ahlwardti conjectura quam in contextu exhibui a codice quodam Dorvilliano confirmari videtur. Verum sic, quid fiet de verbis πάντα περισσά; Etenim, quod etiam a Kiesslingio observatum est, non omnia iis supervacanea videbantur, sed ea sola quæ non unice ad pisces capiendos necessaria essent. Mira varietas extat in Aldina,

Πάντ' ἐδόκει τήνας ἄγρα πενία, ἡ σφᾶς ἑταίρους.

Quibus simile quiddam habemus in Codd. nonnullis. Unde mihi in mentem venerat legendum esse

——— τῆνα (vel ταῦτα) περισσὰ·
πάντ' ἐδόκει Πενίας, ἡ σφᾶς ποίησεν ἑταίρους.

Ista supervacanea erant: omnia videbantur Paupertatis esse, *quæ eos fecit sodales.* Rem similiter expressit Addæus, Epig. 5.

Ὁ γριπεὺς Διότιμος, ὁ κύμασιν ὁλκάδα πιστὴν,
κὴν χθονὶ τὴν αὐτὴν οἶκον ἔχων Πενίας.

v. 17. οὐδεὶς δ' ἐν μέσσῳ γείτων. Ἐν μέσῳ αὐτῶν καὶ θαλάσσης.

Ibid. παντᾶ δὲ παρ' αὐτάν. Al. πενία δὲ παρ' αὐτὴν, unde legebat Brunckius πενίᾳ. Duæ prostant Reiskii conjecturæ, legentis πολία δε, (πολιὰ scribi debuisse monet Valckenaerius,) vel,

οὐδεὶς δ' ἐν μέσσῳ γείτων πέλεν· ἀ δὲ παρ' αὐτὰν.

Idem pro θλιβομέναν rescripsit θλιβομένα, *mare sese ingerens velut appressione et connixu quodam, allisum ad mapale, stridebat argutum.*

v. 18. τρυφερὸν. Apud Philippum, Epig. 58, ipsa καλύβη vocatur τρυφερή·

Κλήματι πρὸς τρυφερὴν τεινομένῳ καλύβην.

Ubi frustra est Jacobsius legens τρυφερὸν κάλαμον· τρυφερῇ καλύβῃ est casa palmite circumfuso gestiens, et quasi delicate et superbe se ostentans. Qui sensus vocis τρυφερὸς nescio an non huic Nostri loco possit accommodari, ut intelligantur aquæ maris motu superbo et delicato casulæ affluentes. Vel εἰρωνικῶς hoc dictum puta, conferens ea quæ sequuntur, ver. 34. τί γὰρ ποιεῖν ἂν ἔχοι τις κ. τ. λ. Hanc explicationem viro cuidam docto video placuisse. Musgravius malit τραφερὸν, exprimi putans Homeri κύματα τροφόεντα. Monet Kiesslingius προσένεχε pro Medio hic usurpari, ut νῆχε apud Homerum ε. 399. 439. Minus necessaria igitur nostra emendatio ῥόον εἶχε, aut Wakefieldii προσεναγε, *frangebatur*.

v. 19. οὔπω τὸν μέσατον. Al. κοὔπω. Post οὔπω alibi utitur Theocritus particula καί. Vide Eid. VII. v. 10.

v. 21. σφετέραις φρεσὶν ἤρεθον ᾠδάν. *Animum excitarunt ad canendum*, h. e. *canere cæperunt*. Ἐρεθίζειν sive ἐρέθειν, ut notavit Pauwius ad Anacr. Carm. XXII. v. 5. *irritare* significat, et verbum medium est, quod tam in bonam quam in malam partem accipi potest. Mala ejus significatio frequens est et usu trita; bona secretior et rarior. Utriusque sensus exemplum præbuit Theocritus. Nam in Eidyll. XXII. vers. 2. dixit, φοβερὸν Πολυδεύκεα πὺξ ἐρεθίζειν, *terribilem Pollucem pugilice lacessere*; et in Eidyll. XXIII. vers. 15. ἐρεθίζετο μᾶλλον ἐραστάς, *alliciebatur magis amator*. Ἤρεθον ᾠδὰν hoc loco etiam characterem habet bonum. Consulendus Casaubonus ad Athenæum, p. 590. monente Reiskio. I. H. Vossius pro ᾠδὰν malit αὐδάν. Græfius, σφετέρας φρένας ἤρεθον ᾠδᾷ. Confert Kiesslingius Moschum, Eid. V. 2.

v. 22. ψεύδονται, φίλε. Al. φεύδοντο, φίλε. Codex unus apud Gaisf. exhibet ψεύδοντο, ὦ φίλε. Propter sequens ἔφασκον videtur imperfectum præstare. Lego ψεύδονθ' ὦ φίλε, quod et conjecerat Taylorus, vel ἆ φίλε. Græfio judice recte etiam præsens legitur: *pergunt mentiri* qui hoc *dixerunt*, quamdiu non refutantur.

v. 23. τῷ θέρεος μινύθειν. Non alibi apud Theocritum occurrit verbum μινύθειν, quod ab Homero tam in activo, quam in passivo sensu usurpatur.

Ibid. φέρει Ζεύς. Ζεὺς deest Aldinæ: φέρουσιν duo Codd. apud Gaisf. φέρησιν conjiciebat Reiskius, ut sententia sit, *quando æstas affert dies longos.*

v. 24. ἐσεῖδον. Sæpissime pro εἶδον ponitur; ne quid frustra tentes. (JACOBS.) Ita Eidyll. V. 3. ἐσορῆτε. VIII. 11. ἐσιδεῖν. XI. 28. ἐσιδών. Adde IV. 46. ἐσακούεις. XIII. 61. ἐσακούσας. VII. 88. φωνᾶς εἰσαΐων. (KIESSLING.) Euripides in Hecuba: οὐ γάρ με παρέβα φάσμα μελανόπτερον ἂν ἐσεῖδον.

v. 25. μὴ λαθόμαν. Monet Græfius verba hæc, si per se interrogationem faciant, nullum habere sensum: legendum itaque μὴ λαθόμαν τι τὸ χρῆμα, ad mentem Wartoni. *Numquid oblitus sum quid rei erat?* Bernard Martini conjecit; τί τὸ χρῆμα χρόνου ταὶ νύκτες ἔχοντι, juxta illud Aristophanis, (Nub. 2.) τὸ χρῆμα τῶν νυκτῶν ὅσον; ἀπέραντον· οὐδέποθ' ἡμέρα γενήσεται; Joannes Taylorus τί τὸ σῆμα; quo sensu apud Euripidem Iph. Aul. v. 6. rogat Agamemnon,

Τίς ποτ' ἄρ' ἀστὴρ ὅδε πορθμεύει;

Græfius in fine versus, χρόνον ταὶ νύκτες ἔχοντι; Χρόνος apud Homerum significat *longum tempus.* Odyss. δ. v. 599. σὺ δέ με χρόνον ἐνθάδ' ἐρύκεις. Unde nos suspicati sumus hunc locum ita scribendum esse:

μὴ λαθόμαν τί τὸ χρῆμα; χρόνον μ' αἱ νύκτες ἔχοντι.

Numquid me falsum habuit hæc opinio? Certe tenebræ me diu tenent, sc. ultra quod placet in lecto morantur.

v. 26. Ἀσφαλίων, μέμφῃ. Μέμφομαι pro μάτην μέμφομαι, qui sensus hoc loco requiritur, nemo unquam dixit; quare legebat Heinsius per transpositionem,

αὐτομάτως μέμφῃ τὸ καλὸν θέρος· οὐ γὰρ ὁ καιρὸς,
Ἀσφαλίων, παρέβα τὸν ἐὸν δρόμον·

αὐτομάτως μέμφῃ, *temere et sine causa accusas.* Quem secutus est Valckenaerius. Proprium nomen Ἀσφαλίων habemus apud Homer. Od. δ. 216.

—Ἀσφαλίων δ' ἄρ' ὕδωρ ἐπὶ χεῖρας ἔχευεν,
Ὀτρηρὸς θεράπων Μενελάου κυδαλίμοιο.

Et Macrobius scribit nomen Asphalion, quasi *stabiliens,* Neptuno

inditum. Monet Taylorus Theocritum scribere potuisse, ἀσπαλιεῦ. Oppian. Cyneg. I. 58.

ἄτρομος ἀσπαλιεὺς ἐπεδήσατο δαίδαλον ἰχθύν.

Hesych: Ἀσπαλιεὺς, ἁλιεύς· ἄσπαλος γὰρ ὁ ἰχθύς. Utitur hac voce etiam Nicander. Malit Strothius ἀσχαλόων, vel ἀφραδέων, rejecta Heinsii transpositione, monens αὐτομάτως παρέβα significare *sponte, suo arbitrio transit*, scil. *absolvit*. Emendabat H. Stephanus ἃ φίλε, μὴ μέμφῃ. Verum hoc solœcum esse observavit Porsonus ad Hecubam, v. 1166. recte enim dici μὴ μέμφου, aut μὴ μέμψῃ· non recte dici μὴ μέμφῃ. Male etiam, ni fallor, correxit Koehlerus ἄπφα λίαν· Λίαν enim sonat, non *nimium*, sed *valde*. A literarum ductu nimis longe discessit Bernardus Martinius legens ὥς γ' ἄλιον. Mihi placeret lectio ex hisce ultimis duabus conflata, ἄπφ', ἄλιον μέμφῃ τὸ καλὸν θέρος, *O frater, frustra culpas pulchram æstatem*. Suidas: Ἄπφα, ἀδελφῆς, καὶ ἀδελφοῦ, ὑποκόρισμα. Obiter moneo hanc vocem latere mihi visam esse in venusto Sapphus poematio. Nempe pro vulgatis τίς σ' ὦ Σάπφ' ἀδικήη; ubi merito displicet viris doctis dipthongi οἱ elisio, lego τίς σ' ὤψ, ἄπφ', ἀδικήη; *Quis vultus, quæ facies*, sive *forma, O soror, te lædit?* Exhibet Codex Dorvill. ὤψαφ' ἀδικήη. Aldus, τις σω ψαπφαδίκη.

Ibid. οὐ γὰρ ὁ καιρὸς. Cum interrogatione legit Wartonus, interpretans, *Nonne tempus suo modo sponte progreditur?* Verum docet Kiesslingius παρέβα neque *progreditur* neque *absolvit* significare; potius, *tempus non sponte sua contra leges naturæ extra cursum suum evagatur*.

v. 28. ἀ φροντὶς κόπτοισα. Apollodorus Comicus apud Stobæum, citante Toupio:

τοῖς γὰρ μεριμνῶσίν τε καὶ λυπουμένοις
ἅπασα νὺξ ἔοικε φαίνεσθαι μακρά.

v. 31. μέριζεν. Brunckius dedit μερίζευ· Sed ne sic quidem locus sanus videtur. Nimis abrupta enim esset oratio. Legendum μερίζων, *communicans tecum somnia, sicut et prædam communico*. Minor distinctio ponenda post ἄμοιρον.

v. 32. οὐ γὰρ νικαξῇ. Procul dubio legendum,

ὃς γὰρ ἂν εἰκαξῇ κατὰ τὸν νόον, οὗτος ἄριστος
ἔστιν ὀνειροκρίτας. ὁ διδάσκαλός ἔστι παρ' ᾧ νοῦς.

Manifesto extulit proverbium Græcum, quod Cicero ita vertit,

Qui bene conjecit vatem perhibebo optimum.

Idem vult eadem clausula, ὁ διδάσκαλός ἐστι παρ' ᾧ νοῦς. *Optimus magister*, hoc est, *interpres est, qui mentem bonam gerit.* Alii conjungunt cum superioribus haud malo sensu, sed puto nostro meliore. (SCALIGER.) Νικαξῇ sive νικησῇ pro νικηθησῇ nescio an alibi reperiatur. Verum, uti observavit Dahlius, Scaligeri conjectura adoptata, sequentia ὁ διδάσκαλός ἔστι παρ' ᾧ νοῦς frigidam Tautologiam efficiunt. Jacobsius copulam hoc loco desiderans conjecit ἔστι δ' ἄριστος οὗτος ὀνειροκρίτας. Meliuscule legas,

εὖ γὰρ ἂν εἰκάξαις κατὰ τὸν νόον· οὗτος ἄριστος
ἔστιν ὀνειροκρίτας ὁ διδάσκαλός ἐστι παρ' ᾧ νοῦς,

(Græfius εἰκαξῇς· reliqua, ut nos. Vir iste in easdem mecum conjecturas non raro videtur incidisse.) Æsch. Pers. 222.

Ταῦτα θυμόμαντις ὤν σοι πρευμενῶς παρήνεσα.

Eurip. Helen. 763.

γνώμη δ' ἀρίστη μάντις, ἡ τ' εὐβουλία.

Et alibi, citante Reiskio,

μάντις γ' ἄριστος ὅστις εἰκάζει σαφῶς.

v. 34. ἄλλως καὶ σχολή ἐστι. Bion. VI. 8. λαλέειν γὰρ ἐπέτραπεν ἁ σχολὰ ἄμμιν.

v. 35. κείμενος ἐν φύλλοις ποτὶ κύματι. Ἐν φύλοις Aldina sola. Cæteræ ἐν φύλλοις. Desideratur Epitheton pro κύμασι incipiens ab εὖ. Memini quidem illorum, vers. 8. κεκλιμένοι τοίχῳ τῷ φυλλίνῳ. Nihilominus tamen haud arridet vulgata. Non succurrit nunc melius quam εὐφλοίσβοις ποτὶ κύμασι· Sed et hoc non satisfacit. (REISKE.)

v. 36. ἆσμενος ἐν ῥάμνῳ. Interpres qui ἐν ῥάμνῳ vertit *in frondibus* videtur aliter legisse, et, ut puto, ἐν θάμνῳ. Parva est differentia inter ρ et θ. Certe ῥάμνος est spinæ aculeatæ species non satis ad accubandum aptæ; aptius foret legere θάμνῳ, quæ vox quidem *frondem* non significat, sed pro *surculo* usurpatur. At surculi non sunt sine foliis. (PALMERIUS.)

Aldina ἄλονος ἐν ῥάμῳ. Vimar. etiam ῥάμῳ a Florentina enotavit, unde effeci αἰόνος ἐν ψάμμῳ, *dormire nesciens in arena litoris*. Illud αἰόνος pro trisyllabo pronuntiatur, ac si esset ᾠόνος, ut quidam exarare amant. (Vide Eid. XVI. v. 60. Ed.) ρ et φ et ψ in vetustis libris sæpe permutantur, et solet ψάμος perinde simplici atque duplici μ exarari. (Reiske.) Mihi consideranti varietatem lectionis videtur non incommode legi: μηδὲ καθεύδων ἄλλυχνος ἐν ῥάγμῳ, pro ἐν ῥηγμῖνι. Ita deinceps Prytanei lychnus non nimis abrupte commemoratur. (Kiessl.) Dahlio bene explicari posse videtur lectio vulgata, quam vertit, *Neque dormiens cum voluptate in fruticibus spinosis*. Mihi vox ἄσμενος efficere videtur sensum contrarium ei quem hic exprimere voluit poeta. Certe qui inter tot incommoditates dormire posset propterea lætissimus esse deberet. Locum autem omnino sic velim refingere;

——— τί γὰρ ποιεῖν ἂν ἔχοι τις,
κείμενος αἰρομένῳ ποτὶ κύματι, μηδὲ καθεύδων,
ᾠόνος ἐν φύλλοις;

Quid enim faciat aliquis jacens juxta pontum se attollentem, neque dormiens, in litoris foliis? Ἀόνος φύλλα sunt herbæ maritimæ folia quam supra vocavit βρύον ἀνον. Ἀειρόμενον κῦμα dicitur apud Homerum, Il. Φ. 326.

πορφύρεον δ' ἄρα κῦμα διϊπετέος ποταμοῖο
ἵστατ' ἀειρόμενον.

Ibid. τὸ δὲ λύχνιον ἐν πρυτανείῳ. Vox φαντὶ proverbium aut scomma populare indicare videtur. Confer Eid. XIV. 51. sed id quo pertinere possit nescio, nisi forte mos erat ἐνέχυρα quæ creditor ex debitoris domo auferebat (vid. Schol. ad Aristoph. Nub. vers. 240.) in Prytaneum deferre. Tum enim facilis et hujus et præcedentis versus interpretatio. Dicet utique piscator, lampadem sibi cum reliqua supellectile in Prytaneum migrasse; ibi enim, quod aiunt, prædam nunquam deficere. (Musgrave.) Equidem cum Valckenaerio aliisque locum ut sanum tueor, cujus sententiam hoc modo expediendam esse censeo: Piscator alter alteri dixerat: exponam tibi somnium meum, quia otium nobis est, neque piscari possumus: nam primum jacemus hic in cubili nostro ad fluctus marinos; dein propter substratos frutices asperos non possumus suavem som-

num capere; denique nox est, nec in nostra paupertate habemus oleum, cujus in Prytaneo per largos et certos reditus semper copia suppetit; neque igitur habemus lucem aut lucernam, cujus beneficio piscemur. In Prytaneo Atheniensi super aram Vestæ inextinctus alebatur ignis. Etiam Syracusis et in aliis Græciæ urbibus fuerunt Prytanea cum lucerna ardenti et igni Vestæ perpetuo. Etiam fingere possumus, aut piscatores haud procul abfuisse Syracusis, et vidisse noctu Prytanei lucernam ignemque ardentem; aut statuere, formulam illam in sermone familiari pro proverbio usurpatam fuisse. Nobis igitur pauperibus, ait, non suppetit oleum, aut flamma lucis, qua noctu ad piscandum utamur; sed noctis obscuritas est, nec opportunitas piscandi. Nec mirum ibi perpetuo lucere; nam illud Prytaneum dicitur habere satis redituum unde oleum coemat. (HARLES.) Locum ita explicat Casaubonus: "Jam vero cur de victu simus solliciti causa non est: certam enim habemus spem nos, cum mane surgemus, aliquid omnino capturos: neque magis defuturam nobis ἄγραν, quam lucernæ quæ in Prytaneo semper ardet, deficit unquam oleum." Villoisonus: "Non magis sopiri possumus quam illa semper vigil nostri Prytanei Syracusani lucerna, quæ semper, quod fama accepi, ἄγραν ἔχει, i. e. perpetuo alimento, oleo semper instituto, suscitatur." Aliter Brunckius, legens, τί δὲ; λύχνιον ἐν Πρυτανείῳ. φαντί γε· καὶεὶ ἄγραν τόδ' ἔχει. Quid nobis deterius fiet, si tempus colloquiis triverimus. Oleum, ut aiunt, in Prytaneo. i. e. ut oleum nunquam in Prytaneo deficit, sic nunquam locus iste sine piscibus est, quos, quando libuerit, capiemus. Strothius: "*Neque nos pauperes tenebras illas pellere possumus, quum* λύχνιον *non habeamus, neque ἄγρα nostra tam frequens et ampla est, ut ad illud comparandum sufficiat; λύχνιον enim incendere divitum et præsertim Prytanei est, cui, ut aiunt, semper facultates magnæ redeunt, ita ut sumptus in* λύχνιον *facile facere possit.* Notum est illud loquendi genus, ut id, quod deesse alicui significare volumus, alteri tribuamus; ut si pauper quis dicat, *vinum habere divitis est*, id idem foret ac si diceret, *meum non est.* Pertinet huc illud effatum Christi, Matth. xi. 8. ἰδοὺ οἱ τὰ μαλακὰ φοροῦντες ἐν τοῖς οἴκοις τῶν βασιλέων εἰσίν· pro οὐκ εἰσὶν ἐν τῇ ἐρήμῳ. Eodem modo τὸ δὲ λύχνιον ἐν πρυτανείῳ, idem est ac τὸ δὲ λύχνιον ἡμῖν οὐκ ἐστίν."

v. 37. *φαντὶ γὰρ αἰὲν ἄγραν τόδ' ἔχειν.* Ald. omittit *αἰέν*. In Flor. est *ἀεὶ* post *ἄγραν*. Ego ex Aldina effeci *ἀγρυπνίαν*; nam aiunt illam (lucernam in Prytaneo ardentem) insomnium vel pervigilium agere, pro salute civium puta. Habet dictio nonnihil proverbiale; propterea *φαντὶ* addidit. (REISKE.) Alterum illud *φαντὶ γὰρ αἰὲν ἄγραν τόδ' ἔχειν* tanquam piscator dicit; piscatori enim *ἄγρα* et *πλοῦτος*, seu potius reditus idem est: *αἰὲν ἄγραν ἔχειν* igitur ex ore piscatoris valet *ὑπερπλουτεῖν*· *τόδ'* denique ad *πρυτάνειον* refero, non ad *λύχνιον*. (STROTH.)

Ibid. *λέγε μοί ποτε νυκτὸς ὄψιν.* Aldus: *λέγεο ποτε νυκτὸς ὄψιν τά τις ἔσσεο δὲ λέγει μάνναν ἑταίρῳ.* Al. *λέγει* pro *λέγε μοι*· item *κοῖ* (sic) pro *μοι*. In altero versiculo unus Codex apud Gaisf. exhibet *λεγειων* pro *λέγων*, literis *εἰ* linea transversa confossis. Ex Aldina lectione Eldikius hæc efformavit:

——— *ἀγε δή ποκα νυκτὸς*
ὄψιν τὰν τὺ ἐσεῖδες ἐμὶν μάνυσον ἑταίρῳ.

Brunckius: *καὶ τί σοι ἐσθλὸν ἄγει μάνυσον ἑταίρῳ.* Ahlwardtus: *τὰν τὺ σεῷ γ' ἔλεγες μάνυεν ἑταίρῳ.* Ego ad hunc modum versus corruptissimos partim saltem restituisse mihi videor:

——— *τὸ δὲ λύχνιον ἐν Πρυτανείῳ·*
φαντὶ γὰρ· αἰὲν ἔχει τόδ' ἐν ἄλγεσι· καί ποτε νυκτὸς
ὄψιν, τάν τις ἐσεῖδε, λέγειν ὤνασεν ἑταίρῳ.

"Lychnus autem est in Prytaneo. Ita enim aiunt. Id est, hoc quod dico semper inter dolores nostros habetur. Dolores nostri non magis deficiunt quam lychnus in Prytaneo. Quin et profuit aliquando noctis phasma quod quis vidit, sodali narrare." Tres rationes affert piscator quare somnium suum cum amico communicet; quod hic ingenio præditus sit, quod otium suppetat, et quod talis communicatio aliis aliquando profuerit. Verba *τί γὰρ ποιῆν ἂν ἔχοι τις* usque ad *ἄλγεσι* parenthetice ponuntur.

v. 39. *δειλινόν.* Monent viri docti reponi posse *δειλινὸς*, *vespertinus obdormivi*, quemadmodum etiam in Eid. VII. 21. *μεσαμέριον* in *μεσαμέριος* mutaverunt nonnulli. Mihi vulgata lectio non displicet. Supple, *κατὰ τὸ δειλινὸν μέρος τῆς*

ἡμέρας. Ita et μεσονύκτιον dixit Noster, Eid. XIII. v. 69. Vel subintelligitur ὕπνον. Vide Bos. Ellips. Phrasis ὕπνος δειελινὸς occurrit apud Paulum Silentiarium, Ep. 12.

Δειελινῷ χαρίεσσα Μενέκρατες ἔκχυτος ὕπνῳ.

Pro κατέδαρθον, al. κατέδραθον, manifesto errore. Utramque formam usurpavit Noster. Vide Eidyll. XVIII. 9. Homerus semper dixit κατέδραθον· Apollonius Rhodius κατέδαρθον, ut et Aristophanes.

v. 40. ἐν ὥρᾳ. Ἐν ὥρᾳ et καθ' ὥραν pro *mature* vel *tempestive* posuit Theocritus. Monet Casaubonus ad Athenæum, lib. iv. cap. 9. idem esse quod Gallorum Idiotismo dicitur *bona hora*, "de bonne heure." Contra παρ' ὥραν, *intempestive*, occurrit infra, Epig. 9. Verum phrasis ἐν ὥρᾳ hoc loco non cum δειπνεῦντες construendum, quod putant Interpretes, sed cum ἐφειδόμεθα· *quoniam cœnantes, si meministi, mature ventri pepercimus.* Philostratus in vita Apollonii, lib. xi. ὥσπερ οἱ παρ' ἡμῖν ἐκ ποτοῦ νύκτωρ τε καὶ οὐκ ἐν ὥρᾳ ἀναλύοντες. Eos festinanter cœnasse intellige, et non luxuriosorum more festum produxisse. Qui mature cœnat minus ventri parcit quam qui sero. Ad rem de qua hic agitur illustrandam egregie facit Artemidorus, Oneirocrit. I. 8. a Toupio citatus: Μηδὲν διαφέρειν νομίζοντες εἰς πρόγνωσιν τὴν νύκτα τῆς ἡμέρας, μήτε τὴν δείλην ἑσπέραν τῆς δείλης πρωΐας, ἐὰν συμμέτρως ἔχων τῆς τροφῆς καθεύδῃ τις, ἐπεὶ αἱ γε ἄμετροι τροφαὶ οὐδὲ πρὸς αὐτῇ τῇ ἕῳ παρέχουσιν ἰδεῖν τὸ ἀληθές. Kiesslingius ἐν ὥρᾳ interpretatur *solito tempore.*

v. 41. εἶδον ἐμαυτὸν ἐν μέτρᾳ μεμαῶτα. Pro εἶδον posses legere εἶχον. Testatur Stephanus fuisse qui pro μεμαῶτα reponendum putarent βεβαῶτα, et se cum iis facere profitetur, ut verba ἐν πέτρᾳ βεβαῶτα per tmesin poni habeantur pro ἐμβεβαῶτα πέτρᾳ. Vulgatum tuetur Kiesslingius, conferens Eid. I. 40. πέτρα ἐφ' ᾗ σπενδων κ. τ. λ.

v. 44. καί τις τῶν τραφερῶν ὠρέξατο. *Alimenta captavit.* Ita interpretor. Eustath. 987. 59. τραφερὴ δὲ ἡ τρέφουσα τὰ κατ' αὐτὴν δηλαδή. Sic et τὰ τραφερὰ de alimento sive omni quod nutrit, hic dici videntur. (TAYLOR.) Alii vertunt. *Et unus ex bene nutritis*, i. e. *grandibus, escam appetivit.* Mihi

legendum videtur κατέσειον ἐδωδὰν ἤ τις τῶν τρυφερῶν ὠρέξατο, sc. αὐτῆς. *Quatiebam escam illa parte ubi aliquis ex delicatis illam appetebat.* Ἤ exhibetur in Aldina, et τρυφερῶν pro τραφερῶν videtur a Vossio conjectum fuisse, qui Theocritum Germanice vertit.

v. 46. πᾶσα κύων ἄρτως μαντεύεται. Ald. ἄρτω· al. ἄρτον. Verbum μαντεύομαι de cane odorem feræ naribus indagante adhibet Nonnus, Dionys. lib. v. p. 152.

πῶς νοερῷ μυκτῆρι παρὰ σφυρὰ φορβάδος ὕλης
θηρὸς ἀσημάντοιο κύων μαντεύεται ὀδμήν.

Verum quis audivit, canes, et quidem omnes canes, de pane somniari. Lucretius de horum animalium somniis disserens hæc habet. Lib. iv. v. 988.

Venantumque canes in molli sæpe quiete
Jactant crura tamen subito, vocesque repente
Mittunt, et crebras redducunt naribus auras,
Ut vestigia si teneant inventa ferarum.
Expergefactique sequuntur inania sæpe
Cervorum simulachra, fugæ quasi dedita cernant,
Donec discussis redeant erroribus ad se.

Sic Petronius, cap. 104.

Et canis in somnis leporis vestigia latrat.

Et Æschylus, Eumen. v. 126.

ὄναρ διώκεις θῆρα, κλαγγαίνεις θ' ἅπερ
κύων μέρμναν οὔποτ' ἐκλιπὼν πόνου.

At de pane ne verbum quidem. Immo hoc cibi genus respuere solent canes, appositis carne aut corio. Quid multa? reponendum opinor πᾶς ἀχὴν ἄρτον μαντεύεται· *Quilibet mendicus panem sibi vaticinatur.* Vox ἀχὴν supra Eidyll. XVI. 33. Theocrito restitutum fuit. Huc respexisse videtur Eustathius de Ismeniæ et Ismenes amoribus, lib. x. p. 369. ὥσπερ γὰρ νοῦς πεινῶντος ἄρτον φαντάζεται, καὶ ὕδωρ ὄνειροι τῷ διψῶντι, οὕτως ἐρώσῃ ψυχῇ πάντα πρὸς ἔρωτα μεταπλάττεται.

Ibid. ἰχθύα κηγών. Sic infra Eid. XXVI. ἰγνύα pro ἰγνὺν ante nostram dant omnes Edd. Monet Schaferus ἰχθύα restituendum esse Bianori Ep. II. v. 2. ex Cod. Vaticano. Sed vulgata lectio bene se habet. Ὀσφύα pro ὀσφὺν legitur apud

Stratonem, sed metro non postulante; item ὀφρύα pro ὀφρύν. Ubicunque hæc forma occurrit mihi persuasum est vitium subesse. Lego utique hoc loco ἰχθύσι κήγών, scil. ἄρτον μαντεύομαι.

v. 48. τῶ χέρε τεινόμενος περὶ κνώδαλον. Ald. τεινόμεναι περικλώμενον εὑρὺν ἀγῶνα. Al. τεινόμενον. Reiskius Aldinam revocavit præterquam in εὗρον, hac sententia; *Ambæ manus contentæ* (aut si θεινόμεναι malumus, *ictæ*) *inveniebant certamen tortuosum*, seu *contentiosum* in quo necesse esset toto corpore contorqueri miris modis; aut etiam *anceps*, plenum aufractuum et recessuum, ut juga montium sinuosa. Zeunius vulgatum retinet, et interpretatur; *Manus extendi, et in bellua tractanda laboravi.* Κνώδαλον belluam aut terrestrem aut marinam potest significare. In Eid. XXIV. 83. denotat *serpentes immanes.* Ego in neutrius horum sententia acquiesco. Τῶ pro τὰ χέρε apud probatos scriptores reperiri non inficias eo, sed est hoc quidem, ut monet Wartonus, ex Attica forma: neque cum ταῖν χειροῖν supra dixerit Theocritus video quare hoc loco genus mutaverit. Quin et abruptior videtur sententia, utpote ἀσυνδέτος. Itaque legendum propono, donec melior scriptio afferatur,

τῷ χέρε τεινόμενος περικείμενον εὗρον ἀγῶνα·

Qua re manus extentas sentiens certamen me circumdans inveni. τῷ pro ὑφ' οὐ. Vel finge τῷ a περικείμενον gubernari, sc. τῷ καλάμῳ.

v. 49. ἀφαυροτέροισι σίδάροις. Vitium in voce σιδάροις non perceperunt Editores, aut perceptum inter majoris momenti corruptelas quibus abundat hoc carmen sicco pede præterire maluerunt. Plurali caret σίδηρος, ut et χρυσὸς, ἄργυρος, atque χαλκός. Legendum succurrit

πῶς μὲν ἕλω μέγαν ἰχθὺν, ἀφαυρότερος δὲ σίδαρος.

Subaudito ἦ. Id est, quomodo magnum caperem piscem, cum tamen exiguus esset hamus. Pro μὲν Reiskio κεν vel μιν legendum videbatur.

v. 50. ἆρ' ἐμὲ νύξεις; Scribendum puto:

τὸν κάλαμον δ' ὑπὸ τῶ κινήματος ἀγκύλον εἶχον
τῷ χέρε, τεινόμενον περικλώμενον. εὗρον ἀγῶνα,
πῶς κεν ἕλω μέγαν ἰχθὺν ἀφαυροτέροισι σιδάροις.

εἶθ' ὑπομιμνάσκων τῶ τρώματος, ἆρ' ἐμὲ νύξεις;
καὶ νύξας, ἐχάλαξα· καὶ οὐ φεύγοντος ἔτεινα.

Hoc dicit: Arundinem manus tenebant motu piscis curvatam, quum inflexa tenderetur. Copula, quæ, si post εἶχον, ut vulgo, interpungitur, abesse non potest, recte abest post εὗρον, quod voce magis intenta pronuntiandum est, quo significetur ὄντως εὗρον. Mimicam orationem, quæ in hoc versu est,

εἶθ' ὑπομιμνάσκων τῶ τρώματος ἆρ' ἐμὲ νύξεις;

parum intellexerunt interpretes. Volebat piscator hoc dicere: hæsitabam quid facerem; inde piscem accepti vulneris admonens, tentabam quid facturus esset. Pro his postremis verbis admodum venuste dicit, ἆρ' ἐμὲ νύξεις; i. e. certe tu me non vulnerabis, sed ego te. Tum pergit καὶ νύξας, ἐχάλαξα, i. e. repente attracta arundine læsi piscem, statimque remisi: quumque ille non fugeret, eduxi eum. Plena oratio esset: motu arundinis pisci vulnus renovans, cogitabam, non tamen illum mihi, sed me illi metuendum esse. (HERMAN.) Equidem venustatem in verbis ἆρ' ἐμὲ νύξεις nullam percipio. Corrigebat Eldikius ἠρέμα νύξας· et νύξας legitur in Cod. Vat. Gerhardius, ob metri rationes:

ναὶ νύξῃ χαλεπῶς· κάρα δ' οὐ φεύγοντος ἔθεινα.

Mihi locus ita refingendus videtur:

εἶθ' ὑπομιμνάσκων τῶ τραύματος ἠρέμα νύξα,
καὶ νύξας ἐχάλαξα, καὶ οὐ φεύγοντ' ἐνέτεινα.

Tum admonens vulneris leniter pupugi, et cum pupugissem laxavi, et non fugientem intendi. Qui hamo et arundine piscantium mos est. In altero versu exhibent Codd. aliqui καὶ νύξεας χαλέξας· item φεύγοντες, pro φεύγοντος· Τρώματος pro τραύματος est in Cod. Vat. Χαλάω de funibus nauticis proprie dicitur. A nostra lectione pautulum discedit Kiesslingius, legens,

εἶθ' ὑπομιμνάσκων τῶ τρώματος ἠρέμα νύξα,
καὶ νύξας ἐχάλαξα, καὶ οὐ φεύγοντος ἔτεινα.

Quumque piscis non fugeret, intendi, scil. τὸν κάλαμον.

v. 52. ἦνυσ' ἰδών. Lego cum Scaligero ἦννσα δ' ὢν τὸν ἄεθλον· ὢν pro οὖν, ut alibi apud Theocritum. Toupius vulgatum defendit, vertens, *Ut piscem vidi certamen illico confeci.* Monet etiam verti posse, *Certamen mihi visus sum confecisse.* Atque hanc explicationem ab ipso posthabitam probaverunt Harlesius et

Kiesslingius. Nempe ἰδὼν referendum esse ad somnium, ut supra, v. 41. εἶδον ἐμαυτὸν—μεμαῶτα. Brunckius κ' ἄννσ ἰδών.

v. 53. πάντοθε τῷ χρυσῷ. Ed. Junt. πάντα τοι χρυσῷ. Al. πάντα τε τῶ. Πάντοθε est ex conjectura Brunckii. Reiske ὁ μετρικώτατος legit πανταχοῖ, quem et secutus est Wartonus. Cæterum non animadverterunt Editores Tautologiam quæ inest verbis χρύσεον ἰχθὺν χρυσῷ πεπυκασμένον. Videndum an corrigi debeat ἀνείλκυσα χερσὶ τὸν ἰχθὺν παντᾶ τοι χρυσῷ πεπυκασμένον. Articulus voci χρύσεον præfixus supervacaneus videtur, ad vocem ἰχθὺν pæne necessarius.

v. 54. μήτι Ποσειδάωνι. Μήτι sensu πευστικῷ, hoc loco poni videtur. *An Neptuno esset dilectus piscis.* Ita apud Eurip. Orest. v. 1417. προσεῖπε δ' ἄλλος ἄλλον, πεσὼν ἐν φόβῳ, μή τις εἴη δόλος· *Allocutus est autem alius alium, incidens in metum,* (sciscitans) *an aliquis esset dolus.* Μήποτε similiter usurpatur infra v. 57. Sic et in N. F. Luc. cap. iii. v. 15. διαλογιζομένων πάντων ἐν ταῖς καρδίαις αὐτῶν περὶ τοῦ Ἰωάννου, μήποτε αὐτὸς εἴη ὁ Χριστός. *Omnibus animo reputantibus de Joanne, num ipse forte esset Christus.*

v. 57. τἀγκίστρια χρυσὸν ἔχοιεν. Al. τὠγκίστρια· item ἔχοντι, et ἔχοισα. Conjecit Brunckius,

μή ποκ' ἀπὸ στόματος τἀγκίστρια χρυσὸν ἔλοιεν.

Sed vocabulum ἀγκίστριον pro ἄγκιστρον nescio an alibi occurrat. Ego illud ex versu superiore, ubi τὠγκίστρῳ legitur, scribentis incuria delapsum puto, scripsisse autem poetam,

μήποτε τῶ στόματος τἀγγάστρια χρυσὸν ἔχοιεν·

Id est, *si forte* (v. notam præcedentem) *non solum externæ, sed etiam interiores partes oris aureæ essent.*

v. 58. καὶ τὸν μὲν πειστῆρσι. Sic in R. Cod. scriptus est hic versus:

αἱ τὸν μὲν πιστεύσασα καλά γε τὸν ἐπήρατον·

Vatic. in coll. Wart. πιστεύσασα καλά γε· τὸν ἠπήρατον. Omnia hæc sensu cassa sunt. Sed inepte hunc versum refinxit Calliergus, aut quisquis est alius cui debetur vulgata lectio. Linea et hamo captus fuerat piscis, et manu in littus adductus,

ibi hamo solutus. Quid iterum necesse est eum adducere, et quidem rudentibus, qui jam in littore humi jacet? Hæc mihi visa sunt adeo absurda ut in textu relinquere nefas duxerim. Si non genuina est saltem minus incommodi habet lectio quam e vestigiis veteris scripturæ erui,

καὶ τῷ μὲν πίσυνος, χαλάσας τὸν ἐπήρατον ἰχθὺν,
ὤμοσα, κ. τ. λ.

in qua, meo judicio nihil desiderandum erit, si pro χαλάσας scripseris ἄρας. *Et hoc auro fretus, sublato, suscepto, hoc amabili pisce, juravi,* &c. (BRUNCK.) Lectio omnino dubia est et incerta. Zeunius pro πειστῆρσι conjecit legendum esse πλεκτῆσι, *retibus*, i. e. sportulis: et interpretatus erat olim Trimaninus, *Et hunc quidem retibus eduxi in continentem*; at puto illum πειστῆρσι legisse. Eldikius:

κ' αὐτόθ' ἐπισπεύσας ἀκάτῳ γ' ἄγον ἠπείρονδε.

Kiesslingius:

καὶ τὸν μὲν πειστῆρα γ' ἀνᾶγον ἐπ' ἠπείροιο.

Atque hunc quidem obsequentem subduxi in continentem. Nos:

καὶ τὸν μὲν πίστευσα γ' ἐπ' ἠπείροιο κρατήσειν·

Et confidebam fore ut hunc in continente possiderem. Similis constructio apud Homerum, Od. φ. 38.

——— τὸ δ' (sc. τόξον) οὔποτε δῖος Ὀδύσσευς
ἐρχόμενος πολέμονδε μελαινάων ἐπὶ νηῶν
ἠρεῖτ'· ἀλλ' αὐτοῦ μνῆμα ξείνοιο φίλοιο
κέσκετ' ἐνὶ μεγάροισι· φόρει δέ μιν ἧς ἐπὶ γαίης.

Diversas Codicum lectiones inspicienti, emendatio nostra, uti spero, non admodum aliena videbitur.

v. 61. ὦ ξένε. Quo jure piscator hic comitem suum in eadem casula degentem, ξένον, i. e. *hospitem*, appellaverit, mihi non liquet. Mallem certe ὦ φίλε, ut supra.

Ibid. λοιπὸν ἔρειδε τὰν γνώμαν. Explicat Zeunius: *Animum qui in dubio est nec scit quid capiat consilii, firma et libera a dubitatione, ut habeat quod certo sequatur sine metu.* Vulgatam interpretationem defendit Kiesslingius citato Jamblicho de Vita Pythag. §. 65. p. 134. καὶ τὸν νοῦν ἐνήρειδε ταῖς μεταρσίαις τοῦ κόσμου συμφωνίαις. Pro ταρβέω Ald. θαῤῥεῖ

v. 63. *καὶ σύ γε μὴ τρέσσῃς.* Καὶ ad aliquid subauditum refertur; *καὶ τοῦτο δράσω, καὶ σύ γε μὴ τρέσῃς.*

v. 64. *εἶδες ἢ εὗρες.* Ed. Flor. *ὡς ἴδες εὗρες.* Forte *οὐδὲ γὰρ ἰχθὺν χρύσεον οὐδεὶς εὗρεν.*

Ibid. *ἴσαι δὲ ψεύδεσιν ὄψεις.* Sic Aristoph. Ορν. 1167.

ἴσα γὰρ ἀληθῶς φαίνεταί μοι ψεύδεσιν.

Sed apud Aldum legitur *εἶσα δ' ἐν ψεύδεσιν*, unde mihi in mentem venerat *ἔα δ' ἐν ψεύδεσιν ὄψεις, visiones autem tuas inter falsa mitte.*

v. 65. *εἰ δ' ὕπαρ, οὐ κνώσσυν.* Corruptissima sunt hæc et nihil liquidi, me judice, præ se ferunt. Εἰ δ' ὕπαρ forte est ex ingenio Calliergi. Vaticanus secundus dat mendose certe *εἶμε γὰρ κνώσσων.* Ex quibus tamen locum ita reficere aggredior, saltem quam proxime fieri potest juxta Codicum auctoritatem.

εἰ μὲν ἄρ' οὐ κνώσσων τά τυ (l. *τυ τὰ*) *χωρία ταῦτα ματεύ-*
ἐλπὶς τῶν ὕπνων· ζάτει τὸν σαρκικὸν ἰχθύν, [σεις,
μὴ σὺ θάνῃς, κ. τ. λ.

Ad laborem hortatur piscator socium suum: " Si tu quidem omissa somnolentia diligenter easdem illas aquas exploraveris, et officium tuum rite feceris, tunc spes erit aliqua somniorum, nec ea prorsus vana futura sunt. Age, ut verus piscator quære carneum piscem, ne forte pereas fame et aureis illis somniis." Salsum quiddam emergit, si *Fames* et *aurea somnia* conjunguntur. Ergo supremum versiculum emenda,

μὴ σὺ θάνῃς λιμῷ καὶ τοῖς χρυσοῖσιν ὀνείροις.

(WARTON.) Corruptissime legit Aldus,

εἴ με γὰρ κνώσσων τοῦτο χωρία ταῦτα μαντεύσεις,
ἐλπὶς τὸν ὕπνον ζατεῖ τὸν σάρκιον ἰχθύν.

Cod. apud Gaisf. *εἴ με εἰ πειρῶς κνώσσων.* Al. *εἰ γάρ με.* Conjiciebat Reiskius:

εἰ μὲν γὰρ κνώσσων κατὰ χωρία ταῦτα ματεύσεις,
ἀλπιστῶν ὕπνων χάτει, τὸν σάρκιον ἰχθύν.

Exponit ille, *χάτει*, i. e. *χήτει, ἐλπιστῶν ὕπνων, desiderio somniorum speratorum;* citans Apoll. Rhod. I. 887. *τὰ δὲ οἱ*

ῥέε δάκρυα χήτει ἰόντος. *Lachrymæ ipsi* (Hypsipylæ) *manabant præ desiderio* (Jasonis) *abeuntis.* Eldikius:

εἶδες γὰρ κνώσσων· τὺ δὲ χωρία ταῦτα ματεύσας,
εὐθὺς ἐὼν ὕπνον, ζάτει τὸν σάρκινον ἰχθύν.

Legit Valckenaerius καὶ τοῖς χρυσοῖσιν ὀνείροις. Comes de Finkenstein: ἐλπίσδων ὕπνῳ. Piscator enim opinans sodalem somnio inductum auratum piscem quæsiturum esse, eum admonet ne carneos pisces negligat. J. H. Vossius:

εἰ μὲν γὰρ κνώσσων τὺ τὰ χωρία ταῦτα ματεύσεις,
ἐλπὶς τῶν ὕπνων.

Bindemannus:

εἰ δ' ὕπαρ, οὐ κνώσσων, κατὰ χωρία ταῦτα ματεύσεις
ἐλπίδα τῶν ὕπνων, ζάτει, κ. τ. λ.

Si tu vigilans in his locis investigabis spem somni, h. e. aureum piscem cujus tibi spes in somniis est excitata. Ego nihil quod satisfaciat extrico, neque unde profluxerit inutilis vox τοῦτο in MSS. prorsus exputare possum. Sensus tale aliquid requirit:

εἰ δ' ὕπαρ, οὐ (vel ὡς) κνώσσων, ἀνὰ χωρία ταῦτα ματεύσεις,
ἐλπὶς τῶνδε πόνων· ζάτει τὸν σάρκινον ἰχθύν,
μὴ σὺ θάνῃς λιμῷ κἄν τοι χρυσέοισιν ὀνείροις.

EIDYLLIUM XXII.

Specimen hoc reputari possit hymnorum quos poeta noster composuisse fertur. Celebris erat ea ætate multumque frequentabatur ab optimis scriptoribus hymnologia. Porro hoc argumentum est pars Historiæ Argonauticæ: quam supra Theocritus attigit in Hyla. (Warton.) Compara Apoll. Rhod. II. ab init. et Valerium Flaccum, Argonaut. IV. 99—334. (Harles.)

V. 1. Ὑμνέομες. Quamvis Theocriti Poematia, et hoc inter cætera a Grammaticis non male appellantur εἰδύλλια, a materiæ varietate ut docet Heinsius, hujus tamen titulus peculiaris esse debet, Εἰς Διοσκούρους Ὕμνος. Sic Scholiastes Aristophanis, Plut. 21. de Lynceo loquitur, οὗ μέμνηται καὶ

Θεόκριτος ἐν τῷ εἰς Διοσκούρους ὕμνῳ. Suidas Poematum Theocriti has species recenset, Βουκόλικα ἔπη, Προιτίδας, Ἐλπίδας, Ὕμνους, Ἡρωΐνας, Ἐπικήδεια μέλη, Ἐλεγείας, Ἐπιγράμματα, Ἰάμβους. Generalem vero illum titulum εἰδύλλια non agnoscit. (TAYLOR.)

v. 2. πὺξ ἐρεθίζεν. Horatius:

Castor gaudet equis, ovo prognatus eodem
Pugnis.

In proximo versiculo pro vulgato μέσοις emendate scriptum est μέσας a Reiskio atque aliis.

v. 4. ἄρσενα τέκνα. Prolem ejusdem fœmineam memorat Agamemnon apud Euripidem, Iph. Aul. v. 49.

Ἐγένοντο Λήδᾳ Θεστιάδι τρεῖς παρθένοι,
Φοίβη, Κλυταιμνήστρα τ' ἐμὴ ξυνάορος,
Ἑλένη τε.

Thestius Ætolus, (τὸν τῶν Πλευρωνίων ἄρχοντα vocat Strabo) Ledæ pater. Apud Ovidium, Metam. lib. viii. Althæa mater Meleagri Thestias vocatur.

v. 6. ἐπὶ ξυροῦ. Bifariam hoc adagium interpretantur. Schol. Homeri ad Il. K. 173. ἐπὶ ξυροῦ ἵσταται ἀκμῆς· ἀντὶ τοῦ τὰ πράγματα ἡμῶν τριχὸς ἤρτηται, ὅ ἔστιν, ἐν ἐσχάτῳ κινδύνῳ ἐστί. Eustathius vero 796. 57. ἐλήφθη δὲ ἡ παροιμία ἐκ τῶν τραυμάτων ἃ τομῆς ἤδη δέονται. (TAYLOR.) Prior explicatio huic loco convenit. Ita Homerus, Il. K. 173.

νῦν γὰρ δὴ πάντεσσιν ἐπὶ ξυροῦ ἵσταται ἀκμῆς,
ἢ μάλα λυγρὸς ὄλεθρος Ἀχαιοῖς, ἠὲ βιῶναι.

Vide Wartonum ad locum. Cæterum pro ἐόντων melius fortasse leges ἰόντων. Ita Soph. Antig. 1009.

φρόνει βεβὼς αὖ νῦν ἐπὶ ξυροῦ τύχης.

v. 7. δύνοντα. Illustrabit ipse Theocritus, sive quisquis fuit auctor Epigrammatis 9.

——— δύσιν δ' ὑπὸ Πλειάδος αὐτὴν
ποντοπορῶν, αὐτῇ Πλειάδι συγκατέδυς.

Ibid. καὶ οὐρανοῦ εἰσανιόντα. Heraclides Sinopensis, Epig. 2.

Λαίλαψ, καὶ μέγα κῦμα, καὶ ἀντολαὶ Ἀρκτούροιο,
καὶ σκότος, Αἰγαίου τ' οἶδμα κακὸν πελάγους,
ταῦθ' ἅμα πάντ' ἐκύκησεν ἐμὴν νέα.

Imo hoc sidere oriente atque occidente pariter sævit mare. Vide Plaut. Rudent. Prolog. v. 60. ubi stella ipsa sic loquens inducitur:

Increpui hybernum, et fluctus novi maritimos.
Nam arcturus signum omnium sum acerrimum;
Vehemens sum exoriens; cum occido, vehementior.

Designantur igitur hoc loco naves quæ tempore intempestivo et periculoso in altum evehuntur. Hemsterhusii emendatio κὰς οὐρανὸν a Valckenaerio et Kiesslingio memorata in metrum peccat.

v. 8. ἄστρα βιαζόμεναι. Mirum est ni corrupta sit vox βιαζόμεναι. Scio quidem illud Apollonianum λαῖτμα βιησάμενοι verti *fluctum eluctati*; quid vero sit ἄστρα βιαζόμεναι prorsus nescio. Latinus Interpres qui vertit *implorantes* videtur legisse βιβαζόμεναι. Sic Hipponax:

ἀλλ' αὐτίκ' ἀλλήλοισιν ἐμβιβάξαντες,

ἀντὶ τοῦ ἐμβοήσαντες ait Etymologus. (TAYLOR.) Docet Toupius ἄστρα βιάζεσθαι esse *navigare invitis astris*. Sic apud Demosthenem νόμους βιάζεσθαι significat *leges violare*.

v. 11. ἐκ πρώραθεν. Vide Matth. Gr. Gr. §. 87. not. Apud Æschylum, Sept. Theb. 1105. legendum puto—ἐκ πρυμνόθεν, sive in sententia Blomfieldii πρέμνοθεν. Ad hunc modum: Ὦ μεγάλαυχοι καὶ φθερσιγενεῖς | Κῆρες Ἐρινύες αἵ τ' Οἰδιπόδα | γένος ὠλέσατ' ἐκ πρέμνοθεν οὕτως. Locum aliter emendabam apud Dawes. Misc. Crit. Ed. Kidd. vid. inf. v. 91.

v. 12. ἐς κοίλαν ἔρριψαν. Sc. τὴν ναῦν. Est vero κοίλη proprie ima pars navigii supra sentinam, in quam qui abscondere se volunt, descendunt. Vide Schaffer de re navali. (HARLES.)

Ibid. τοίχους ἀμφοτέρους. Vide infra, v. 30. et ibi Warton. Oppian. Hal. I. 190.

ἀμφιπερισκαίροντες, εὔζυγον ἅρμα θαλάσσης,
τοίχους τ' ἀμφοτέρους.

Theognis, v. 673.

ἀντλεῖν δ' οὐκ ἐθέλουσιν, ὑπερβάλλει δὲ θάλασσα
ἀμφοτέρων τοίχων.

v. 15. νυκτὸς ἐφερπύσας. "Hoc participium deducunt ex verbo ἐφερπύω, quod nullibi, ut puto, extat. Ἐφερπόζω in aoristo penultimam corripit. Legendum arbitror νυκτὸς ἐφιππεύσας *noctu inequitans*. Eadem metaphora utitur Euripides in Phœnissis, v. 220. Ζεφύρου πνοιαῖς ἱππεύσαντος ἐν οὐρανῷ κάλλιστον κελάδημα." Hæc ego; at jam palmariam judico conjecturam Kiesslingii, legentis νυκτὸς ἐφερποίσας, *nocte ingruente*. Adhuc propius distaret ἐφερπούσας.

v. 17. ὑμεῖς γε. Ita Reiske et Brunck. probante Schafero. Vulgo ὑμεῖς τε. Roganti Apollini apud Lucian. (Deor. Dial. 26.) quid operis faciant Dioscuri, respondet Mercurius, προστέτακται αὐτοῖν ὑπηρετεῖν τῷ Ποσειδῶνι, καὶ καθιππεύειν δεῖ τὸ πέλαγος, καὶ ἄν που ναύτας χειμαζομένους ἴδωσιν, ἐπικαθίσαντας ἐπὶ τὸ πλοῖον, σώζειν τοὺς ἐμπλέοντας.

v. 18. αὐτοῖσιν ναύταισιν. Notissima ellipsis præpositionis σύν. Vide Monk. ad Euripidis Hippolytum, v. 1188, ubi tamen mendæ mihi subolet;

μάρπτει δὲ χερσὶν ἡνίας ἀπ' ἄντυγος,
αὐταῖσιν ἀρβύλαισιν ἁρμόσας πόδα.

Postquam pedem (in curru) *cum calceis defixerat*. Rescribo, αὐταῖς ἐν ἀρβύλαισιν· i. e. *calceatus, ut erat, non ocreatus*.

v. 19. αἶψα δ' ἀπολήγοντ' ἄνεμοι. Quum ea quæ sequuntur verba tempore indefinito posita sint, recte pro ἀπολήγοντ' repositum est ἀπελήγοντ'. Sic autem scribendum erat unico λ. Vide Cl. Ernesti ad Il. O. 31. Apud Apoll. Rhod. in duobus Codicibus, qui nunc penes me sunt, scriptum est, I. 1271.

συνεχέως, ὅτε δ' αὖτε μεταλήγων καμάτοιο. (Brunck.)

Scribas cum duplici an cum simplici λ perinde est, ut mihi quidem videtur. Malim tamen ἀπολήγοντ' tempore præsenti. Quod et Valckenaerio placebat.

Ibid. λιπαρὰ δὲ γαλάνα ἀμπέλαγος. Lucian. Am. 11. τῆς θεοῦ λιπαρᾷ γαλήνῃ πομποστολούσης τὸ σκάφος· ubi

frustra Guieto et Menagio λιπαρὰ pro λιπαρῆς, *assiduus*, vel ex hoc loco positum videtur.

v. 21. ὄνων τ' ἀνὰ μέσσον ἀμαυρὴ φάτνη. *Asellorum præsepe* h. l. intelligitur astrum quod in pectore Cancri apparet: item *nebulosa* dicitur, quamvis non tam stella quam stellarum compages æstimari debeat: duæ autem stellæ quartæ magnitudinis, quibus ex utraque parte præsepe quasi cingitur, Aselli vocantur, quod Liber, Vulcanus et Satyri, asinis insidentes, adversus Gigantes in bellum profecti, eosdem rugitu asinorum territos in fugam præcipites dedisse dicuntur ab Eratosthene apud Hyginum in Poet. Astronomico, II. cap. 23. ubi etiam alia narratur fabulæ origo. (HARLES.)

v. 24. ἱππῆες, κιθαρισταί. Ergo non Castor solum sed et ovo prognatus eodem equis gaudebat. Alcman, alibi a nobis citandus, idem refert. Κάστωρ τε πωλών ταχέων δμητῆρες, ἱππόται σοφοὶ, καὶ Πολυδεύκης κεδνός. Simonides, apud Athenæum, (lib. xv. cap. 26.) sed in loco corrupto, narrat Tyndaridas a Phoebo artem canendi edoctos fuisse. Porro Castoreum dicebatur carmen quoddam ὑπορχηματικὸν, de quo Pind. Pyth. 2. Epod. γ. sed utrum illud a Castore heroe nomen acceperit, incertum est.

v. 25. Πολυδεύκεος ἄρξομ' ἀείδειν. Suspicatur Reiskius aliquid hinc excidisse, vel legendum ἀείδων aut ἀοιδήν. Ald. et Junt. habent ἄρχομ'. Apud Homerum, Od. θ. 499. ita legendum est:

ὣς φάθ', ὁ δ' ἁρμηθεὶς, θεοῦ ἤρχετο, φαῖνε δ' ἀοιδήν.

Vulgo interpungitur ὁ δ' ὁρμηθεὶς θεοῦ, ἤρχετο.

v. 26. ἀμφοτέρως ὑμνέων. *Hymnum de utroque exorsus.*

v. 28. ἀταρτηρὸν. *Sævum.* Hesych. Ἀταρτηροῖς, βλαβεροῖς, ἀτηροῖς. Homerus, Il. A. 223.

Πηλείδης δ' ἐξαῦτις ἀταρτηροῖς ἐπέεσσι
Ἀτρείδην προσέειπε.

v. 29. Βέβρυκας. Theocritus in situ regionis discedit ab Apollonio Rhodio; hic enim Bebryces et Amyci regionem

ponit citra Bosporum in Propontide: ille vero collocat Bebryces ultra Bosporum in Bithyniæ littore, quod Pontus alluit, quod quidem in re tam abscondita et fabulosa non mirandum est. (HARLES.)

v. 30. ἐξ τοίχων. Docet Etymologus, hoc loco citato, ἐξ, non ἐκ, in fine versus etiam ante consonam usurpari.

v. 32. ὑπήνεμον ἀκτήν. Ubi, ut loquitur Homerus, ἐπὶ σκέπας ἦν ἀνέμοιο.

v. 33. πυρεῖα. Sunt instrumenta ex quorum collisione ignis extunditur. Apoll. Rhod. in simili re, I. 1184. τοὶ δ' ἀμφὶ πυρῆια δινεύεσκον· ubi vide Schol. Conf. etiam Sophoclem, Philoct. 36.

v. 34. οἰνωπός. Notante Barnesio ad Eurip. Bacch. 236. significat *subrubicundus*, et est vini et Amethysti Epitheton. Est autem adjectivum duarum terminationum; unde perperam Jacobsius ad Philippum, Epig. 3. membranarum lectionem οἰνωπαῖς revocat. Vide Brunck. ad locum Euripidis modo citatum. Porro nodum in scirpo quærit Jacobsius, quod ad sensum attinet. Al. legitur οἰνοπότης.

v. 35. ἐρημάζεσκον. Aliter Apollonius, II. 10. de Amyco,

Τοῖον δ' ἐν πάντεσσι παρασχεδὸν ἔκφατο μῦθον.

v. 37. εὖρον ἀένναον κράναν. Eustathius ad Dionysium, v. 1055. de hoc loco disserens, aliam lectionem memorat εὖρον δ' ἀέναον κρήνην, quam ego genuinam arbitror. Scribendum,

Κάστωρ δ' αἰολόπωλος, ὁ τ' οἰνωπὸς Πολυδεύκης,
ἄμφω ἐρημάζεσκον, ἀποπλαγχθέντες ἑταίρων,
παντοίην ἐν ὄρει θηεύμενοι ἄγριον ὕλην.
εὖρον δ' ἀέναον κρήνην κ. τ. λ.

Non eo consilio ἐρημάζεσκον Dioscuri ut aquæ fontes rimarentur, quod servile nimirum fuisset, (vide supra Eid. XIII. v. 36. et ibi Not.) sed voluptatis causa, et omnigenam Naturæ faciem in iis locis mirantes. In v. 36. δ' post παντοίαν omittunt tres Codd. apud Gaisf. item Edd. Ald. et Junt. Pessime olim emendabam

εὕροντ' ἀέναον κράναν. Ἐυρίσκομαι voce media, quod ad sensum attinet, diversum est ab εὑρίσκω.

Ibid. ὑπὸ λισσάδι πέτρᾳ. Λισσὰς πέτρα occurrit in loco corrupto apud Æschylum, Ικετ. 801. ἢ λισσὰς αἰχίλιψ ἀπρόσδεικτος, οἰόφρων, κρέμας, γυπιὰς πέτρα. Ubi legendum fortasse ἀπρόστειπτος, *inaccessa*. Οἰόπρων feliciter emendabat Pauwius.

v. 39. λάλλαι. Egregia est Ruhnkenii conjectura pro ἄλλαι. Hesychius: Λάλλας λέγουσι τὰς παραθαλασσίους καὶ παραποταμίους ψήφους. Nihil certius hac emendatione. Jam pridem conjecerant viri docti ἄμμοι, unde sensui saltem satisfieret.

Ibid. κρυστάλλῳ ἠδ ἀργύρῳ. Lucian. Dial. mar. III. 17. τὸ ὕδωρ ἐπιπρέπει ταῖς ψηφίσιν ὅλον ὑπὲρ αὐτῶν φαινόμενον ἀργυροειδές. vid. p. [417].

v. 40. ἐπεφύκεσαν. Plusquam perfectum esse putant pro ἐπεφύκεισαν. Mira sane licentia: et varietas lectionis, πεφήεσαν, πεφύκεσαν, πεφύκασιν, corruptelæ suspicionem excitant. Sed mihi nihil quod satisfaciat in mentem venit. Quod olim conjeceram ἐπεθήλεον nimis a vulgato distat. Si faverent Codices aut Lexica, libenter legerem ἐπεφρίκισαν, a verbo φρικίζω, quod idem significaret ac φρίσσω.

v. 43. ἂν λειμῶνας. Cum non placeret literarum γ et λ concursus, volebam legere ἀλλειμῶνας; sed illud ipsum ἂν λειμῶνας video scriptum apud Pseudo-Homerum, H. in Cer. 175.

ἄλλοντ' ἂν λειμῶνα, κορεσσάμενοι φρένα φορβῇ.

v. 44. ὑπέροπλος. Apollonius, II. 4. appellat ὑπεροπλέστατον ἀνδρῶν.

Ibid. ἐνήμενος. Rarum est verbum ἐνῆμαι, unde ἐνήμενος, neque sensui hujus loci accommodatum. Forte ἀνειμένος, *membra solutus*.

v. 45. τεθλαγμένος. Ex Cod. Vat. enotatum vulgato τεθλασμένος prætulit Valckenaerius. Monet autem Taylorus deformem trucemque hominis vultum asperitate versus quodammodo exprimi.

v. 46. *στήθεα δ' ἐσφαίρωτο.* Valerius Flaccus, IV. 234.

——— *nec plura moratus*
Ingentes humeros spatiosaque pectoris ossa
Protulit, horrendosque toris informibus artus.

Pro *ἐσφαίρωτο* autem Hemsterhusius legendum suspicabatur *ἐσφήκωτο.* Mihi in mentem venerat *ἐστερρῶτο*, a *στερρόω*, *firmo, solidum reddo.*

v. 47. *σφυρήλατος.* Philostratus, Icon. II. 21. de Antæo: *στέρνα καὶ γαστὴρ σφυρήλατα.* Heliodorus de graviter armatis, citante Jacobsio: *σιδηροῦς τις ἀνὴρ φαινόμενος, ἢ καὶ σφυρήλατος ἀνδριὰς κινούμενος.*

v. 49. *ἠΰτε πέτροι ὁλότροχοι.* Vulgo *ἦντε πέτροι ὁλοοίτροχοι* sed *ἦντε* dissyllabum pro *ἠΰτε* nusquam memini legisse. Valckenaerius conjecit *ἠΰτε πέτροι ὁλοίτροχοι.* Ald. *ὁλοότροχοι.* Vox *ὁλότροχος* sonat *rotundus*, *ὁλοότροχος cum pernicie currens*, i. e. saxum ingens.

v. 52. *ἀφημμένον ἐκ ποδεώνων.* Apud Lucian. Bacch. §. 1. describuntur Bacchæ *νεβρίδας ἐνημμέναι* et ejusdem Hercules, §. 1. *καὶ γὰρ τὴν διφθέραν ἐνῆπται τοῦ λέοντος.* Ποδεών explicatur in Porti Lexico, PES A PELLE PENDENS. Sensus est: *pellis leonis ab extremis suspensa erat pedibus.*

v. 54. *χαῖρε ξεῖν', ὅστ' ἔσσί.* Cod. Vat. *χαῖρε ξεῖνος ὅστις ἐσσί.* Ξεῖν' in uno Cod. omittitur. Ὅ τις ἐσσὶ corrigebat Is. Vossius. Ita apud Apoll. Rhod. in eadem historia, lib. ii. v. 22. *μηδ' ἄμμι κακὴν, ὅ τις εὔχεαι εἶναι, φαῖνε βίην.* Similem, ut videtur, corruptelam passus est Homerus, Od. ε. 445. *κλῦθι ἄναξ, ὅστ' ἐσσί·* ubi al. legitur *ὅστις*, unde suspicatur Barnesius veram lectionem esse *ὅ τις.* Verum abruptius æquo proferri videntur verba *τίνες βροτοὶ ὧν ὅδε χῶρος*, præsertim cum nullum responsum iis reddatur. Forte scribendum,

χαῖρε ξεῖν', εἴποις τε τίνες βροτοὶ ὧν ὅδε χῶρος.

v. 55. *χαίρω πως ὅτε τ' ἄνδρας ὁρῶ.* Delevi notam interrogationis ad finem hujus versiculi. Retinent Valckenaerius atque alii, *τ'* in *γ'* mutato. Se gaudere ait Amycus, etiam hospitibus visis, spe novæ victoriæ.

v. 58. ἢ ὑπερόπτης. Sensum hujus versus ex nostra interpretatione pete. Vulgo sine interrogatione legitur. ἠδ' ὑπερόπτης ex conjectura Hemsterhusii edidit Valckenaerius, etiam sine interrogatione.

v. 61. vid. p. [417]

v. 62. οὐδ' ἂν τοῦδε. Τοῦδε pro vulgato τοῦ γε ex Juntina dedit Brunckius, probante Valckenaerio. Cod. Vat. τοῦ τε. An legendum οὐδ' ἄν τ' οὐδὲ πιεῖν ὕδατος, ut τ' sit pro τοι? *ne quidem aquam gustare tu sinas?*

v. 63. ἀνείμενα χείλεα τέρσει. Vox ἀνειμένα significat *soluta* vel *remissa*. Sed rigere siti labra, non molliri solent. Al. scribitur ἀνοιμένα. Lego itaque ἀναίμονα, *exsanguia*, i. e. *pallida*. Τέρσει vertunt *cruciabit*, quasi sit futurum a τείρω. Forte legendum τέρσοι, a τέρσω, *sicco*. Kiesslingius τέρσει vertit *arefaciet*.

v. 64. ἄργυρος, ἢ τίς ὁ μισθός, ἐρεῖς. Corrigebat Wartonus,

ἄργυρον, ἢ τίνα μισθὸν ἐρεῖς, ᾧ κέν σε πίθοιμεν;

qui tamen facilem verborum structuram ne sic quidem lucratus est. Forte,

ἄργυρος, ἢ τίς ὁ μισθὸς, ἐρεῖν ᾧ κέν σε πίθοιμεν;

Argentum ne, an qualis est merces, qua tibi persuadeam ut dicas?

v. 66. ὄμματα δ' ὀρθά. Lego ὄμμα τόδ' ὀρθῶ, i. e. ὀρθώσω, cum interrogatione. *Pugilne an Pancratiastes oculos meos in te figam?* Eurip. Electr. v. 503.

τί δ', ὦ γεραὶε, διάβροχον τόδ' ὄμμ' ἔχεις;

Erat cum hæc aliter explicarem, nempe ut sententiam finiri non sineret Amycus, subjiciens πὺξ διατεινόμενος (ὀρθὰ ὄμματα) μὴ φείδεο σφετέρης τέχνης. Pro ὄμματα alia prostat lectio ἄμματα.

v. 67. σφετέρης μὴ φείδεο τέχνης. Σφέτερος ad secundam personam hic referri existimant, quemadmodum in Eid. XXV. v. 163. ad primam. Vertere tamen posses "*propriæ eorum* (oculorum) *arti ne parcas.*"

v. 68. τίς γὰρ ὅτῳ χεῖρας. Particula γαρ "refertur

ad id quod eleganter reticetur." Quasi dixerit, " Dubito an hoc facere conveniat. Quis enim ille est?" Mutationem τοῦ γὰρ in δ' ἄρ', quod olim placebat, jam minus necessariam puto.

v. 69. ἐγγὺς ὁρᾷς, οὐ γύννις ἐών. Γύννις idem quod γύνις, nempe ἀνδρόγυνος, μαλακός, ut a Suida explicatur. Mira autem hujus versus varietas extat in Aldina:.

ἐγγὺς ὁρᾷς οὐ σύ με ἀμὸς κεκλήσεθ' ὁ πύκτης.

Unde hæc effecit Reiskius:

ἐγγὺς ὁρᾷς οὐ σύ μ' ; Ἄμυκος κεκλήσεθ' ὁ πύκτης·

quasi σὺ ante liquidam produci posset. Et Toupius in hac lectione acquiescit. Equidem olim conjeceram:

ἐγγὺς ὁρᾷς· ὄσσου μ'· Ἀμύκου κεκλήσεθ' ὁ πύκτης;

Prope stantem vides: intuere me: Amyci vocabitur pugil. Sed jam satisfacit vulgatum.

v. 71. σὺ δ' ἐμὸς κεκλήσεαι. Æsch. Pers. 240.

οὔ τινος δοῦλοι κέκληνται φωτὸς, οὐδ' ὑπήκοοι.

Et Eurip Hec. ἐγὼ δ' ἐν ξείνᾳ χθονὶ δὴ κέκλημαι δούλα.

v. 72. ὀρνίχων φοινικολόφων. Æsch. Eumen. 862.

ἐνοικίου δ' ὄρνιθος οὐ λέγω μάχην.

Ὄρνις est *gallus* sive *gallina*; quo sensu apud Aristoph. legitur πότερον ὄρνις ἢ ταὼς;

v. 74. μαχεσσαίμεσθ' ἐπ' ἀέθλῳ. Desiderari videtur particula ἄν. Lego igitur μαχεσσαίμεσθ' ἂν ἐπ' ἄθλῳ. His eadem prope tradunt tres Argonauticorum scriptores. Orpheus, v. 662.

ἔνθ' Ἄμυκος Βεβρύκεσσιν ὑπερφιάλοισιν ἄνασσεν,
ὅστε Πανομφαίου Ζηνὸς θέμιν οὐκ ἀλεγίζων,
ἆθλον ἐπὶ ξείνοισι περικτιόνων ἀνθρώπων,
ὅστις ἐπὶ σταθμοὺς ἦδ' ἀστεμφῆ δόμον ἵξῃ,
θήκατο, πυγμαχίης ὑπερόπλου πειρηθῆναι.

Ap. Rhod. II. 5.

ὅς τ' ἐπὶ καὶ ξείνοισιν ἀεικέα θεσμὸν ἔθηκε,
μή τιν' ἀποστείχειν πρὶν πειρήσασθαι ἑοῖο
πυγμαχίης· πολέας δὲ περικτιόνων ἐδαΐξε.

Valerius Flaccus, IV. 209.

Hic mihi lex, cæstus adversaque tollere contra
Brachia; sic ingens Asiæ plaga, quique per Arcton
Dexter et in lævum Pontus jacet, hæc mea visit
Hospitia: hoc cuncti remeant certamine Reges.

v. 75. κόχλον ἐλών. Eurip. Iph. Taur. 302.

——— ἐξωπλίζετο
κόχλους τε φυσῶν συλλέγων τ' ἐγχωρίους.

Huc etiam citat Toupius Virg. Æn. VI. 171.

Sed tum forte cava dum personat æquora concha
Demens, et cantu vocat in certamina divos.

v. 77. κόχλῳ φυσαθέντος ἀεί. *Cornu continenter inflato.* Vulgo interpungitur post φυσαθέντος, ut ἀεὶ ad κομόωντες referatur; inepte, ut mihi quidem videtur.

v. 78. ὡς δ' αὐτῶς. Id est, ὡσαύτως δέ. V. infra v. 185. Androm. v. 74. ὡς δ' αὐτῶς ἀνήρ, *sic etiam vir.*

v. 80. οἱ δ' ἐπεὶ οὖν. Conferat lector Amyci cum Polluce periculosum certamen apud Apollonium, II. 30. necnon Valerium Flaccum, IV. 245. Apollonio sane auctore suo Flaccum inferiorem censeo: quippe quod Flaccus minus simplex sit, et omnia sublimitatis affectato studio magnificentius efferat, et inflatius. Utroque præstantior Theocritus, quod utroque simplicior. Tantum illi cedit Apollonius, quantum Flaccus Apollonio. (WARTON.)

v. 81. περὶ γυῖα. Γυῖα speciatim sunt corporis extremæ partes, nempe pedes aut manus. Ita apud Homerum,

γυῖα δ' ἔθηκεν ἐλαφρὰ, πόδας καὶ χεῖρας ὕπερθεν.

v. 82. ἐς μέσσον σύναγον. Subauditur, puto, μάχην. Homerus in simili re, alio tamen sensu, Od. Σ. 88. ἐς μέσσον δ' ἄναγον. Confer ibi totum certamen Iri atque Ulyssis. Polybius, XI. 16. 4. citante Kiesslingio: συναγαγὼν ἐκ μεταβολῆς ὁ Φιλοποίμην αὐτῷ.

v. 84. ὀππότερος κατὰ νῶτα. Ita apud Shaksperium, "Love's Labour's Lost." Act. IV. Sc. 3.

Down with them! but be first advised,
In conflict that you get the Sun of them.

v. 86. βάλλετο δ' ἀκτίνεσσιν Ælian. Var. Hist. lib. v. cap. 6. καὶ ὁ μὲν ἥλιος αὐτὸν προσέβαλλε. Confert Jacobsius Nonnum, Dionys. lib. xxxvii. p. 950. Ed. Hanov. qui locus sine dubio ex Theocrito adumbratus fuit.

v. 89. ὀρίνθη δὲ πλέον ἢ πρίν. Val. Flac. IV. 296.

Sævit inops Amycus, nullo discrimine sese
Præcipitans.

v. 90. σὺν δὲ μάχην ἐτίναξε. *Pugnam concussit*, i. e. ipse pugnans, crebrisque ictibus adversarium petens, brachia cæstu induta concussit. (KIESSLING.)

Ibid. νενευκὼς ἐς γαῖαν. Xenophon Ephesius, IV. 5. ὁ μὲν γὰρ περιληψόμενος, καὶ φιλήσων, ὅλος ἐνενεύκει πρὸς αὐτήν. Sed vide infra, v. 203.

v. 91. Βέβρυκες. Hujus vocis quantitatem tribus modis variant poetæ. Penultimam producit Apollonius Rhodius: cujus rei non meminerat vir doctissimus cui Thesauri Morelliani novam editionem debemus.

Ibid. ἐκ δ' ἑτέρωθεν. Contra Ap. Rhod. IV. 1315.

αὐτὰρ ὅγ' εἰς ἑτέρωσε παλιμπετὲς ὄμματ' ἔνεικε.

v. 96. ἄμυσσεν. Ab Hesychio explicatur per ἔξεσεν, ἐσπάραξεν· et ἀμυχὴ, ἐπιπόλαιον ἕλκος. Ab hoc autem verbo nomen suum cepit Amycus. Quod quidem nomen penultimam brevem habet, ut apud Nostrum, ita apud Apollonium. Habet tamen Oppianus Ἀμυκοφόνον Πολυδεύκην, Cyneg. I. 362. ut videas, inquit Wartonus, prosodiam recentioris Hellenismi.

v. 98. πληγαῖς μεθύων. Citavit Wartonus ex Homero, Od. Σ. 239.

ἧσται νευστάζων κεφαλῇ, μεθύοντι ἐοικώς.

Similiter etiam Oppianus, Hal. V. 227. ἐξ ὀδυνάων θὴρ ὁλοὸς μεθύῃ.

v. 101. ἀπεστείνωτο. *Ille autem oculos angustiores*

factos habebat ex tumore genarum. Haud dissimiliter Coluthus Thebanus, v. 332.

πυκνὰ δὲ μυρομένῃς θαλεραὶ μινύθουσιν ὀπωπαί.

Et Nonnus in loco modo citato,

ὀφθαλμοὶ δ' ἑκάτερθεν ἑκοιλαίνοντο προσώπου.

v. 102. ἐτάραξεν. Percutiendo conturbabat, et modo huc, modo illuc propellebat, ictum undique minatus. Al. ἐτίναξεν.

v. 108. ὄλεκον. *Oppugnabant, lædebant,* sive *lædere aut occidere volebant:* quæ vis est temporis imperfecti.

v. 109. ἔξω χεῖρας ἐνώμα αὐχένος. Genuina esse possunt hæcce, quæ tamen mihi videntur obscuriora. Forte legendum εἴσω pro ἔξω, i. e. in pectus et in summos humeros, quæ intra, i. e. infra cervicem sita sunt. Vel legendum *αὐχένα τ', intra pectus et extra, et in cervicem.*

v. 112. σάρκες δ' οἱ μὲν ἰδρῶτι συνίζανον. Ita ex conjectura Reiskii edidit Valckenaerius pro αἱ μέν' perperam, si vera sunt quæ de litera digamma suspicatus sum. Facile reponas σάρκες δ' οἷον ἰδρῶτι συνίζανον. *Caro præ sudore subsidendi speciem præstabat.* Græfius legit μὲν οἱ ἰδρῶτι. Pro μάσσονα γυῖα infra, al. πάσσονα, i. e. παχύτερα, quod mihi melius videtur.

v. 114. χροιῇ δ' ἔτ' ἀμείνω. Ita Valckenaerius, partim ex Cod. Vat. Vulgo καὶ χροιῇ ἀμείνων. Ἀμείνω est ex emendatione Reiskii. Forte χροιῇ δ' ἔχ' ἄμεινον, *et quoad oris colorem melius se habebat.*

v. 115. πῶς γὰρ δή. Melius forte πῶς νῦν δή. Imitatur enim Homerum, Il. B. 484.

ἔσπετε νῦν μοι Μοῦσαι Ὀλύμπια δώματ' ἔχουσαι,
ὑμεῖς γὰρ θεαὶ ἔστε, πάρεστέ τε, ἴστε τε πάντα,
ἡμεῖς δὲ κλέος οἷον ἀκούομεν, οὐδέ τι ἴδμεν.

Unde Virg. Æn. VII. 645.

Et meministis enim, divæ, et memorare potestis. (TAYLOR.)

Malim πῶς τ' ἄρ δή, i. e. πῶς τοι ἄρα.

Ibid. ἀδηφάγον. Οἱ γυμναστικοὶ παρὰ Ἀργείοις οὕτως ἐλέγοντο. Hesych. Voraces enim sunt pugiles. Idem explicat καθεῖλες per κατέλυσας, κατέβαλες, ἀπέκτεινας.

v. 116. σὺ γὰρ οἶσθα· ἐγὼ δ' ἑτέρων ὑποφήτης. Corrigebat Hemsterhusius ἑτέροις. Græfius hiatus vitandi causa οἶσθα in οἶδας mutabat. Sed mihi ne sic quidem locus persanatus videtur. Rescribo,

εἰπὲ θεά, σὺ γὰρ οἶσθ'· ἐγὼ οὐχ' ἕτερ', ὢν δ' ὑποφήτης. κ.τ.λ.

Ita Pindarus, Fragm. 135. Ed. Heyne. μαντεύεο Μοῦσα, προφατεύσω δ' ἐγώ. Et Apoll. Rhod. IV. 1381.

Μουσάων ὅδε μῦθος, ἐγὼ δ' ὑπακουὸς ἀείδω
Πιερίδων.

Item Callim. H. in Dian. 186.

εἰπὲ θεά, σὺ μὲν ἄμμιν, ἐγὼ δ' ἑτέροισιν ἀείσω.

Qui quidem versus Hemsterhusii conjecturam aliquatenus confirmat. Denique citandus erat Butlerus nostras. "Hudibras, Part I. Canto I. vers. 521."

So Phœbus or some friendly Muse
Into small poets song infuse,
Which they at second hand rehearse,
Thro' reed or bag-pipe, verse for verse.

v. 119. vid. p. [417].

v. 120. ἑτέρᾳ δ' ἐπιβαίνων. Male vertit Latinus Interpres, "altera vero subiens;" atque adhuc deterius est, meo quidem judicio, quod legebat Toupius, ἑτέρῳ δ' ἐπιβαίνων,— supplens ποδὶ, et interpretatus, *sinistro pede innitens*. Sine dubio supplendum erat χειρὶ Πολυδεύκεος. Læva Pollucis manu prehensa, jam in dextram ejus vim intendebat Amycus, a dextro latere brachium efferens.

v. 121. ἀπαὶ λαγόνος. Al. ἀπό. Vide supra v. 19. Hanc autem rem ita describit Apoll. Rhod. II. 92.

——— ὁ δ' ἀΐξαντος ὑπέστη
κρᾶτα παρακλίνας, ὤμῳ δ' ἀνεδέξατο πῆχυν
τυτθόν· ὁ δ' ἄγχ' αὐτοιο παρὲκ γόνυ γουνὸς ἀμείβων
κύψε μεταΐγδην, ὑπὲρ οὔατος· ὀστέα δ' εἴσω
ῥῆξεν· ὁ δ' ἀμφ' ὀδύνῃ γνὺξ ἤριπεν· οἱ δ' ἰάχησαν
ἥρωες Μινύαι· τοῦ δ' ἀθρόος ἔκχυτο θυμός.

Ita vero Val. Flaccus, IV. 307.

——jam tempora manant,
Sanguineæque latent aures, vitalia donec
Vincula, qua primo cervix committitur artu,
Solvit dextra Jovis.

v. 126. στόμα τύψε. Al. κόψε. De significationibus vocis πίτυλος consule Lexica; hoc loco est *percussio*, sive *plaga cum sonitu*.

v. 128. συνηλοίησε. *Contrivit, contudit.* Pro συνηλόησε positum suspicatur H. Stephanus. Sophocles ex Amyco apud Athenæum, lib. iii. p. 94. σιαγόνας δὲ δὴ μαλθακὰς τίθησι· ubi malim μαλακάς. Perraro enim apud Tragicos facta narrantur metro Trochaico.

Ibid. πάς δ' ἐπὶ γαῖαν κεῖτ'. Ἐπὶ γαίας, vel γαίᾳ, scribendum putabat Reiskius. Junt. ἐνὶ γαίῃ. Legebam πίπτ' pro κεῖτ', sed forsitan nihil opus. Vide infra, v. 203. Κεῖσθαι εἰς γῆν dixit Xenophon Ephesius lib. i. cap. 10. ubi vide notam Baronis Locellæ. Jungas autem πᾶς ἔκειτο, an πᾶς ἀλλοφρόνεων, parum interest. Apud Æschylum in Prometheo, v. 362. ita scribendum opinor;

Τυφῶνα θοῦρον, πᾶς ὃς ἀντέστη θεοῖς,
σμερδναῖσι γαμφηλαῖσι συρίζων φόνον.

Scil. πᾶς συρίζων. Vulgo πᾶσιν ὃς, adversante metro. Porsonus, ὅστις ἀντέστη.

v. 129. νῖκος ἀπαυδῶν. Debueram vertere *victoriæ renuncians.* Ita scriptum fuit a viris doctis pro vulgatis νεῖκος ἀπαυδῶν, *pugnæ renuncians.*

v. 131. ἀτάσθαλον οὐδὲν ἔρεξας. Ulysses de se apud Homer. Od. Σ. 138.

πολλὰ δ' ἀτάσθαλ' ἔρεξα βίῃ καὶ κάρτεϊ χειρῶν.

v. 132. ὦ πύκτα Πολύδευκες. Emendaveram πύκταν, ὦ Πολύδευκες, vel πύκτας, sed, ut jam video, præter necessitatem. Ultima enim hujus vocativi syllaba, Doribus brevis, aliis Græcis communis fuisse videtur. Posidippus, Epig. 14.

Λύσιππε, πλάστα Σικυώνιε, θαρσαλέη χείρ,
δαῖε τεχνίτα, πῦρ τοι ὁ χαλκὸς ὁρῇ
ὃν κατ' Ἀλεξάνδρου μορφᾶς χέες.

Ibid. ὄμοσσε δέ τοι μέγαν ὅρκον. Homerus, Od. K. 343.

εἰ μή μοι τλαίης γε, θεά, μέγαν ὅρκον ὀμόσσαι,
μή τί μοι αὐτῷ πῆμα κακὸν βουλευσέμεν ἄλλο.

v. 135. καὶ σὺ μὲν ὕμνησαί μοι, ἄναξ. Ὕμνησαι debet esse secunda persona præteriti passivi. Al. καὶ σὲ μὲν ὕμνησ', ὦ φίλ' ἄναξ. Neutra scriptio videtur sincera. Atque olim conjiciebam, καὶ σὺ μὲν ὑμνητός μοι, ἄναξ· sed jam nova subit lectio in qua diversa Codicum vestigia servantur: καὶ σὺ μὲν ὕμνος ἐμοὶ, φίλ' ἄναξ, *et tu quidem, o care Pollux, mihi* factus es *hymnus*. Hinc autem ad Castora transit poeta. Quæ hic fit divisio in vetustis libris non comparet, uti nec in Codd. nonnullis. Reiskio et Wartono quædam videntur intercidisse. vid. p. [417].

v. 138. δοιὰς Λευκίπποιο κόρας. Illas nominat Propertius. I. 11. 15.

Non sic Leucippis succendit Castora Phœbe,
Pollucem cultu non Hilaira soror.

Feruntur fuisse ex Aphydnis civitate Laconica.

v. 139. ὑὶ Ἀφαρῆος. Ap. Rhod. II. 151.

Οἵ τ' Ἀφαρηιάδαι, Λυγκεὺς καὶ ὑπέρβιος Ἴδας.

Dicuntur etiam Ἀφαρητίδαι a Pindaro, Nem. X. 121. a primitivo Ἀφάρης.

v. 141. ἀλλ' ὅτε τύμβον ἵκανον. Cum nostro consentit Pindarus de loco hujus pugnæ, Nem. X. 123. τοὶ δ' ἔναντα στάθεν, τύμβῳ σχεδὸν πατρώῳ. Id vero, a nostro præteritum, docet Lynceum Taygeti juga ascendisse, ut Tyndaridas exploraret; quod et Cypriorum scriptor sic fusius expressit:

——— αἶψα δὲ Λυγκεὺς
Ταΰγετον προσέβαινε ποσὶν ταχέεσσι πεποιθώς.
ἀκρότατον δ' ἀναβὰς διεδέρκετο νῆσον ἅπασαν
Ταναλίδου Πέλοπος· τάχα δ' εἴσιδε κύδιμος ἥρως
ὀφθαλμοῖσιν ἑοῖσιν ἐσω κοίλης δρυὸς ἄμφω,
Κάστορά θ' ἱπποδάμον καὶ ἀεθλοφόρον Πολυδεύκεα.

Versus penultimus sic vulgo circumfertur:

εἰν ὀφθαλμοῖσιν ἐσὼ δρυὸς ἄμφω κοίλης,

Quem e conjectura restitui. Ovidius vero de scena hujus certaminis hæc habet; Fast. V. 707.

Liber ab arboribus locus est, apta area pugnæ.
Constiterant illic: nomen Aphidna loco.

Sic enim ibi legit optimus N. Heinsius. Porro Lycophron ad ripas Cnecei fluvii, postea Œni dicti pugnatum docet. (TAYLOR.)

v. 142. ἄμα. Variant Codd. inter ἄμα et ἄρα. Infra, pro δ' αὖ, al. δ' αρ.

v. 147. ἀμῖν τοι Λεύκιππος. Ald. ἢ ἀμῖν, unde Reiskius dedit ἦ ὑμῖν per interrogationem. Cod. Vat. exhibet κ' ἀμῖν. Docet Harlesius ἔδνον proprie fuisse munus in fidem et pignus amoris a proco sponsæ aut patri sponsæ datum; at notare quoque dotem quam pater dat filiæ nubenti. Inde ἐδνόω *spondeo*, et ἐεδνωτὴς, *socer*.

v. 148. τάσδε πολὺ προτέροις. Al. ταῖσδε vel ταῖς δὲ πολὺ προτέραις. Forte προτέρωσ', i. e. εἰς τοὔμπροσθεν· vel πρότερον· κἀμῖν, sive χἀμῖν γάμος κ.τ.λ. Phrasis ἐν ὅρκῳ idem est quod ὅρκιος. Ita supra ἐν ἑτοίμῳ pro ἑτοῖμον. Homer. Od. X. 464. οὐδέ ποθ' ὑμῖν θυμὸς ἐν εὐφροσύνῃ, i. e. εὔφρων. Moschus, I. 10. ἐν χολᾷ posuit pro χολώδης. Pro ἀμῖν altera Aldina dat ἡμῶν.

v. 150. καὶ ἀλλοτρίοις κτεάτεσσι. Dativi qui in hoc versu continentur sunt instrumentales; sed displicet vox ἀλλοτρίοις, ex præcedente versiculo, ut videtur, huc invectum. Legendum ἄλλοισι. Male hæc versa sunt ab Interprete Latino. Sensus est: *Leucippum muneribus ad alienas nuptias vobis concedendas, deflexistis.* Infra pro τάδ' ἔειπα, al. στὰς ἔειπα. Brunckius, αὐτὸς ἐγὼν στὰς εἶπα.

v. 156. πολλά τοι. Enumerantur omnes Peloponnesi partes. (KIESSLING.)

v. 160. οὔτε φυῆς. Imitari videtur Hesiodum, Ασπ. 88. οὔτε φυὴν ἐναλίγκιοι οὔτε νόημα· ubi tamen Aldina Editio

habet *φρένας*. Apud utrumque poetam *φυὴ* recte refertur ad corpus, sive de statura, sive de specie oris intelligas.

v. 164. *ματρῴϊον αἷμα*. Al. *πατρῴϊον*. *Ματρῴϊον* autem non solum propterea est probandum, quod de paterno genere poeta modo commemoraverat: sed etiam quod secundum quosdam auctores veteres Dioscuri a Calyce, Æoli filia, stemma deducunt; Idas autem et Lynceus filii sunt Apharei, Perieris filii, et pronepotes Æoli. Porro ab avia communi Gorgophone, Persei filia, quæ ex priore marito Periere, Æoli filio, genuit Aphareum, ex posteriore autem Œbalo, Tyndareum patrem Castoris et Pollucis, ortum habuerunt. Alii vero aliter ortum illorum et consanguinitatem enarrare solent. At quis in tanta obscuritate tantoque mythologorum dissensu Lyncei habet oculos? v. Palmer. et Harles. Pro *ἅπαν* ex Codd. recepit Kiesslingius *ἅμα*.

v. 165. *τοῦτον μὲν ἐάσατε*. Suspicor *τούτου μὲν ἐάσατε πρὸς τέλος ἐλθεῖν νῶϊ γάμου*. v. Lucian. T. III. p. 567. *Πρὸς τέλος ἐλθεῖν γάμου* est i. q. *ἐκτελεῖν γάμον*. v. 206. Moschus, Eid. IV. v. 99. *ἐπειδὴ παντὸς ἀφίκετο πρὸς τέλος ἔργου*. (SCHAFER.) In versu sequente conjecerat Valckenærius *ἐπιφραζώμεθ' ἄνακτες*, sed postea in vulgato acquievit.

v. 167. *ἴσκον τοιάδε πολλά*. *Ἴσκον, dicebam;* pendet vero a vers. 153. sq. *Ἴσκω* tamen, quod idem est ac *ἐΐσκω*, notat apud Homerum *assimilo, simile videri facio aliquid;* recentiores vero poetæ, in his sæpius Apollonius Rhodius, pro *dicere* usurpant. (HARLES.) Al. *ἦσκον*, hoc est, puto, *ἦσκον, ἤϊσκον*. Interpretor, *assimilabam*, i. e. *vobis repræsentabam talia multa*, ut apud Homerum, Od. T. 203.

ἴσκεν ψεύδεα πολλὰ λέγων ἐτύμοισιν ὁμοῖα.

et X. 31.

Ἴσκεν ἕκαστος ἀνὴρ, ἐπειὴ φάσαν οὐκ ἐθέλοντα
ἄνδρα κατακτεῖναι.

Quisque vir assimilabat sibi in animo falsi quid. Vide Damm. Lex. Homeric.

v. 168. *πνοιὴ ἔχοισ' ἀνέμοιο*. Schaferus *ἄγοισ'*. Vide supra ad Eid. II. v. 7. Ego in utroque loco vulgatam

lectionem retinendam censeo. In sequente versiculo malim *ἀκήληтοι*. Quis enim talem numerorum confusionem; qualem exhibet versus ut nunc legitur, usquam apud probatos auctores animadvertit?

v. 170. *ἀνεψιὼ ἐκ πατρός*. Vide supra ad v. 164.

v. 172. *νεῖκος ἀναῤῥήξαντες ὁμοίϊον*. Homer. Il. Δ. 444.

ἦ σφιν καὶ τότε νεῖκος ὁμοίϊον ἔμβαλε θύμῳ.

Ubi *ὁμοίϊον* exponitur "omnibus æque perniciosum et molestum." Idem in Odyss.

ἄνσχεο, παῦε δὲ νεῖκος ὁμοίϊον πτολέμοιο.

Monet Kiesslingius *νεῖκος ἀναῤῥήσσειν* dictum esse ut *φωνὴν ῥήσσειν*, atque adeo significare *pugnam prorumpere*.

v. 173. *Ἴδας μὲν καὶ ὅμαιμος ἐμός*. Ἐὸς pro *ἐμὸς* edidit Valckenærius ex conjectura Is. Vossii. Quantum equidem judico, *ἐμὸς* nihil aliud est nisi finis vocis *ὅμαιμος* repetitus. Αι et οι perpetuo in MSS. confunduntur. Forte legendum *ὅμαιμος ἐὼν*. Video vocem *ἐὼν* pro varia lectione ex Ed. Ald. a Gaisfordio citari ad v. 170. Forte igitur ex hoc loco illuc migraverat. Vel scribendum *ὅμαιμος ὁ σός*. Infra pro *ἀποσχομένω*, al. *ἀπεχθομένης*.

v. 175. *νῶϊ δ', ἐγὼ Κάστωρ τε*. Virgilius, Æn. XII. 78.

——— *Teucrum arma quiescant,*
Et Rutulum: nostro dirimamus sanguine bellum.

v. 178. *ἀτὰρ ὤλλοι πάντας*. Sumptum videtur ex Homer. Il. H. 294.

ὡς σύ τ' εὐφρήνῃς πάντας παρὰ νηυσὶν Ἀχαιοὺς,
σούς τε μάλιστα ἕτας, καὶ ἑταίρους οἵ τοι ἔασιν.

Pro *πάντας*, *πάντες* præbent nonnulli MSS. Olim conjeceram *βάντες*, quod neque nunc absurdum videtur. Sed forte *ἄλλοι*, vel *ὤλλοι δέ γε*, vel *ὤλλοι τ' ἄρα πάντες*. Infra, vers. 182. pro *τὼ μὲν γὰρ*, al. *τοί*.

v. 184. *ὑπ' ἀσπίδος ἄντυγα πράταν*. Ita scilicet, ut minimo clypei motu jactus ejus fieret.

v. 185. ἄκρας ἐτινάξατο. Hæc sunt ex Ed. Flor. Vulgo, Κάστωρ ἐτινάξατο δούρατος ἀκρίδι καρτερός.

v. 187. τιτυσκόμενοι πόνον εἶχον ἀλλήλων. Vulgo distinguunt post εἶχον. Correxit Schaferus, citans Homer. Il. N. 498. τιτυσκομένων καθ' ὅμιλον ἀλλήλων. Monet præterea vir doctus particulam εἶπου in tali constructione semper primo loco poni. Pro πόνον in nonnullis reperitur πόθον. Virg. Æn. lib. ii. v. 748. *Partes rimatur apertas qua vulnus lethale ferat.*

v. 190. ἐν ἰτεϊνοῖσι παγέντα. Elegantem Reiskii conjecturam in textum admisit Valckenærius pro ἐνὶ δεινοῖσι. Vide supra, Eid. XVI. 79. Vulgatum revocavit Kiesslingius, conferens descriptionem clypeorum apud Æschylum, Sept. Theb. vv. 372. sq.

v. 194. ἀκριβὴς ὄμμασι Λυγκεύς. Proverbium est Suidæ memoratum Λυγκέως ὀξυωπέστερον βλέπεις. De ea re Apollonius Rhod. Arg. I. 153.

—Λυγκεὺς δὲ καὶ ὀξυτέροις ἐκέκαστο
ὄμμασιν, εἰ ἐτέον γε πέλει κλέος, ἀνέρα κεῖνον
ῥηϊδίως καὶ νέρθε κατὰ χθονὸς αὐγάζεσθαι.

Aristoph. Plut. 210.

βλέποντ' ἀποδείξω σ' ὀξύτερον τοῦ Λυγκέως,

ubi Scholiastes probabilem hujus fabulæ solutionem tradit. Πρὸς δὲ τὸ πιθανὸν τοῦ λόγου ἐπινενόηται ὅτι πρῶτος οὗτος εὗρε μέταλλα χρυσοῦ καὶ σιδήρου, καὶ τῶν ἄλλων. Ἐν δὲ τῇ μεταλλεύσει λύχνους μεταφέρων ὑπὸ τὴν γῆν, τοὺς μὲν κατέλιπεν ἐκεῖσε, αὐτὸς δὲ ἀνέφερε τὸν χαλκὸν καὶ τὸν σίδηρον καὶ τὰ ὁμοῖα. Ἔλεγον οὖν οἱ ἄνθρωποι ὅτι Λυγκεὺς καὶ τὰ ὑπὸ γῆν ὁρᾷ. (Taylor.)

v. 195. τοῖο σάκος. Sensus videtur postulare ut pro σάκος legatur κόρυν, sed descriptio omnino est obscura. Φοίνιξ λόφος pro φοινικόεις legitur apud Apoll. Rhod. II. 921. φοίνικι λόφῳ ἐπελάμπετο πήληξ.

v. 196. φάσγανον ὀξύ. Verba sic sunt construenda: φέροντος φάσγανον ἐπὶ σκαιὸν γόνυ. Lynceus gladium inferne ferebat, haud quidem ut Castoris ictum everteret, sed ut hujus

genu sinistrum feriret; at hic prævertens et pede sinistro recedens dextram illi manum qua gladium tenebat abstulit. (KIESSLING.) Ego de hac structura dubito. Syntaxis videtur esse: ἐκόλουσεν ἐπὶ σκαιὸν γόνυ χέρα τοῦ Λυγκέως φέροντος φάσγανον ἐκεῖθεν.

v. 199. ὅθι. Codices præstant τόθι. Mutavit Valckenærius; at perperam, ut videtur. Conf. Eid. XXIV. et Epig. IV. 1. Citat Gerhardius Oppian. Cyneg. I. 273. Hal. III. 461.

v. 201. ἀλλὰ μεταΐξας. Secundum Ovidium Lynceus Castorem interfecit. Ibi enim pugnæ hic est ordo. Fast. V. 709.

Pectora trajectus Lynceo Castor ab ense
Non expectato vulnere pressit humum.
Ultor adest Pollux et Lyncea perforat hasta,
Qua cervix humeros continuata premit.
Ibat in hunc Idas, vixque est Jovis igne repulsus,
Tela tamen dextræ fulmine rapta negant.

Paulo aliter Apollodorus III. Λυγκεὺς δὲ ἰδὼν Κάστορα ἐμήνυσεν Ἴδᾳ, κἀκεῖνος αὐτὸν κτείνει. Cumque hoc consentit Pindarus. Et Castorem quidem primo loco interfectum tradit Lycophron, utrum vero a Lynceo an ab Ida incertum est ex illis versibus 555, &c.

ὁ μὲν κρανείῳ κοῖλον οὐτάσας στύπος
φηγοῦ κελαινῆς, διπτύχων ἕνα φθερεῖ,
λέοντα ταύρῳ συμβαλόντα φύλοπιν.

Videtur tamen Idam innuere. Denique Tzetzes, Chil. I. Hist. 48. alium adhuc ordinem profert.

Λυγκεὺς δ' ὀξυωπέστατος πάντων τελῶν ἀνθρώπων,
ἰδὼν κοιλάδι τῆς δρυὸς Κάστορα καὶ Πολυδεύκη,
Κάστορα κτείνει τῷ δορὶ, καὶ τοῦτον Πολυδεύκης·
τὸν Πολυδεύκην Ἴδας δέ, καὶ κεραυνὸς τὸν Ἴδαν.
(TAYLOR.)

v. 203. εἰς χθόνα κεῖτο νενευκώς. Aliam lectionem memorat Gaisfordius, εἰς στόμα κεῖτο. Phrasis κεῖσθαι εἰς γῆν occurrit apud Xenophontem Ephesium I. 11. ἐκεῖντο εἰς γῆν

ἀθεμοῦντες. Posses etiam εἰς γαῖαν hoc loco ad νενευκὼς referre; *cum ad terram procubuisset.* Similis est ambiguitas supra, v. 90. Cæterum non possum hoc loco mihi temperare quin Asclepiadis Epigramma cum lectore communicem, hactenus quidem parum intellectum.

Ἡ λαμυρή μ' ἐτρωσε Φιλαίνιον· εἰ δὲ τὸ τραῦμα
μὴ σαφὲς, ἀλλ' ὁ πόνος δύεται εἰς ὄνυχα.
οἴμοι, Ἔρωτες, ὅλωλα, διοίχομαι· εἰς γὰρ ἑταίραν
νυστάζων ἐπέβην δὴ, ἔθιγόν τ' αἰδᾶ.

In quarto versu dedi δὴ pro ἠδ'. Occultum Epigrammatis sensum consulenti aperiet Hesychius in v. Ἀΐδης.

v. 205. οὐ μὰν οὐδέ. Dixit etiam Theocritus οὐ μὰν οὐ, Eid. XVIII. 35. et οὐ μάν γε, Eid. XVII. 106.

v. 206. Λαοκόωσα. Vulgo Λαοκόοσσα. Ed. Flor. Λαοκόωσσα. Veram nominis formam ex Apollonii Scholiasta I. 152. jampridem restituerat Taylorus.

v. 207. στάλαν. Ita Lycophron, v. 559.

ἄγαλμα πήλας τῶν Ἀμυκλαίων τάφων.

Et Pind. Nem. X. αὐτίκα γὰρ | ἦλθε Λήδας παῖς διώκων· τοὶ δ' ἔναν|τα στάθεν τύμβῳ σχεδὸν πατρώῳ. | ἔνθεν ἁρπάξαντες ἄγαλμ' | αἰδα, ξεστὸν πέτρον, | ἔμβαλον στέρνῳ Πολυδεύκεος. Ubi, monente Tayloro, ἄγαλμ' αἰδα est *sepulchri ornamentum.* Hesych. Ἀΐδας, τύμβος, τάφος. Pro ἀναῤῥήξας conjecit Kiesslingius ἀναρπάξας.

v. 210. ἀλλὰ Ζεὺς ἐπάμυνε. Pindarus: Ζεὺς δ' ἐπ' Ἴδᾳ πυρφόρον πλᾶξε ψολόεντα κεραυνόν. Jure propter impietatem exosus Jovi esse poterat Idas. Vide Apoll. Rhod. I. 467.

v. 212. ἐν ἐλαφρῷ. Ita conjecerat Valckenaerius, et consentiente Ed. Flor. in textum admisit, scilicet ἐλαφρὸν, ut supra vers. 61. ἐν ἑτοίμῳ. Reiskius tamen pro vulgato stat, quod diversum esse dicit ab illo, et supplet ἀγῶνι, vel κινδύνῳ, vel διαφόρῳ· "contentionem cum Tyndaridis versari in conditione periculi non exigui neque levis."

v. 213. αὐτοί τε κρατέοντι. Conjectum a Wartono

reperitur in Ed. Flor. Vulgo κρατέοντε. Mallem δὲ κρατέοντι. Infra φίλοι δέ γε pro φίλοι δέ τε scripserunt Hemsterhusius et Valckenaerius.

EIDYLLIUM XXIII.

V. 1. πολύφιλτρος. Idem est ac si dixisset ἐρωτικώτατος· nam φίλτρα sunt amores. Anacr. Carm. 34. Μηδὲ— τάμὰ φίλτρα διώξῃς. *Neque spernas meos amores.* Est τῶν ἅπαξ λεγομένων hoc vocabulum. Codex Coislin. apud Montefalc. exhibet ἀνηρ τις πολὺ φίλτερος. A Kiesslingio explicatur, *is cui multa philtra data sunt, ex amore æger.*

v. 2. οὐκ ἔθ' ὁμοίῳ. Heinsianam conjecturam οὐκ ἐπ ὁμοίῳ rejiciendam, et servandum quod vulgatur monet Valckenaerius. Utinam sane rationes hujus judicii adjecisset vir eruditus. Nostrum quidem ab Homero hoc cepisse putat Wartonus. Odyss. II. 182.

ἄλλα δὲ εἵματ' ἔχεις, καί τοι χρὼς οὐκ ἐθ' ὁμοῖος.

Sed nullus dubito quin eo loco οὐκ ἔτι verti debeat, *non amplius*, qui sensus huic loco non convenit. Præstat igitur mea saltem sententia cum Heinsio legere οὐκ ἐν ὁμοίῳ, sicut ἐν ἑτοίμῳ, ἐν εὐμαρεῖ, &c. vel cum Jacobsio οὐδὲν ὁμοίῳ, quemadmodum scripsit Bion, IX. 5. de Amore,

ἄγριον, ἄστοργον, μορφᾷ νόον οὐδὲν ὅμοιον·

Et Homerus, Odyss. Υ. 366.

καὶ νόος ἐν στήθεσσι τετυγμένος, οὐδὲν ἀεικής.

Heinsii conjecturam amplectitur Kiesslingius.

v. 3. μίσει τὸν φιλέοντα. Ante hunc versum vide an non commode inseri possit is qui vulgo post quintum legitur, ad hunc modum;

πάντα δὲ κὴν μύθοισι καὶ ἐν προσόδοισιν ἀτειρὴς,
μίσει τὸν φιλέοντα, καὶ οὐδὲ ἓν ἄμερον εἶχε.

Mihi certe in hoc loco semper visum fuit aliquid ad sententiam

explendam deesse. Οὐδὲ ἓν pro dactylo usurpatur in Epig. ἀδεσπ. 435.

Ὃς τότε μὲν χρῆσθαι δυνάμην ὀπότ' οὐδὲ ἓν εἶχον.

Malit Taylorus legere conjunctim οὐδεέν, ut apud Aristoph. Plut. 38. ὑγιὲς μηδεέν, et v. 138. οὐκ, ἀλλ' οὐδεέν, et passim alibi.

v. 4. κ'ουκ ᾔδη τὸν Ἔρωτα. Ita apud Xenophontem Ephesium Habrocomas superbissimus atque idem pulcherrimus adolescens Ἔρωτα μὲν οὐκ ἐνόμιζεν εἶναι θεὸν· et infra: εἰ δὲ ποῦ ἱερὸν ἢ ἄγαλμα Ἔρωτος εἶδεν, κατεγέλα. Pro ᾔδη, al. legitur ᾔδει.

v. 5. πῶς πικρὰ βέλη ποτὶ παιδία βάλλει. Wartonus legit χὡς. Pro ποτὶ παιδία Stephanus, Heinsio comprobante, legit ποτικάρδια, ut apud Bionem ἕλκος ποτικάρδιον· sed satis probavit Wartonus παιδίον pro μειράκιον poni potuisse.

v. 7. οὐδέ τι τῶν πυρσῶν παραμύθιον. Recte Interpres, *Neque ullum flammæ solatium.* Οἱ πυρσοὶ sunt *Amoris ignes; τὴν φλόγα τῆς* Κυθερείας infra vocat ipse Theocritus. Optime Glossæ Laurent. πυρσῶν, ἐρώτων. Hinc πυρσοὶ ἄρσενες apud Stratonem in Epigrammate. (ἀδεσπ. 3.) Huc facit etiam Paulus Silentiarius in Epigrammate apud Cl. Reiskium in Miscell. Lipsiens. vol. IX. p. 690. quod hic apponere libet ut emendatius legatur, nam quod vulgo legitur mendosissimum est.

ὅμμα πολυπτοίητον ὑποκλέπτουσα τεκούσης
συζυγίην μήλων δῶκεν ἐμοὶ ῥοδέων
θηλυτέρῃ χαρίεσσα· μάγον τινὰ πυρσὸν ἐρώτων
λαθριδίως μήλοις μίξεν ἐρευθομένοις.
εἶμι γὰρ ὁ τλήμων φλογὶ σύμπλοκος, ἀντὶ δὲ μαζῶν,
ὦ πόποι, ἀπρήκτοις μῆλα φέρω παλάμαις.

Ita scribendum istud Epigramma ex Cod. MS. Respexit autem Paulus ad Musæum, de Leandro, v. 90. ἀέξετο πυρσὸς ἐρώτων. (Toup.) In Epigrammate a Toupio citato pro τινὰ exhibet Codex Vaticanus τάχα, quod unice verum censet Jacobsius. Mihi videtur Paulum scripsisse

——— μάγον τ' ἀνὰ πυρσὸν ἐρώτων
λαθριδίως μήλοις μίξεν ἐρευθομένοις.

pro *ἀνέμιξεν* vel, *μάγον τ' ἄρα*. Asyndeton certe in isto versiculo non placet.

Ibid. *οὐκ ἀμάρυγμα χείλεος*. *Ἀμάρυγμα*, sive *ἀμαρυγή*, est *micans fulgor*. De genarum nitore usurpatur vox. Ita Paul. Silentiar. Epig. 9. *ῥοδέης δ' ἀμάρυγμα παρειῆς ὤχρος ἔχει λευκός*· et Apoll. Rhod. III. 288. *βάλλεν ἐπ' Αἰσονίδην ἀμαρύγματα*· hoc est, ut explicat Scholiastes, *τὰς λαμπάδας τῶν ὀφθαλμῶν*. Apud Aristophanem, *Ορνιθ.* 926. *ἵππων ἀμαρυγὰ* est *equorum micans velocitas*. Idem est *μαρμαρυγή*, ut Homer. Odyss. Θ. 265. *μαρμαρυγὰς θηεῖτο ποδῶν*. Quod pulchre imitatur Grayius nostras, "Glance their many-twinkling feet."

v. 8. *οὐ ῥοδόμαλον*. Vide Eid. VII. 117. et XXVI. 1. Vox hæc, ut puto, hoc solo loco reperitur. Cæterum deest verbum tot nominativis. Forte igitur legendum *οὐ ῥοδόμαλ' ἦν*. Cod. Vat. apud Wartonum exhibet *ῥοδομάλλιν*.

v. 9. *τὸ κουφίζον*. Accentum retrahere oportebat. Al. *κουφίζει*· item *κουφίζειν*, quæ quidem lectio non mala.

v. 10. *ὑποπτεύησι*. Ernestius ad Callimachum, Del. 62. legi vult hoc loco *ὀπιπτεύησι*. Equidem autem nihil dubito quin vulgatum recte se habeat. Est autem ab *ὑποπτεύημι* pro *ὑποπτεύω*, verbo poetico et Theocriteo, quod significat *cum suspicione mali circumspicere*, ut bene explicavit Harlesius. Græfius præfert conjunctivum *ὑποπτεύῃσι*, quemadmodum apud Homerum hic modus usurpatur post *ὡς ὅτε*, aut *ἠΰτε*.

v. 11. *εἶχεν ἀνάγκαν*. Heinsius hic conjecit *εἶδεν*. At receptam lectionem longe pulchriorem puto, simpliciorem, significantioremque. Adeo fuit ille puer imperiosus, et in amatorem ferox, ut penes oculos ejus ipsa esset necessitas. Audacem metaphoram minuunt hic interpretes Latini vertendo *ἀνάγκαν truculentiam*. Apud Horatium necessitas impersonata profertur, sæva illa quidem Fortunæ comes. (WARTON.) Verba *ἔχειν ἀνάγκαν* de puero accipienda sunt, qui ita odio atque ira discruciabatur, ut sui compos non esset. Quicquid autem ægre patimur, et effugere non possumus, *ἀνάγκαν* vocant Græci. Diodor. VI. 3. 13. *Πάντες δὲ πληγαῖς ἀναγκάζονται προσ-*

καρτερεῖν τοῖς ἔργοις, μέχρις ἂν κακουχούμενοι τελευτήσωσιν ἐν ταῖς ἀνάγκαις. Ad quem locum consulendus Cl. Wesselingius. Hinc κακαὶ ἀνάγκαι Theocrito XVI. 85. Cæterum ad Nostrum respexit, ut solet, Nonnus, Dionys. XXV. p. 882.

——— σὺ δ' ὕστατος ὑψόθι γαίης
αἰθέρι καὶ νεφέλῃσι μετάρσιος εἶχες ἀνάγκην. (Toup.)

Necessitas, quasi Dea ferox, h. e. imperium quoddam in amatores, elucebat ex oculis illius; egregie poeticus est ornatus. (Harles.) Nos scripsimus εἶχον ἀνάγκαν, sc. κῶραι, propterea quod, si εἶχεν retinetur, hæc verba εἶχεν ἀνάγκαν post descriptionem labiorum et oculorum subito aliquid inferunt, quod ad totam pueri duri indolem pertineat, deinceps autem poetæ oratio ad corporis partem, faciem quidem, relabitur: quod mihi quidem non elegans esse videtur. (Kiessling.) Phrasis ἔχειν ἀνάγκην occurrit Epig. 9. Palladæ Alexand.

Ὦ μοι ἐγὼ πολύμηνις, ἔχων διχόλωτον ἀνάγκην.

Et Paul. Epist. ad Corinth. I. 7. 37. ὃς δὲ ἕστηκεν ἑδραῖος ἐν τῇ καρδίᾳ, μὴ ἔχων ἀνάγκην, ἐξουσίαν δὲ ἔχει περὶ τοῦ ἰδίου θελήματος, καλῶς ποιεῖ. Sed ut verum fatear, totus hic locus mihi conturbatus videtur, et suis numeris male dispositus. Rescribo,

οὕτω πάντ' ἐποίει δειλὸν βροτὸν· ἄγρια δ' εἶχε
χείλεα, καὶ κῶραι ποτὶ τὸν βλέπον αὐτᾷ ἀνάγκᾳ.
Ita omnia faciebat erga miserum hominem: sæva autem illi erant
Labra, et oculi eum intuebantur sola ex necessitate.

Huc egregie facit Philostratus, Icon. lib. ii. cap. 18. ἄγριον δὲ ὁρᾷ καὶ ὑποκαθειμένον, καθάπερ τῶν θηρίων τὰ ἀνάγκης ἡττώμενα. Ad rem Callimachus, Cer. 57.

Τὸν δ' ἄρ' ὑποβλέψας χαλεπώτερον ἢ κυναγὸν
ὤρεσιν ἐν Τμαρίοισιν ὑποβλέπει ἄνδρα λέαινα,
χάζεν, ἔφα.

Credebat Taylorus scriptum fuisse ἔννυτ' ἀνάγκαν· nempe sequens ὕβριν περικείμενος id quodammodo postulare et illustrare.

v. 13. φεῦγε δ' ἀπὸ χρώς. Locum corruptum ita corrigebat Valckenaerius: φεῦγε δ' ἀπὸ χρὼς ὑβρίκτᾳ, ὀργὰν

περιειμένῳ, monens illud ὀργὰν περιειμένῳ ex Homerico ἀναιδείην ἐπιειμένε, et similibus, expressum esse. Vulgatum defendit Dorvillius, ad Charit. confereus Maneth. 5. 23.

οἷα κόχλος χρυσῷ περικείμενος ἐσθ', ὁ δὲ χρυσὸς
κοσμεῖται κοχλάδεσσιν ἁλὸς περιπορφύροντος.

Sed quid, quæso, est color insolentiam sive contemptum iræ indutus? Kiesslingius interpungit post χρὼς, deinde post περικείμενος subintelligens ἦν, quod, cum in proxima enunciatione sequatur ἦν, minime durum putat. Perperam corrigebat Wakefieldius, ὑβρίκταν ὀργὰν περικείμενον, *ingenio contumelioso præditum*. Græfius: ὕβριν τᾶς ὀργᾶς περιειμένον. Equidem legendum puto, φεῦγε δ' ἀπὸ χρὼς, ὕβριν ὁ τᾶς ὀργᾶς περικείμενος· *fugiebat autem iste iræ color contemptu circumfusus*. Vult poeta adolescentis faciem alternas vices subiisse, et ruborem ex pallore, et pallorem ex rubore induisse.

v. 15. ἐξ ὀργᾶς. Martialis V. 47. citante Wartono:

Et placet ira mihi plus tua quam facies.

Item Aristænetus, lib. i. 8. p. 50. Ed. Pauw. Ἡ δὲ ἐρυθρίασε μετ' ὀργῆς· καὶ γέγονε τὸ πρόσωπον θυμουμένῃ καλλίων, τὸ δὲ ὄμμα καίπερ ἀγανακτούσης ἡδύ. Cæterum lectio ἐξ ὀργᾶς virorum doctorum conjecturæ debetur. Libri vett. et Codd. præbent ἐξόρπας sive ἐξόρπαξ, vocem nihili. Ed. Flor. ἦ καλὸς δ' ἐξόρπα. Brunckius ἐξ ὀργᾶς δ', quod et mihi aliquanto melius videtur.

v. 16. οὐκ ἤνεικε τόσαν φλόγα τᾶς Κυθερείας. Ex Aldinis οὐκ ἔνι καὶ τοσαμφαότατος hæc ingeniose eruit Eldikius. Calliergus οὐκ ανέηκε τὰ δάκρυα. Stephanus τὰ σύμφορα. Taylorus conjecerat οὐκ ἤνεικε τόσ' ἄλγεα τᾶς Κυθερείας, ut apud Bionem,

ἀμφασία τὸν Φοῖβον ἔλεν τόσον ἄλγος ἔχοντα.

Atque idem video Kiesslingio in mentem venisse. Vide Ovid. Met. XIV. 716. sq.

v. 18. καὶ κύσε τὰν φλιάν. Mos amantium a poetis decantatus. Lucret. lib. iv. v. 1171.

At lachrymans exclusus amator limina sæpe
Floribus et sertis operit; postesque superbos
Ungit amaracino, et foribus miser oscula figit.

Apud Chariton. lib. v. cap. 10. Chæreas vitam suspendio finiturus laqueum osculatur. ταῦτα ὀδυρόμενος κατεφίλει τὸν βρόχον.

v. 22. κῶρ', ἐθέλω λυπῆν κεχολωμένον. Al. κῶρε, θέλω. Calliergus, οὐκ ἔτι πάρ σε, κῶρ', ἐθέλω λύπης κεχολωμένος. In nonnullis legitur ποχολωμένος.

v. 23. ἔνθα τύ μευ κατέκρινας. Duriuscule dictum. Forte ἔνθα τύ μ' εὖ κατέκρινας, subaudito βαδίζειν, *quo tu me ire recte judicasti*; vel ἔνθα τὺ καί μ' ἔκρινας. Al. ἔνθα τε τύ με, et ἔνθ' ἐτῦμε.

v. 24. τὸ φάρμακον ἐνθα τὸ λᾶθος. Stephanus docet aliquos legisse λάθας. Quod mihi perplacet. Cum Ald. vero sic interpungo,

——— ὅπῃ λόγος ἦμεν ἀταρπὸν
ξυνὸν (l. ξυνὰν) τοῖσιν ἐρῶσι, τὸ φάρμακον ἔνθα τὸ λάθας.

Respicit enim lugentes campos de quibus Virgilius, Æn. VI. 442.

Hic quos durus amor crudeli tabe peredit
Secreti celant calles, et myrtea circum
Sylva tegit. (TAYLOR.)

v. 26. οὐδέ κε τὼς σβέσσω τὸν ἐμὸν πόθον. Χόλον pro πόθον præbet alterum exemplar Aldinum; κε omittitur in duobus Codd. Ald. οὐδὲ τῶν σβέσσω· σβεσσῶ, Brunck. Forte οὐδ' ἐκ τῶ vel τῶν, vel οὐδ' οὕτως σβέσσω. Solœcum videtur quod vulgatur.

Ibid. χαίρειν τοῖσι τεοῖς προθύροις ἐπιβάλλομαι. Ingeniosam Reiskii conjecturam ἐπιτέλλομαι, *ultimum "vale" his tuis foribus denuncio, mando*, probat Wartonus; et certe inusitato sensu adhibetur verbum ἐπιβάλλομαι, quod pro ἐπιβάλλω poni monet Kiesslingius, scil. *adjicio, admoveo, applico.* Nobis in mentem venit

——— ἄρτι δὲ χαίρων
τοῖσι τεοῖς προθύροις ἐπιβάλλομαι·

Jam vero gaudens tuis vestibulis insisto, incumbo.

v. 28. *καὶ ὁ χρόνος αὐτὸ μαραίνει.* Alterum *καὶ* in hoc et seq. versu pro *ἀλλὰ* ponitur more non inusitato. Nonnus, Dionys. lib. xvi. p. 295.

καὶ κύνες οἰκτείρουσι, καὶ οὐκ ἐλέαιρεν Ἀμάζων.

Ad rem Wartonus contulit Virg. Ecl. II. 18.

Alba ligustra cadunt, vaccinia nigra leguntur.

Et Nemesian. Ecl. IV. 20.

Respice me tandem puer o crudelis Iola!
Non hoc semper erit: perdunt et gramina flores;
Perdit spina rosas, nec semper lilia canent.

v. 30. *μαραίνεται ἀνίκα πίπτει.* Pro *πίπτῃ* ex Aldinis et Rom. *πίπτει* revocavi, quod et Reiskio placebat; qui pessime recepit in hunc versum ex Aldino altero *μαραίνεται δ' ἀνίκα πίπτει*, quique si *δὲ* omittendum sit, scribendum putat

λευκὸν τὸ κρίνον ἔστε (l. *ἔστι*) *μαραίνεται ἀνίκα πίπτει*,

subaudito *ἐστιν*, *candidum est lilium donec marcescat, quod fit cum cadit*. Brunckius e conjectura edidit,

λευκὸν τὸ κρίνον αὐθὺ μαραίνεται ἀνίνα πίπτει. (VALCKEN.)

Pro *μαραίνεται* conjecerat etiam Reiskius *μελαίνεται*. Mihi olim in mentem venerat, *μαραίνετο δ' ἀνίκα, πίπτει, et cadit postquam marcuit*. Ita enim interpungi debuerat locus iste a me emendatus in editione Gaisfordiana. Jam autem video alia via insistendum esse. Lego nimirum,

λευκὸν τὸ κρίνον ἐστὶ, μαραίνεται, ἄνδιχα πίπτει.

Candet lilium, marcet, in duas partes cadit. Nihil certius hac emendatione.

v. 31. *καὶ τάκεται ἀνίκα πάχθῃ.* Et hic quoque una Aldina *δ'* insertum exhibet, quod, cum metro noceret, Reiskius avide arripuit, et pro more suo defendit. Eldikius conjecit *ἀνίκ' ἰάνθη*. Brunck. *εἰ καὶ ἐπάχθη*. Lego, *καὶ τάκεται ἀνίκ' ἐπάχθη*, et *liquescit postquam congelata fuit*.

v. 35. *καὶ τοῦτο πανύστατον.* Al. *κἂν τοῦτο.* Locum imitatus est Charito, lib. iv. cap. 10. *αἰτοῦμαί σε, Καλλιρόη, χάριν τελευταίαν· ὅταν ἀποθάνω, πρόσελθέ μου τῷ νέκρῳ, καὶ, εἰ μὲν δύνασαι, κλαῦσον.* et Ovidius, Met. IV. 733.

Dixit, et ad postes ornatos sæpe coronis
Humentes oculos et pallida brachia tendens,
Cum foribus laquei religasset vincula summi,
" Hæc tibi serta placent, crudelis et impia," dixit.

v. 36. ἐξενθών. Absque necessitate correxit Lennepius ἐξ οὐδῶν. Vide Dorvillium ad Chariton. lib. v. cap. 10. Infra, al. τοῖσι τεοῖς εἰδῇς.

v. 38. ἐπισπείσας δὲ τὸ δάκρυ. Testante Dorvillio ad Chariton. lib. i. cap. 14. in nonnullis Codd. est ἐπισπείρας. Ed. Brunck. habet ἐπισπείσας δέ τι δάκρυ. Cum genitivo legitur ἐπισπένδειν Charitonis loco citato: καὶ Χαιρέας ἐπέσπεισε δακρύων. Pro τῷ σχοίνῳ, al. τᾶς.

v. 40. τὸ δ' αὖ πύματόν με φίλασον. Idem hemistichium occurrit apud Bion. I. 45.

v. 41. κἀν νέκρῳ, χάρισαι τὰ σὰ χείλεα. Vossius et Valckenaerius hic quoque scribi malint καὶ νέκρῳ χάρισαι. Forte κἀν νέκρῳ χαρισῇ τὰ σὰ χείλεα, *etiam si mortuo labra tua largiaris.* σὰ omittit Ald. 1.

v. 42. οὐ δύναμαι ζῆν, εἴγε διαλλάξας με φιλάσεις. Ed. Flor. εἴγε διαλλάξεις με φιλάσσας. Forte

οὐ δύναμαι ζώειν, οὐδ' ἀλλάξεις με φιλάσας·

Non possum diutius *vivere, neque mutabis me osculatus.* h. e. Neque osculo tuo me in vitam revocabis. Verba οὐ δύναμαι ζώειν tali fere sensu puto me olim legisse apud Nonnum; sed locus mihi excidit.

v. 44. κἀν ἀπίῃς, τόδε μοι τρὶς ἐπάϋσον. Mos ille notus ex Homero, Od. I. 64.

οὐδ' ἄρα μοι προτέρω νῆες κίον ἀμφιέλισσαι,
πρίν τινα τῶν δειλῶν ἑτάρων πρὶς ἕκαστον ἀΰσαι.

Unde Virgilius, Æn. VI. 506. *Magna Manes ter voce vocavi.* (Taylor.) Non sine causa Græfius lectionem v. 44. vulgatam suspectam habet, quum verbum ἐπάϋσον, ut λῦσον, literam υ semper producat. Legendum igitur censet: κήν ἀπίῃς, τόδε μοι τρὶς ἐπάϋσον· φίλε, κεῖσαι· ut duæ mediæ producantur, productaque litera μ, quæ alias corripitur, ex verbo ἀμάω (cf. ad

Eid. X. 7.) defendatur. (KIESSLING.) Hujus vitii suboluit etiam viro erudito E. Maltby, qui monet nonnulla in hoc Eidyllio esse ætatis Theocrito recentioris indicia. Equidem de universo poemate, propter corruptelas quibus scatet, nihil statuo; hujus autem de quo nunc agitur vitii in proclivi est emendatio. Legendum enim sine dubio ἐπάπυσον, ab ἐπαπύω, sive ἐπηπύω. Vocem adhibuit Homerus, Il. Σ. 502.

λαοὶ δ' ἀμφοτέροισιν ἐπήπυον, ἀμφὶς ἀρωγοί.

Ad voces ὦ φίλε κεῖσαι citat Taylorus Propertium I. 7. 23.

Nec poterunt juvenes nostro reticere sepulchro,
"Ardoris nostri magne poeta jaces."

v. 45. καλὸς δέ μοι ὤλεθ' ἑταῖρος. Solebant nomina amasiorum in parietibus, januis, corticibus arborum, statuis, &c. inscribere, addita voce Καλός. (WARTON.)

v. 46. τό σοι στίχοισι χαράξω. Ad Suidam Toupius στιχίοισι corrigebat. Idem in Add. ad Theocritum legit τὸ τοῖσι στίχοισι χαράξω, metri vitio solum in præcedentem syllabam rejecto. Literæ enim στ vocalem præcedentem producunt. Frustra igitur Lennepius ad Coluthum pari modo aggreditur locum sanare, legens τόσοισι στίχοισι χαράξων, *inscriptionem his versibus insculpturus*. Eundem errorem errat Valckenaerius, conjiciens τόσοισι στίχοισι χαράσσων, et Brunck. τὸ τίν γε στίχοισι χαράσσω. Cod. Vaticanus pro τό σοι exhibet τόσοις, unde equidem olim conjeci τὸ σοῖς τοίχοισι χαράσσω, et eandem fere fuisse conjecturam Porsoni et Schaferi postea didici. Neque levem profecto talis ingeniorum concursus huic emendationi fidem facit. Verum ne sic quidem mihi satisfacio. Sequitur enim non sculptionis, quod fieri debuisset, sed mortis descriptio. Quare phrasis τὸ σοῖς τοίχοισι χαράσσω, vel χαράξω, quod hodie malim, de morte ipsa Amatoris intelligenda erit, sive de cadavere ejus parietibus adjecto, aut alio nos vertendum. Nec male sane legeretur τόσοις στοίχοισι χαράσσων, *tot literis sculpens*. Vide Maltby, Thes. Græc. Poes. p. 212. qui tamen nostram emendationem prætulit. Obiter moneo quod στοῖχον pro τοῖχον mendose legi videtur apud Nonnum, Dionys. lib. vii. p. 151.

——καὶ ἀρτιγάμῳ παρὰ παστῷ
στοῖχον ἐς ἀντικέλευθον ἐὴν ἔκλινεν ὀπωπήν.

Loquitur enim de Junone in aliam cubiculi partem oculos dirigente, ne Jovis et Semeles lectum videret.

v. 47. τοῦτον Ἔρως ἔκτεινε. Solenne erat mortis causam monumentis inscribere. Qua de re agit Broukhusius ad Tibullum, III. 2. 27. Videsis et eundem ad Propertium, loco supra citato, de v. *Jaces*, sc. κεῖσαι. Infra, ut vitetur hiatus, legit Græfius ἀπηνέα δ' εἶχεν ἑταῖρον, comparans v. 45.

v. 50. φοβερὸν λίθον. Non placet inepta illa repetitio vocis λίθος· lego itaque in priore versu μίτον, non λίθον· quam vocem post ea explicat et confirmat, cum ait τὰν λεπτὰν σχοινίδα. (Heinsius.) Post οὐδῶν versus hujus finis et initium alterius videtur deesse, ad hunc ferme modum:

ἄχρι μέσων οὐδῶν μάλα μοχθήσας ἐκύλισσε·
Vel, ——— στιβαροῖς ἐπὶ ποσσὶ κύλινδε
στήσας δ' ἀμβαίνει φοβερὸν λιθὸν, ἧπτε δ' ἀπ' αὐτῶν
τὰν λυγρὰν σχοινίδα.

Nam λεπτὰν ad hanc rem nil facit. Dorso in parietem innixo pedibus provolvebat magno cum labore saxum, usque ad medium limen, ubi cum illud saxum constituisset, inscendit in illud horribile saxum, et in ipsis illis postibus ostii suspendebat annexum, restim lugubrem. (Reiske.) Locus est obscurus, cujus sensus forte hic erit: in medium atrium e regione januæ projecit magnum lapidem, aut acervum, quo conscenderet et funiculum alligaret: quo facto, lapidem in quo steterat pedibus promovit, et laqueo mortem conscivit. (Harles.) φοβερὸν λίθον licet *horribilem* lapidem explicare ob horribile facinus, vel etiam *ingentem*, ut nonnunquam φοβερὸς poni volunt. v. Dorvill. ad Chariton. III. 6. ubi est πνεῦμα φοβερόν. *Ventus horribilis*, Catull. 265. Non absimili modo λάβρον ὑπερεῖσαι λίθον, *ingentem advolvere lapidem*, Pindar. Nem. VIII. 79. (Heinrich.) Pro ἀπ' αὐτῶν J. H. Vossius conjicit ἄνωθεν· sic Æschyl. Agam. 884.

πολλὰς ἄνωθεν ἀρτάνας ἐμῆς δερῆς
ἔλυσαν.

At ex Codd. etiam lectio ἀπ' αὐτοῦ enotatur, quam, si scripseris ἀπ' αὐτῶ cum Bindemanno, unice veram esse censeo. Possunt autem hæc verba aut ad τοῖχον referri, aut adverbialiter accipi, *inde, ex pariete*, quod eodem redit. Omnis locus sic expediendus est. " Quum lapidem ad parietem, et quidem ad mediam usque

aulæ januam provolvisset, conscendit lapidem, annectit superne ex trabe januæ transversa laqueum, seque suspendit ita, ut per mediam januam dependeat, et ab exeunte necessario contingatur." (KIESSLING.) In Cod. Vat. legitur *ὁπότ' ἀπ' αὐτοῦ*. Callierg. *ἥπτετ' αὐτῶν*. *Ἥπτεν ὕπερθε* conjiciebat nescio quis. Pro *λεπτὰν*, Koehlerus et Brunckius *πλεκτὰν*, quod sane melius quam Reiskii *λυγράν*· sed forsitan nihil mutandum. Nimirum *λεπτὸν* id esse potest quod vocat Æschylus (Pers. v. 116.) *λεπτόδομον, e tenuibus filis compositum*. Sic Orpheus, Arg. 621.

ἀπροφάτως δ' ἀπὸ γῆς λεπτοὶ λύοντο κάλωες·

Quam lectionem frustra sollicitat Piersonus, Verisim. L. i. c. 9.

v. 50. *βρόχον δ' ἔμβαλλε τραχήλῳ*. Al. *ἐνέβαλλε*. Forte *ἐπέβαλλε*.

v. 51. *τὰν ἔδραν*. Malit Heinsius *τὰν πέτραν· ὑπὲκ* debetur Calliergo. Ald. *αἴτε*· Cod. Vat. *αἴται*. Reiskius *ἀπαὶ ποδός*. Pro *ἐλυγίχθη*, vulgo *ἐτυλίχθη*. Correxit Hemsterhusius. V. Eid. I. 97. Casaubono Dores videntur *τυλίττειν* usurpasse pro *ἀνατινάσσειν τὴν τύλην* sive *στρωμνήν, culcitam movere et agitare, quo mollior reddatur:* hoc autem loco significari *ἐθηλύνθη*.

v. 55. *οὐ κλαῦσε νέον φόνον*. Monet Wartonus pro his lacunam esse in suis Codd. ita ut quæ hodie afferuntur suspiciosa videantur. Maluit Hemsterhusius *οὐ κλαῦσε νέῳ φόνοι*, astipulante Valckenærio. Heinrichius *νέου φόνον* defendit, quasi positum sit pro *νέου φόνου*, quemadmodum apud Pindar. Ol. II. 78. *νέα ἄεθλα* pro *ἄεθλα τῶν νέων*. Mihi videtur vox *φόνος* hoc loco non recte adhiberi. Non male Jacobsius *οὐ κλαῦσεν ἑὸν φίλον*.

Ibid. *ἀλλ' ἐπὶ νεκρῷ*. Vult Poeta ferocem atque impium adolescentem contactu cadaveris sese polluere non dubitavisse. De qua veterum superstitione v. Potter. Archæol. vol. II. p. 188. Eo alluditur apud Euripidem, Heraclid. v. 558. *μὴ τρέσῃς μιάσματος τοὐμοῦ μετασχεῖν*. Vestes Ephebicæ eæ sunt quas gestabant Juvenes dum Ephebi erant. Ephebicæ chlamydæ mentionem facit Apuleius, Metam. lib. x. p. 345. Ed. Delph. *Adest luculentus puer, nudus, nisi quod Ephebica*

chlamyda sinistrum tegebat humerum. Alia nimirum chlamys erat quam minusculi pueri gestabant. Legit Kiesslingius ἀλλ' ἔτι νεκρῷ. *Non modo non deflevit necem, sed ne in mortuum quidem odio deposito, omnes ejus vestes polluit.*

v. 56. βαῖνε δ' ἐς ἄθλως. ἐπ' ἄθλον Callierg. ἐς ἄθλα Ald. et Junt. λεφίλων mutilam lectionem pro τῆλε φίλων exhibet Ald. Locum valde corruptum ita restituere mihi visus sum :

——βαῖνε δ' ἐπ' ἄλλως,
γυμναστῶν κατ' ἄεθλα, φίλων δ' ἐπεμαίετο λούτρων.

Noster Eid. XVII. 112.

Οὐδὲ Διωνύσου τις ἀνὴρ ἱεροὺς κατ' ἀγῶνας
ἵκετ'.

v. 59. ἵστατ' ἐπὶ κρηπῖδος Ἔρως. Reiskius, quod utraque Aldina, omisso Ἔρως, exhibuit ἐς ὑδάτωδ' ἐφύπερθεν, ita constituit hunc versum :

εἴσατ' ἀπὸ κρηπῖδος ἐς ὕδατα· τῷ δ' ἐφύπερθεν—

Mihi scribendum videtur

——λαΐνεος γὰρ
ἵστατ' ἐπὶ κρηπῖδος Ἔρως· ὑδάτων δ' ἐφύπερθεν
ἅλατο καὶ τὤγαλμα.

Lectionem ὑδάτων δ' ἐφύπερθεν præbet Ed. Junt. Refert Athenæus veteres in Gymnasiis Amoris statuas locare solitos. Huetius autem de tali Cupidinis simulachro interpretatur Epig. ἀδεσπ. 334.

Ἐν μίκρῳ μεγάλη λούτρῳ χάρις· ἐν δ' ἐλαχιστῷ
γάματι λουομένοις ἡδὺς ἔπεστιν Ἔρως.

v. 60. vid. p. [418]

v. 61. νᾶμα δ' ἐφοινίχθη. Certissima est Sanctamandi emendatio pro αἷμα. Ald. ἅμα. Pro ἐπενάχετο conjecit Græfius ὑπενάχετο.

v. 63. στέργετε δ' ὔμμες αἶται. Correxit Casaubonus. Vulgo αἴτας aut εὖητες.

EIDYLLIUM XXIV.

QUIDAM tribuunt hoc Eidyllium Moscho aut Bioni. Profecto suavissime dormituros infantes Alcmena mater consopire satagit. Insunt tamen in eodem nonnulla præterea, sublimius excogitata et dicta, quæ Bionis et Moschi genium non modo minime sapiunt indolemque, sed eorum vires longe videntur excedere. Equidem nihil video quo minus hoc carmen Eidyllis poetæ nostri rite possis annumerare. Est quidem ubi Theocritus insurgit, et carminis heroici majestatem feliciter exprimit. (WARTON.) Vide Philost. Icon. p. 869.

V. 1. Μιδεᾶτις. V. supra Eid. XIII. 20.

v. 2. νυκτὶ νεώτερον Ἰφικλῆα. Plautus, Act. I. Sc. 2. 24.

Sed Alcumenæ hujusce honoris gratia
Pater curavit uno ut foetu fieret;
Uno ut labore absolvat ærumnas duas,
Et ne in suspicione ponatur stupri.

v. 4. χαλκείαν κατέθηκεν ἐς ἀσπίδα. Ita pro ἐπ' ἀσπίδα ex Vat. Cod. recepit Brunckius. Non inepte autem scutum pro cunis Herculi assignat poeta. Contra in Epig. ἀδεσπ. 379. reprehenditur sculptor quod Christum recens natum, pacis inter homines auctorem, in scuto, non in cunis, jacentem repræsentaverit:

Ὦ πόσον εὐήθης ὁ ζωγράφος, ὅττι χάρασσε
κοίρανον εἰρήνης ἀσπίδι τικτόμενον.

Ibid. Πτερελάου. Pterelas, sive Pterelaus, Neptuni et Hippothoes filius, Teleboarum et Taphiorum in Echinadibus insulis degentium rex. Hesiodus in scuto, v. 15. de Amphitryone:

——— οὐ γὰρ (οὐ δὲ Herm.) οἱ ἦεν
πρὶν λεχέων ἐπιβῆναι εὐσφύρου Ἠλεκτρυώνης,
πρὶν γε φόνον τίσαιτο κασιγνήτων μεγαθύμων
ἧς ἀλόχου, μαλερῷ δὲ καταφλέξαι πυρὶ κώμας
ἀνδρῶν ἠρώων Ταφίων ἰδὲ Τηλεβοάων.

Pete etiam historiam ex Scholiaste ad Apoll. Rhod. I. 747. et 8. Tzetz. ad Lycoph. Cassand. v. 932.

v. 6. *ἀπτομένα δὲ γυνὰ κεφαλᾶς.* Κεφαλᾶς est genitivus singularis, licet sequatur *παιδῶν* numero plurali. Sic apud *τοὺς Ο'*. Reg. IV. 10. 6. *Λάβετε τὴν κεφαλὴν ἀνδρῶν τῶν υἱῶν τοῦ κυρίου ὑμῶν, καὶ ἐνέγκατε πρός με.* Et Moschus in Epigrammate dixit *αὐχενα ταύρων*. Possis tamen hoc loco *κεφαλᾶς* pro accusativo *κεφαλὰς* accipere. Ultimam enim circumflectere amant Dores.

v. 7. *εὕδετ' ἐμὰ βρέφεα.* Votum mulieris suavissimum numerosis valde mellitisque versiculis exprimitur. Eadem ferme næniolæ formula Danae utitur in eximio fragmento Simonidis apud Dionys. Halicarn. *κέλομαι, εὕδε, βρέφος, κ. τ. λ.* (WARTON.)

Ibid. *ἐγέρσιμον ὕπνον.* Mortem *νήγρετον ὕπνον* vocat Moschus, Eid. III. v. 111. Infra, pro *ἴκοισθε*, al. *ἴδοιτε*.

v. 11. *ἅμος δὲ στρέφεται.* De Orionis ortu supra Horizontem hæc intelligo, apparente humero sinistro; tunc enim maxime deprimitur Helice, quæ tamen Græcis nunquam occidit, sed tantum natare videtur. Sique hanc cœli positionem nocte media contingere imaginemur, necesse erit ut Sol circa Virginis gradum 17^m. sit positus, adeoque anni tempestas erit circa initium Septembris, quam hic describi verisimile videtur. Aliter intelligendus est Hesiodi locus, Εργ. 598.

εὖτ' ἂν πρῶτα φανῇ σθένος Ὠρίωνος.

De ortu scilicet Heliaco, qui fit circa mediam æstatem. (TAYLOR.) Linea per corpus et caput Ursæ ducta in Orionem incidit, et propterea *κατ' Ὠρίωνα στρέφεσθαι* dicitur ea, non quod vicinum, aut etiam ex adverso positum, in cœlo locum obtineant. Similiter Homerus, Il. Σ. 487.

Ἄρκτον θ' ἣν καὶ ἅμαξαν ἐπίκλησιν καλέουσιν,
ἥ τ' αὐτοῦ στρέφεται, καί τ' Ὠρίωνα δοκεύει.

Ubi videndus Clarkius. Cæterum quod hic describitur, si ad literam interpreteris, semel tantum in quolibet anno fit: quapropter poetice non Astronomice hæc dici existimandum est, et definiri solummodo tempus illud, " cum medio volvuntur sidera lapsu." *Αὐτὸν κατ' ἐξόχην* addi videtur, quo designetur eximius

istius sideris nitor, ut apud Aratum, Phænom. v. 730. *αὐτὸν ἐπ' Ὠρίωνα μένων·* ubi vide Schol. et apud eundem supra, v. 322.

> λοξὸς μὲν ταύροιο τομῇ ὑποκέκλιται αὐτὸς
> Ὠρίων.

v. 13. *αἰνὰ πέλωρα.* Callim. H. in Dian. 51. de Cyclopibus:

> αἱ Νύμφαι δ' ἔδδεισαν ὅπως ἴδον αἰνὰ πέλωρα.

v. 15. *σταθμὰ κοῖλα.* Jacobs. comparat Soph. Œd. Tyr. 1261. *ἐκ δὲ πυθμένων ἔκλινε κοῖλα κλῆθρα.*

v. 16. *οἴκω.* Vox *οἴκω* sive *οἴκου* Reiskio suspecta. Huic sententiæ postulare videtur *φρικτὸν* aut *οὖλον*, i. e. *ὀλοὸν*, aut *οἰκτρὸν*, aut *δεινὸν*, *horrendum interminans*. Monet Kiesslingius *οἶκος* hoc loco significare *cubiculum*, non *totam domum*.

Ibid. *ἀπειλήσασα φαγεῖν.* *ἀπειλήσαντα* conjecit Hemsterhusius, ut ad *πέλωρα* referri possit; idque placet Valckenærio. At *πέλωρα* nimis distat. Vulgatum *ἀπειλήσασα* tamen vix genuinum esse potest. Forsan totus versus 16. a glossatore inepto est adsutus. (DAHL.) Astipulor omnino viris doctis, tum in *οἴκου*, tum in *ἀπειλήσασα*, hærentibus. Neque placet *ἀπειλήσαντα*· non quod a substantivo nimium distare putem, sed quod ita non constet temporum ratio; nam deberet esse *ἀπειλοῦντα*. Interpunctione solum mutata vide an melior sensus effici possit.

> Τᾶμος ἄρ' αἰνὰ πέλωρα δύω, πολυμήχανος Ἥρη,
> κυανέαις φρίσσοντας ὑπὸ σπείραισι δράκοντας,
> ὦρσεν ἐπὶ πλατὺν οὐδὸν, ὅθι σταθμὰ κοῖλα θυράων,
> οἴκῳ ἀπειλήσασα, φαγεῖν βρέφος Ἡρακλῆα.

Ut *φαγεῖν* pendeat ab *ὦρσεν*.

v. 17. *τὼ δ' ἐξειλυσθέντες.* Hoc ex Ed. Flor. dedit Stephanus. Al. *ἐξειλυσθέντε* numero duali, quod prætulit Valckenærius. Sed hiatus mihi non arridet. Græfius emendat *τοὶ δ' ἐξειλυσθέντες*.

v. 19. *ἐρχομένοις.* Reiskius explicat, *inter eundum*. Piersonus primum *σπερχομένοις*, deinde *δερκομένοις* conjecit.

Utrumque absque necessitate. Citat Toupius Apoll. Rhod. IV. 1541.

ὡς δὲ δράκων σκολίην εἰλιγμένος ἔρχεται οἶμον,
— — — ἐν δὲ οἱ ὄσσε
σπινθαρύγεσσι πυρὸς ἐναλίγκια μαιμώοντι
λάμπεται.

v. 20. λιχμώμενοι. Secundum illud Virgilii,

Sibila lambebant linguis vibrantibus ora.

v. 22. φάος δ' ἀνὰ οἶκον ἐτύχθη. Forte velis lumen ex oculis serpentum. Sublimior tamen longe, magisque poeticus erit ornatus, si intelligas lucem quandam miram et portentosam, quæ media quidem caligine comitabatur hæc nocturna monstra. (WARTON.)

v. 28. φάρυγος ὄθι. Obtemperavi viris doctis Brunckio et Valckenærio legentibus ex conjectura ὄθι pro τόθι hic et supra Eid. XXII. 199. Sed τόθι pro ὄθι alibi positum repperi. Pseudo-Homer. Hymn. in Panem, v. 25.

ἐν μαλακῷ λειμῶνι, τόθι κρόκος ἠδ' ὑάκινθος.

Idem, Hymn. ad Apoll.

βῆς δ' ἐπὶ Τιλφούσης τόθι τοι ἄδε χῶρος ἀπήμων.

Vide et Nostrum Epig. IV. vers. 1. Var. Lect.

v. 29. τὰ καὶ θεοὶ ἐχθαίροντι. Imitatur Homerum, Il. Υ. 65.

σμερδαλέ', εὐρώεντα, τά τε στυγέουσι θεοί περ.

v. 31. ὀψίγονον. Si, ut videtur, ad diutinum Alcmenæ partum spectat poeta, verti debuit *sero genitum*, vel *diutino partu editum*. Alcmena de seipsa ait apud Ovidium, Met. IX. 292.

Septem ego per noctes, septem cruciata diebus,
Fessa malis, tendensque ad cœlum brachia, magno
Lucinam, Nixosque pares (vel *pari*) *clamore vocabam.*

Vide Poet. Gr. Ed. Eton. 1795. Sed ὀψίγονος fortasse idem significat quod ὀψιγενής, i. e. ὀψὲ γεννηθείς, *tarde genitus*. De Jove et Alcmena nota historia. Unde apud Lycophronem Hercules vocatur τριέσπερος λέων.

Ibid. ὑπὸ τροφῷ αἰὲν ἄδακρυν. Apud Nonnum, Dionys. IX. p. 162, Bacchus modo natus κοῦρος ἄδακρυς vocatur.

v. 32. ἀκάνθας. Adscripserat annotator Vimariensis hæc. Ἄκανθα κυρίως ἡ σπεῖρα τοῦ δράκοντος. Scholiastes Nicandri ad Theriac. Sic Scholiastes Apoll. Rhod. Arg. IV. τὰ τῶν ὄφεων ὀστᾶ ἄκανθαι λέγεται· ad illa verba, δολιχὴν ἀνελύετ' ἄκανθαν γηγενέος σπείρης. (REISKE.)

v. 36. ἄνστα. Verbi formam similiter variavit Theocritus, Eid. II. 114.

ἦ ῥά με, Σιμαίθα, τόσον ἔφθασας, ὅσσον ἐγώ θην
πράν ποκα τὸν χαρίεντα τρέχων ἔφθαξα Φιλῖνον.

Ibid. ὑπὸ σάνδαλα θείης. Tibull. I. 3. 90.

Tunc mihi qualis eris longos turbata capillos,
Obvia nudato, Delia, curre pede.

Hoc autem una voce per ἀσάνδαλος exprimunt Græci. v. Bion. I. 20. Pro θείης malit Schaferus θείης.

v. 38. οἶδε τε τοῖχοι. οὐδ' ἔτι τοῖχοι corrigit Schraderus ad Musæum, p. 370. Conf. eundem, p. 96. Pro οὐ νοέεις, Ed. Flor. exhibet ἦ οὐ νοέεις. Suspicatur Schaferus,

οὐ νοέεις, ὅτι νυκτὸς ἀωρί που, οἱ δέ τε τοῖχοι —

Id est, *Nonne sentis quod nox est intempesta, et quod hi parietes,* &c.

v. 41. ὁ δ' ἐξ εὐνᾶς. Philostratus, Icon. 5. Ὁ δὲ (Ἀμφιτρύων) ὑπὸ τὴν πρώτην ἀγγελίαν σπασάμενος τὸ ξίφος, εἰς ἄμυναν ὁμοῦ ἐπέστη τοῖς δρωμένοις.

v. 42. ὄρρ' οἱ ὕπερθε. Hic unus est ex iis locis in quibus dativum οἱ digamma non admittere diximus. At legendum videtur ὅ οἱ. Nam Ϝ præcedentem vocalem potest producere. (TAYLOR.) Hanc suspicionem confirmat Codex Vaticanus exhibens ὅ οἱ.

v. 43. κεδρίνω. Valckenaerius male κεδρίνῳ. Epitheton decet κλιντῆρα, non τὸν πάσσαλον. Homer. Od. I. 440. Bion. Eid. I. 74. (SCHAFER.)

v. 45. [illegible] praeiimus post μέγα. [illegible] Schol. ad Soph. Aj. p. 233 (Kiessl.)

v. 47. ἄϋσεν. Αὔω pro *voco*, cum accus. plus semel ab Homero usurpatur.

Ibid. ὕπνον βαρὺν ἐκφυσῶντας. Ita apud Virg. *toto proflabat pectore somnum.*

v. 48. οἵσετε πῦρ. Notandum τὸ πῦρ pro lumine accipi apud Græcos. Quo de sensu doctissimus Munckerus ad Antonin. Liberal. (WARTON.)

v. 50. ἄνστατε, δρῶες. Inter versum 50 et 51. hæc interserta dicuntur in Cod. Vat.

ἦ ῥα γυνὴ Φοίνισσα μύλαις ἔπι κοῖτον ἔχοισιν.

Inter versum 49 et 50 forte legi potuerunt sic scripta:

ἦ ῥα γυνὴ Φοίνισσα μύλαις ἔπι κοῖτον ἔχοισα,
ἄνστατε, δμῶες ταλασίφρονες· αὐτὸς ἀϋτεῖ.

qua in sede mihi genuina videntur: illud αὐτὸς famulæ Phœnissæ potius convenit quam ipsi hero. (VALCKENAER.) Nequaquam assentior Valckenaerio hos versus transponenti, sed puto post v. 49 nonnulla deesse. Ἦ ῥα ad verba aliqua præcedentia necessario referri debent, non ad sequentia. Ut facilius intelligatur quid velim, hos versus habe, Lector, non quales scripsisset Theocritus, sed quales ipse fortasse, si hoc argumentum tractavissem.

Ὡς φάτο· τοῦ δ' ἠκουσε διαπρυσίως ἰάχοντος
ὀτρηρὴ θεράπαινα, καὶ ἔκθορεν, ὦρσε δ' ἐπ' ἄλλους·
ἄνστατε δμῶες ταλασίφρονες· αὐτὸς ἀϋτεῖ.
ἦ ῥα γυνὴ Φοίνισσα μύλαις ἔπι κοῖτον ἔχοισα.

Αὐτὸς, κατ' ἐξοχὴν, *ipsum herum* significat.

v. 53. ἦτοι ἄρ' ὡς εἴδοντ'. Posses etiam per elisionem legere ἦτ' ἀρ'. Pro εἴδοντ' malim εἰδόν γ'. Unus Codex exhibet εἴδον. Morel. εἰδόν τ'. At confert Kiesslingius Hom. Il. Δ. 374. οἵ μιν ἴδοντο πονούμενον.

v. 55. συμπλήγδην ἰάχησαν. Hæc ita interpungit Reiskius, atque sic interpretatur. "Constrepebant et vociferabantur omnes uno velut ictu manus, uno momento, quasi uno vocis conflictu vociferationibus omnium eodem temporis momento perrumpentibus, et inter se collisis." Vulgo distinctio ponitur post συμπλήγδην. Cæterum non male conjecit vir quidam

doctus, cujus Notas in Theocritum inspicere mihi contigit, legendum esse *συμβλήδην ἰάχησαν*, i. e. *simul, confertim exclamarunt*, eodem fere sensu quem vulgatæ lectioni tribuit Reiskius. Vulgatum simpliciter vertit Kiesslingius *complosis manibus exclamarunt*.

v. 56. *ἐπάλλετο*. Latinus Interpres, *exiliebat*, tanquam pro *ἐφάλλετο*. Portus a *πάλλομαι vibror, jactor*, eodem sensu, deducit. Mihi videtur in voce media sumendum pro *vibrabat*. Sic Homerus, sensu activo, Il. *ω*. 400.

τῶν μεταπαλλόμενος, κλήρῳ λάχον ἐνθάδ' ἕπεσθαι.

vid. p. [417] (TAYLOR.)

v. 60. *ξηρὸν ὑπαὶ δείους*. Citat Toupius Homerum, Il. K. 376. *χλωρὸς ὑπαὶ δείους*. v. Archil. Fragm. 16. Supra, pro *βάλε*, legit Schaferus *λάβε*. Vocem *ἀκράχολος* adhibuit Aristophanes in Equit. v. 43.

ἄγροικος ὀργὴν, κναμοτρωξ, ἀκράχολος.

Ubi hæc Bisetus: *Ὁ ἀκράχολος ὑπὸ Θεοκρίτου, Εἰδ. α. καλῶς χαρακτηρίζεται,*

καί οἱ ἀεὶ δριμεῖα χολὰ ποτὶ ῥινὶ καθῆται.

v. 62. *ἐμνάσατο κοίτω*. Sic *ναυτιλίας μιμνάσκετο*. Eid. XIII. 27. Exempla plurima collegit Cl. Rittershusius ad Oppianum, Hal. I. 291. Quibus addam illud Coluthi de Venere, v. 155. (WARTON.) Locis citatis addere etiam potuisset Wartonus Homer. Od. *η*. 138.

ὦ πυμάτῳ σπεύδεσκον, ὅτε μνησαίατο κοίτου.

et *υ*. 138.

ἀλλ' ὅτε δὴ κοίτοιο καὶ ὕπνου μιμνήσκοιτο.

Neque aliena est phrasis apud Nostrum, Eid. XIII. 12. *ποτὶ κοῖτον ὀρφῆν*.

v. 63. *ὄρνιχες*. Græcis *ὄρνις Avem* in genere, et speciatim *Gallum* significat. Sic apud Aristoph. *Ορνιθ*. v. 102. Epopa rogat Evelpides utrum *ὄρνις* sit an *ταώς*, hoc est, utrum *Gallus* an *Pavo*.

Ibid. *τρίτον*. Apud Lucian. Dial. Meretr. II. Tryphæna juveni quocum cubuerat mane ait, *Ἀλλ' ἄπειμι· καὶ γὰρ ἤδη*

τρίτον τοῦτο ἦσεν ἀλεκτρυών. Gallus enim, ut aiunt, a media nocte canere incipit, deinde medio inter μεσονύκτιον et Auroram spatio rursus canit, quem proin cantum secundum vocant. Ejus meminit Aristophanes. Εκκλ.

οὐδ' εἰ μὰ Δία τότ' ἦλθες, ὅτε τὸ δεύτερον
ἀλεκτρυὼν ἐφθέγγετο.

Et Juvenalis, IX. 107.

Quod tamen ad galli cantum facit ille secundi,
Proximus ante diem caupo sciet.

Infra pro τόκα Porsonus et Schaferus ὅκα.

v. 65. χρέος. Al. τέρας. Infra pro νοέοντι, al. νοέοιντο.

v. 67. μηδ' εἴ τι. Transit poeta a persona sua ad personam Alcmenæ. De hac re ita Longinus, §. 24. Ἔτι γε μὴν, ἔσθ' ὅτε περὶ προσώπου διηγούμενος ὁ συγγραφεὺς, ἐξαίφνης παρενεχθεὶς εἰς τὸ αὐτὸ πρόσωπον ἀντιμεθίσταται. καὶ ἔστι τὸ τοιοῦτον εἶδος ἐμβολή τις πάθους.

Ἕκτωρ δὲ Τρώεσσιν ἐκέκλετο, μακρὸν ἀύσας,
νηυσὶν ἐπισσεύεσθαι, ἑᾷν δ' ἔναρα βροτόεντα·
Ὅν δ' ἂν ἐγὼν ἀπάνευθε νεῶν ἐτέρωθι νοήσω,
αὐτοῦ οἱ θάνατον μητίσσομαι·

Et paulo post: ἐψύχετό γαρ εἰ παρενετίθει, ἔλεγε δὲ τοιά τινα, καὶ τοῖα ὁ Ἕκτωρ. Locus est Hom. Il. O. 346. (Taylor.) Pro καὶ ὡς conjecit Schaferus τί δ' ὡς, sic ut post v. 70. ponatur signum interrogandi. Hermannus, servato καὶ ὡς, putat post v. 69. excidisse aliquid. Locum optime illustravit Taylorus.

v. 68. αἰδόμενος ἐμὲ κρύπτε. Vox ἐμὲ omittitur in uno Cod. Taylorus ob metrum malit σύ με κρύπτε.

Ibid. οὐκ ἔστιν ἀλύξαι. Orpheus, Argon. v. 107.

ἀλλ' οὐκ ἐσθ' ὑπαλύξαι ἃ δὴ πεπρωμένα κεῖται.

v. 70. μάντ' Εὐηρείδα. Ita per elisionem exhibetur scriptum in Ed. Etonensi: nescio an recte, sed ita dedi, ut melius quam vulgatum μάντι Εὐηρείδα. Forte autem legendum πάντ', Εὐηρείδα.

v. 71. τὼς ἔλεγεν βασίλεια. Articulum desidero, neque placet hiatus. Utrique malo medeberis ita legendo:

τὼς ἔλεγες, βασίλεια· σὲ δ' ἀνταμείβετο τοίως.
Verum in his nihil variant Codd. nisi quod pro τῶς, al. τόσσ', et pro τοίως al. τοῖος. Forte τοίοις.

v. 72. ἀριστοτόκεια. Hom. Il. Σ. 54. ᾤμοι δυσαριστόκεια. Oppian. Cyneg. I. 6.

Νύμφη ἀριστοπόσεια, λεχὼ δέ τε καλλιτόκεια.

Ibid. Περσήϊον αἷμα. Alcmena Electryonis filia, Persei autem neptis erat. De Hercule infra, Eid. XXV. 172.

——γένος δέ μιν εἶναι ἔφασκεν,
εἰ ἔτεόν περ ἐγὼν μιμνήσκομαι, ἐκ Περσῆος.

v. 72. *θάρσει. Hic versus in duobus Codd. repertus jam tandem in contextum revocatur. Sensus videtur esse: *Confide, atque ex iis quæ eventura sunt quod optimum est in animo tuo fige, atque de eo solum cogita.* Sed a Cod. Vat. abest vox θέσθαι, cujus loco conjecerat Valckenaerius legendum βάλλε. Quod forsitan melius. Theognis, v. 1046. σὺ δ' ἐν θυμῷ καὶ φρεσὶ ταῦτα βάλε. Quanquam hoc sensu vox media plerumque adhibetur, quemadmodum apud Homerum passim, σὺ δ' ἐνὶ φρεσὶ βάλλεο σῇσι.

v. 74. χειρὶ κατατρίψοντι. Dedit Stephanus καταστρέψοντι, quod præfert Kiesslingius, quoniam mulieres nentes filum non conterunt, sed versant. Displicet mihi hiatus, sed consentientibus Codd. non ausim quicquam mutare.

v. 78. ἀπὸ στέρνων πλατὺς ἤρως. Ita supra, Eid. XVI. Cycnus vocatur θῆλυς ἀπὸ χροιᾶς.

v. 80. πεπρωμένον. i. e. πέπρωται. qua quidem constructione nihil frequentius apud Græcos. Est tamen ubi viros doctos fefellit. Thucyd. lib. vii. cap. 77. προπέμπεται δ' ὡς αὐτοὺς· καὶ ἀπαντᾷν εἰρημένον, καὶ σιτία ἄλλα κομίζειν. Id est, καὶ εἴρηται αὐτοὺς (τοὺς Σικελοὺς) ἀπαντᾷν. Vide infra, cap. 80. Perperam explicat Æmilius Portus εἰρημένον, ἐροῦντα, κελεύσοντα.

v. 81. πυρὰ Τραχίνιος. *Rogus Thessalicus.* Nam rogum quo conflagravit Hercules Græci πυρὰν ut plurimum vocant. In summo autem vertice Œtæ Montis Hercules fuit crematus; et

Trachinius idem est ac Thessalus, a Trachine civitate Thessaliæ, quæ Heraclea ab Hercule cognominata est. Inde Sophoclis Tragœdia, *Trachiniæ*, nomen duxit. (HARLES.)

v. 82. γαμβρὸς δ' ἀθανάτων. Id est, Junonis.

v. 84. ἔσται δὴ τοῦτ' ἆμαρ. Num hæc ex sacris literis, nempe ex Iesaia propheta, cap. 2. sumpta sint, uti Wartonus opinatur, dubitat Harlesius. Ego autem hos duo versus, utpote a sensu hujus loci alienos, pro spuriis habenti non repugnaverim.

v. 85. καρχαρόδων. *Asperos dentes habens*, a κάρχαρος. Nonnus, Dionys. lib. xli.

Ἄρης καρχαρόδων θανατηφόρον ἰὸν ἰάλλων.

In Lexicis est καρχαρόδους. Canum mordacium Epitheton. Huic loco aliquid simile habet Virgilius, Ecl. V. 61.

Nec lupus insidias pecori, nec retia cervis
Ulla dolum meditantur.

v. 87. κάγχανα. Ap. Rhod. I. 1182. ἔνθα δ' ἔπειθ' οἵ μεν ξύλα κάγχανα, κ. τ. λ. De Aspalatho vide supra Eid. IV. 57. Omnibus spinarum generibus vim noxarum depellendarum inesse veteres existimaverunt. Paliurus, monente Schrebero, est Rhamni species. Virg. Ecl. V. 39.

Carduus et spinis surgit Paliurus acutis.

v. 88. αὖον ἄχερδον. Homerus, Od. ξ. 10. καὶ ἐθριγκώσεν ἀχέρδῳ. Ubi hæc Scholiastes: Ἄχερδος ἐστὶν ἀκανθώδες φυτὸν ἐξ οὗ τὰς αἱμασίας ποιοῦσι· ἔνιοι δὲ ἀπέδοσαν τὴν ἀγρίαν ἄπιον· ἀκανθώδης γαρ αὐτὴ εἴωθεν εἶναι. Pyrum sylvestrem esse vult Jacobsius ad Alcæum Messenium, Epig. 18. Rationem nominis reddit Etym. M. p. 181. Ἄχερδος, ἡ ἀγρία ἄπιος, ἄχερός τις οὖσα, ἢ δυσχερὴς ταῖς χερσὶ λαβέσθαι· καὶ πλεονασμῷ τοῦ δ, ἄχερδος, ὡς δρίω, δρίδω. Est et nomen loci alicujus apud Soph. Œd. Col. 1592. κοίλης τ' Ἀχέρδου.

v. 89. σχίζαισι. Σχίζη est *lignum sectum*, a σχίζω. Il. B. 425. τά μεν σχίζησιν ἀφύλλοισιν κατέκαιον.

v. 92. *ῥιψάτω εὖ μάλα πᾶσαν.* Similiter Virgilius, Ecl. VIII. 102.

Fer cineres, Amarylli, foras, rivoque fluenti,
Transque caput jace, nec respexeris.

Et Nemesianus, Ecl. IV. 64.

——— *cineresque aversa effudit in amnem,*
Incendens vivo crepitantes sulfure lauros.

Hunc morem respexit Euripides, Androm. 293. *εἴθε δ' ὑπὲρ κεφαλᾶς ἔβαλεν κακὸν ἄτις τέκεν πότε Πάριν.*

v. 93. *ῥωγάδας ἐς πέτρας.* Legi volebat Stephanus *ῥωγάδος ἐκ πέτρας.*

Ibid. *ὑπερούριον.* i. e. *ὑπερόριον, ultra terminos ditionis suæ.* Vulgo *ὑπὲρ οὔριον, in ventum secundum.* Correxit Brodæus. Solebant veteres ossa facinorosorum hominum et morte datorum ultra limites patriæ suæ ejicere, ne superstites ignominia eorum contaminarentur. Hunc morem tangit poeta. Sed audiamus Kiesslingium de hoc loco disserentem. "Nisi cogitamus fluvium et arcto alveo decurrentem, et ipsos ditionis terminos alluentem, ancilla non potuit cineres ultra ditionis terminos ejicere. Cineres autem in aquam abjectos fluvio auferri, et extra terminos avehi, hoc non inest in *ὑπερούριος.* Quamobrem aut *ὑπερούριον* sic est intelligendum, ut ancilla jubeatur cineres ita super fluvium jacere, ut a vento auferantur, aut duce loco Virgiliano legendum *ὑπὲρ ὦμιον.*" Imo, si quid mutandum, duce loco Virgiliano lege *ὑπερούριος.*

v. 94. *ἄστρεπτος.* Tryphiodorus, vers. 114.

ὄμματος ἀστρέπτοιο βολὴν ἐς γαῖαν ἐρείσας.

Ibid. *καθαρῷ δὲ πυρώσατε δῶμα θείῳ.* Tibullus, I. 5. 11.

Ipseque ter circum lustravi sulfure puro.

Ubi frustra mallet Broukhusius *sulfure vivo.*

v. 96. *θαλλῷ ἐπιῤῥαίνειν ἐστεμμένον.* Lego cum Schafero *ἐστεμμένοι,* et interpretor: *Coronas capite gerentes spargite aquam puram circa domum ramo virente.* Aliam etiam conjecturam protulit vir doctus non contemnendam, *ἐστεμμένῳ,*

citans Spanhem. ad Aristoph. Plut. v. 383. Contra Hermannus vulgatum exquisite dictum putat de aqua undique adhærente foliis rami.

v. 97. *Ζηνὶ δ' ἐπιῤῥέξαι.* Ita apud Nonnum, Dionys. lib. xliv. p. 753.

Τειρεσίας δ' ἐκέλευσε θεοπρόπος ἄρσενα ῥέξαι
ταῦρον ἀοσσητῆρα δαφοινήεντος ὀνείρου
Ζηνὸς ἀλεξικάκοιο θεοκλήτῳ παρὰ βωμῷ.

De voce *καθυπέρτερος*, in qua hic ludit poeta, consule Spanhemium ad Callim. H. in Jov. v. 91. Pro *τελέθοιτε* legit Schaferus *τελέθητε*.

v. 99. *ἐρωήσας.* Recte Græfius interpretatur, *removit sellam* et abiit. Ita *ἐρωεῖν* cum accusativo, Homer. Il. N. 57. (KIESSLING.)

v. 101. *νέον φυτὸν ὡς ἐν ἀλωᾷ.* Homerus, Il. Σ. v. 56. de Achille:

——ὁ δ' ἀνέδραμεν ἔρνεϊ ἶσος,
τὸν μὲν ἐγὼ θρέψασα φυτὸν ὡς γουνῷ ἀλωῆς, κ. τ. λ.

Alia loca citat Wartonus, quem consule.

v. 103. *γέρων Λίνος ἐξεδίδασκεν.* Clemens Alex. Strom. I. p. 38. Ed. Potteri, commemorat *Λίνον τὸν Ἡρακλέους διδάσκαλον*. Consulantur quoque Diod. Sic. et Ælianus, Pausanias in Bœot. et Suidas in *ἐμβαλόντα*. (TAYLOR.) Herculem literas ab Orpheo edoctum refert auctor Epigrammatis *ἀδεσπ.* 484.

Οἰάγρου φίλον υἱὸν, ὃς Ἡρακλῆν ἐδίδαξεν,
εὐρὼν ἀνθρώποις γράμματα καὶ σοφίην.

v. 104. *υἱὸς Ἀπόλλωνος.* Virg. Ecl. IV. 55.

Non me carminibus vincet nec Thracius Orpheus,
Nec Linus: huic mater quamvis, atque huic pater adsit,
Orphei Calliopea, Lino formosus Apollo.

Alias Mercurii et Uraniæ natus pingitur. Vide Diog. Laert. in Præf. Schaferus conjungit *ἄγρυπνος* cum *μελεδωνέυς*.

v. 105. *καὶ ἐπίσκοπον εἶναι ὀϊστῶν.* Verte: *et sagittandi peritum esse;* vel corrige cum Wartono, *καὶ ἐπίσκοπον*

εἶναι ὄϊστον. Scilicet ἐπίσκοπος ὄϊστος est *sagitta certa, quæ nunquam aberrat a scopo.* Citat vir doctus versum ex Gregorio Nazianzeno de Virtut. Human.

αἰεὶ μὲν τὸ βέλεμνον ἐπίσκοπον ἐν χερὶ κείσθω.

Semper in manibus tuis sit sagitta scopum ferieus.

Item Oppian. Cyneg. I. 42. βάλλοιμι δ' ἐπίσκοπον ἠχήν· *utinam vox mea scopum feriat,* i. e. perveniat ad aures. Conjecerat Heinsius hoc loco καὶ ἐπὶ σκοπὸν εἶναι ὄϊστον.

v. 106. Εὔρυτος. Eurytus insignis erat jaculator. Ejus mentio fit apud Apoll. Rhod. I. 88. Εὐρύτου, ᾧ πόρε τόξον Ἐχηβόλος: et apud Homer. Od. φ. 31. δῶκε δὲ τόξον, τὸ πρὶν μὲν ῥ' ἐφόρει μέγας Εὔρυτος. Hic Ioles pater erat, Œchaliæ regulus. Confer huc Apollodorum, lib. ii. cap. 6. Pro ἐκ πατέρων in versu sequente præbet Calliergus ἐκ πατέρος. Mercurii filium fuisse refert Apollodorus.

v. 108. Φιλαμμονίδας Εὔμολπος. Tres Eumolpos habet Scholiastes Sophoclis Œd. Col. v. 1046. quorum nemo erat Philammonis filius. Lege Φιλαμμονίδας εὔμολπος, *Philammonides cantu peritus,* et intellige de Thamyri. Suidas: Φιλάμμων ἕτερος ὃν ᾄδουσι Θαμύρου τοῦ Θρακὸς πατέρα γενέσθαι. Hujus Thamyræ vel Thamyris peritia in arte musica nota ex Homero, Ovidio, et aliis. (Taylor.) Ingeniosam viri docti conjecturam lectori proponere mihi visum est, licet ipse secus sentiam.

v. 109. ὅσσα τ' ἀπὸ σκελέων. Designantur παλαισταὶ, *luctatores,* viri qui se mutuo supplantant, circumdatis cruribus corpus torquentes. Theophrastus περὶ ὀψιμαθίας, ad finem: καὶ παλαίων ἐν τῷ βαλανείῳ πυκνὰ τὴν ἕδραν στρέφειν.

v. 112. παμμάχοι. Salmasii conjectura pro πυγμάχοι Codicibus nititur. Monet ille, luculente hic a Theocrito distingui tria certaminum genera, luctam, pugilatum, et Pancratium.

v. 114. Φανοτῆϊ. Φανοτεὺς (alias Φανοτὴ, aut Φανότεια) erat urbs Phocidis, cujus incolæ φανοτεῖς nominabantur. Similiter Θούριοι, *Thurii,* et urbem et incolas urbis significat. Al. Φανοπῆϊ. Pro οὐδ' ἂν legit Gerhardius οὐδέ κε.

v. 122. χρόνῳ διέλυσαν ἱμάντας. Commendatur Amphitryonis peritia ex eo, quod nondum fractos currus servaverat usque dum lora eorum præ vetustate soluta essent. Talem esse loci sententiam monuit etiam Kiesslingius. Græfius: ἐπέβαινε· χρόνος δέ τ' ἔλυσεν ἱμάντας.

v. 125. λόχον τ' ἀναμετρήσασθαι. Hunc locum nemo interpretum intellexit. Nam quod reddunt, *Insidias disponere, hostes aggredientem,* a Græcis toto cœlo aberrarunt. Λόχον ἀναμετρήσασθαι est *Agmen,* sive *aciem hostilem* metiri. "To measure the Enemy's ground." Quod periti et prudentis imperatoris est. Sed de hoc viderint tactici. Recte autem λόχον ἐπιόντα Onosander, Strateg. cap. 28. Δεινότεροι γὰρ οἱ ἐπιόντες φαίνονται λόχοι τοῖς τῶν ὅπλων αἰθύγμασιν. (TOUP.) Immo est: *in impetu faciendo rationem habere insidiarum quas struere possunt hostes.* (KIESSLING.)

v. 127. Κάστωρ ἱππαλίδας. Dixit Oppianus, Cyneg.

ἱππαλέην δ' ἄγρην ὁ φαεσφόρος εὕρετο Κάστωρ.

Sed vox ἱππαλίδας, pro ἱππότης, ex hoc solum loco innotuit. Equidem multis abhinc annis conjeceram pro eo reponendum esse Οἰβαλίδας. Œbalus erat Tyndarei pater, unde etiam Laconia dicta est Œbalia. Ovidius Dioscuros Œbalidas nominat, Fast. lib. v. prope finem:

Effugere Œbalidæ cursu potuere sequentes.

Œbalides etiam dictus Hyacinthus puer, ex Laconia oriundus. Eandem conjecturam postea vidi in mentem venisse viro docto cujus Notas in Theocritum manu scriptas inspicere mihi contigit. Sed vulgata lectio ex loco Oppiani citato quodammodo defenditur.

Ibid. ἔδαεν. *Docuit.* Ut apud Homerum, Od. ψ. 160.

ἴδρις, ὃν Ἥφαιστος δέδαεν καὶ Παλλὰς Ἀθήνη

et alibi. Ad eundem modum et Sophocles τὸ συμμαθεῖν ἀντὶ τοῦ διδάξαι fertur posuisse. Aj. v. 869.

κοὐδεὶς ἐπίσταταί με συμμαθεῖν τόπος.

Quem tamen locum aliter explicat Elmsleius, Mus. Crit. v. I. p. 366. Sic autem Anglice "learn" pro "teach." Shakspere, Two Gentlemen of Verona. Act I. Sc. 5.

And he wants wit, that wants resolved will
To learn his wit t' exchange the bad for better.

v. 129. παρ' Ἀδρήστοιο. Cujus filiam Argeam uxorem duxerat. Vide supra, Eid. XVII., v. 53.

v. 131. ἀποτρίψαι. Ἀποτρίβω, *detero*. Homer. Od. ρ. v. 231.

πολλὰ οἱ ἀμφὶ κάρη σφέλα ἀνδρῶν ἐκ παλαμάων
πλευραὶ ἀποτρίψουσι δόμον κάτα βαλλομένοιο.

Ubi legendum opinor πλευρά γ' ἀποτρίψουσι.

v. 135. μέγας ἄρτος Δωρικός. Φησὶ δὲ τοὺς ἀκαθάρτους καὶ εὐτελεῖς ἄρτους, οὓς ὁ Θεόκριτος Δωρικούς φησιν. Schol. ad Apoll. Rhod. lib. i. v. 1077.

v. 136. ἀσφαλέως κε. Optativus κορέσσαι pendet ex δεῖπνον· quare minorem distinctionem posui post Δωρικός. Quod et factum est in Editione Etonensi.

v. 137. τυννόν. Vox inter rariores numeranda: τυννοῦτος tamen (vel τυνοῦτος) eodem sensu ab Aristophane plus semel usurpatur.

Ibid. ἐπ' ἄματι. *Post diem*. v. J. Gronov. ad Lucian. T. I. p. 538. sq. Alio sensu ἐπ' ἤματι legitur Homer. Il. X. 48. ubi Scholia explicant ἐν μιᾷ ἡμέρᾳ. Add. Iliad. XIX. 229. Hesiod. O. et D. 43. Denique Iliad. XIX. 110. ἐπ' ἤματι τῷδε, *hoc die*. (KIESSLING.)

v. 138. κνάμας. Neque initium neque finem huic Eidyllio deesse mihi videtur, secundum aliquorum sententiam, sed opus omnibus numeris absolutum esse.

EIDYLLIUM XXV.

Λείπει ἡ ἀρχή. Initium hujus Eidyllii a nugaci quodam Græculo confictum profert Scaliger. De meritis universi operis diversa est doctorum sententia. Ego inter pulcherrima antiqui-

tatis monumenta habeo. Utrum vero sit Theocriti, necne, non definio. Homeri ubique imitatio est manifesta.

V. 1. *ἐπιβουκόλος ἀνήρ.* Homer. Od. γ. 422. *ἐλάσῃ δὲ βοῶν ἐπιβουκόλος ἀνήρ.* Vide Warton. qui plura ejusmodi exempla collegit. In nonnullis autem MSS. exhibetur *φυτῶν ἐπίουρος ἀροτρεύς*· atque ita edidit Gaisfordius. *Ἐπίουρος*, interprete Etym. M. est *ὁ ἐφεστηκὼς φύλαξ, παρὰ τοῦ ὁρῶ.*

v. 4. *δεινὴν ὄπιν.* Al. *ξείνην.* Lectionem vulgatam contra Koehlerum bene defendit Harlesius, allegato Diphili loco apud Athenæum, lib. vi. p. 238. *ἀγνοεῖς ἐν ταῖς ἄραις ὅτι ἐστιν, εἴ τις μὴ φράσῃ ὀρθῶς ὁδόν.*

Ibid. *εἰνοδίοιο.* Mercurius *εἰνόδιος* memoratur in Epigrammate ab Huschkio edito, Anal. Crit. p. 232.

ὡς θέμις, Ἑρμείην εἰνόδιον τίετε.

Duos etiam primos versiculos ejusdem Epigrammatis placet exhibere, propter levem mendam, quam tollere aggrediar.

τᾷδ' ὑπὸ τὰν ἄρκευθον ἴτ' ἀμπαύσοντες ὀδῖται
γυῖα παρ' Ἑρμείᾳ σμικρὸν ὁδοῦ φύλακι.

Ita lege, non *ἀμπαύοντες.*

v. 6. *εἴ κεν ὁδοῦ ζαχρεῖον.* Hac constructione offensus Græfius legit

εἴ κεν ὁδοῦ χρῄζοντ' ἀπανήνηταί τις ὀδίτην.

Dixit Nonnus, Dionys. lib. xxi. p. 370.

——*ὀδίτην*
πομπὸν ἀναγκαίης διζήμενον ἀτραπιτοῖο.

Equidem conjeceram *ὅτου ζαχρεῖον, cujuscunque rei indigum;* vel *τοῦ.* V. infra, v. 35. Hunc autem adjectivum, ut mihi quidem videtur, desiderat Æschylus, in *Ἱκέτισιν*, v. 200. Lego nimirum,

αἰδοῖα καὶ γόεδνα καὶ ζαχρεῖ' ἔπη
ξένους ἀμείβεσθ', ὡς ἐπήλυδας πρέπει.

Vulgo *τὰ χρεῖ' ἔπη.* Obiter etiam moneo, in v. 210 ejusdem Tragœdiæ vocem *χρεῖος* iterum corrupte legi:

μέμνησο δ' εἴκειν· χρεῖος εἰ ξένη φυγάς.

Pro his rescribo,

μέμνησο δ' εἴκειν κρείσσοσι ξένη φυγάς.

v. 9. νέμονται ἐπ' ὄχθαις ἀμφ' Ἐλισοῦντος. Editio Juntina ita scriptum exhibet hunc versum:

ἄλλαι μεν ῥα νάοντος ἐπ' ὄχθαις ἀμφ' Ἐλινοῦντος.

Unde equidem legendum putem,

ἀλλ' αἰ μεν ῥ' Ἐλισοῦντος ἐπ' ὄχθαις ἀμφίνεμονται.

Sed hi circumpascuntur ad ripas Elisuntis.

Vel divisim, ἀμφὶ νέμονται, sub. τὸν χῶρον. "Elisson (Ἐλίσσων) sive Elissa, fluvius est Elidis, regionis fertilissimæ, haud longe ab Olympica regione. v. Hemsterhus. qui mallet Ἐλίσοντος, ad Aristoph. Plut. p. 181. Buprasius, locus Eleæ regionis." (HARLES.) Infra, pro ἑκάστοις, al. ἑκάσταις.

v. 15. Μηνίου ἄμμεγα τῖφος. Ita Apoll. Rhod. I. 127. Ἐρυμάνθιον ἄμμεγα τῖφος. Vide supra ad Eid. XX. 39. Menium fluvium Peloponnesi in mare Ionium prope Promontorium Chelonatem exeuntem memorat Strabo. Al. Πηνειοῦ, unde Heynius ad Apollodorum nostro loco scribi jubet Πηνεοῦ, ut in Pindaro est Ἀλφεοῦ pro Ἀλφειοῦ. Peneus est fluvius Elidis. Vide Kiesslingium, qui hanc lectionem unice veram putat.

v. 16. λειμῶνες θαλέθουσιν. Codices subministrant, pro vulgatis λειμῶνές τε φέρουσιν. Pro ὑπόδροσοι in iisdem est ὑπὸ δρόσῳ. Al. ὑπὸ δρόσον. Verbum θάλλω sensu transitivo exhibuit Pindarus, Ol. III. 40. ἔθαλλε χῶρος δένδρεα. De phrasi pleonastica εἰς ἅλις vide supra, Eid. XX. 39.

Ibid. εἰαμεναί τε. Hesych. Εἰαμενὴ τόπος ὅπου πόα φύεται. Etym. M. p. 295. 16. Εἰαμενὴ σημαίνει τὸν κάθυγρον καὶ σύμφυτον τόπον. Recte, puto, derivatur ab εἵαται, Ion. pro ἧνται, unde participium εἰαμένος, sic ut proprie significetur regio humilis, ad fluvium, paludem, mare. (KIESSLING.) Ita supra Eid. XIII. ἠμένῳ ἐν χώρῳ.

v. 18. ἐπιδέξια, i. e. κατὰ τὰ ἐπιδέξια μέρη. Al. ἐπὶ δεξία. Una voce legitur apud Pindarum, Pyth. VI. Strophe β. σύ τοι σχέθων νιν ἐπιδέξια χειρὸς ὀρθὰν ἄγεις ἐφημοσύναν.

v. 19. φαίνεται εὖ μάλα πᾶσα. *Totum aspici potest.*

v. 21. Ἀπόλλωνος νομίοιο. Causam hujus Epitheti reddit Callim. H. in Apoll. 47.

Φοίβον καὶ νόμιον κικλήσκομεν ἐξέτι κείνου,
ἐξότ' ἐπ' Ἀμφρύσῳ ζευγίτιδας ἔτρεφεν ἵππους,
ἠϊθέου ὑπ' ἔρωτι κεκαυμένος Ἀδμήτοιο.

v. 22. ἱερὸν ἀγνόν. Pro ἀγνὸν, monente Stephano, sunt qui legant ἄλσος. Sic Homer. Od. ζ. 322. καὶ τοὶ κλυτὸν ἄλσος ἵκοντο ἱρὸν Ἀθηναίης. Brunckius ex ingenio dedit ἱερὸν ἔρνος, ut apud Virg. Æn. XII. 766.

Forte sacer Fauno foliis oleaster amaris
Hic steterat.

Hemsterhusius metro adversante corrigebat,

χλωρή θ' ἀγριελαί' ὅθ' Ἀπόλλωνος νομίοιο—

Forte legendum ἱερὸν ἔργον, ut referatur ad αὐλις, *stabulum*, quod ab Apolline in gratiam filii sui conditum fingamus. Vide infra, v. 118.

Ibid. τελειοτάτοιο θεοῖο. Hoc Epitheton plerumque Jovi aut Junoni tribuitur, utpote nuptiarum præsidibus. τέλειοι θεοὶ apud Lucianum, Deor. Conc. 15. sunt Dii *præcipui*, vel *summi*, sive, ut quidam volunt, *selecti*. Alibi apud eundem etiam explicantur *Dii justæ ætatis*.

v. 23. εὐθύς. *Proxima boum stabulo.*

v. 25. τριπόλοις σπόρον ἐν νειοῖσιν. Virg. Georg. I. 398. *namque omne quotannis Terque quaterque solum scindendum.* ὁμοίως, puto, ad ἔσθ' ὅτε refertur. Infra, pro ἐύφρονος, al. ἐπίφρονος.

v. 27. οὐρούς. Οὔρους pro οὐρους primus recte scripsit Schaferus; nam est ab οὖρος, οὔρου, pro ὅρος, quæ forma sæpius occurrit apud Hesiod. Vide Bast. ad Gregor. p. 390. (KIESSLING.)

v. 30. πυροφόροι τε γύαι. Apoll. Rhod. I. 796. πυροφόρους ἀρόωσι γύας. Vide Valckenaer. ad Phœniss. Eurip. v. 648.

v. 31. ἀκρωρείας. Scribitur et ἀκρόρειαι Orpheus de Lapid p. 196.

ἔρχομαι εἰς ἀκρόρειαν ἄγων χορὸν ἡδὺν ἑταίρων.

v. 33. ἢ δίκη οἰκήων. Homerus, Od. ξ. 59. ἦ γὰρ δμώων δίκη ἐστί. Sicque τ. 43. αὕτη τοι δίκη ἐστὶ θεῶν. et ω. 254. ἦ γὰρ δίκη ἐστὶ γερόντων. In quibus locis δίκη exponitur *mos*. Potes etiam *sors* interpretari. Male vero Interpres Latinus, *sicut decet*. (TAYLOR.) Lego hoc loco ἢ δίκη, non ἦ δίκη. Ed. Brubach. exhibet ἡ δίκη.

v. 35. οὕτινος ὧδε κεχρημένος εἰλήλουθας. Od. ρ. 421. ὅτευ κεχρημένος ἔλθοι. Monet Kiesslingius hoc participium esse a χρῆμι. Infra, pro ἢ καὶ δμώων, al. ἠὲ δμώων.

v. 38. ἐπεὶ οὐ σέ γε φημὶ κακῶν ἐξ. Pseudo-Homer. H. in Cer. v. 213.

χαῖρε, γύναι, ἐπεὶ οὔ σε κακῶν ἀπ' ἔολπα τοκήων
ἔμμεναι, ἀλλ' ἀγαθῶν· ἐπί τοι πρέπει ὄμμασιν αἰδώς. κ.τ.λ.

v. 39. αὐτὸν. Non redundat hæc vox, sed additur a pastore, respectu habito ad Augeam, Apollinis filium. Infra pro ἐπιπρέπει, tres Codd. ἐπιτρέπει.

v. 43. ἀρχὸν Ἐπειῶν. Secundum Pausaniam, in Eliacis, Jupiter filium genuit Aethlium, a quo Endymion, a quo genitus est Epeus. καὶ ἔσχε τὴν βασιλείαν Ἐπειός· καὶ Ἐπειοὶ πρῶτον τότε ὧν ἦρχεν ὠνομάσθησαν. (TAYLOR.) Homer. Od. ν. 275.

ἢ εἰς Ἦλιδα δῖαν, ὅθι κρατέουσιν Ἐπειοί.

v. 45. μένει. Al. μένῃ, quo recepto κρίνῃσι in κρίνῃσι mutandum fuisse monet Valckenaerius. Edd. Flor. et Rom. dant μένοι.

v. 47. πρέσβυ. Al. τῶνδε, quod verisimiliter putat Dahl. ex versu sequente in libros quosdam irrepsisse.

Ibid. φράσον. i. e. κέλευσον. Dionys. Halicarn. Antiq. Rom. VI. c. 62. φράσασα τηρεῖν ἐπιμελῶς. Ac ne quis offendatur accusativo τινὰ, meminerit eandem esse constructionem verbi κελεύειν, itemque aliorum similium. V. Brunck. ad Apoll. Rhod. IV. v. 1593. et Boissonad. ad Philostr. Her. p. 401. (SCHAFER.) In Eid. XXX. dixit Theocritus εἶπέν τε τοῖς Ἔρωσι τὰ δεσμά οἱ πιλῦσαι, non τῶς Ἔρωτας.

v. 48. *ἐπ' ἀγρῶν τῶνδε γεραίτερος.* Reperiuntur in MSS. *τῶν γεραρώτερος· τῶν γεραρώτατος· τῶν γεραρώτατον.* ex quibus effecerunt, Sanctamandus *ὅστις ἐπ' ἀγρωταὶς γεραρώτατος*, Brunckius *ἐπ' ἀγρωτῶν γεραρώτερος*. *Αἰσυμνήτης* proprie est judex et præses certaminis, *βραβευτής*, *ἐπίσκοπος*· deinde in genere est præfectus, qui aliis a se ordinatis adsignat agenda. Hic *villicum* significat. Infra pro *μέν κ'* duo Codd. *μέν γ'*. Duo alii omittunt *κ'*.

v. 50. *γ' ἐπιδευέα.* γε omittitur in nonnullis. Call. exhibet

ἄλλον δ' ἄλλα ἔθηκε θεός γ' ἐπιδύνεα φωτῶν.

Unde hanc effecit Reiskius:

ἄλλον δ' ἄλλα ἔθηκε θεός γ' ἐπὶ δήνεα φωτῶν.

Alium autem hominem ad alias artes exercendas Deus creavit. In proximo versu, pro *ἀγρώτης*, *ἀροτρεὺς* dedit Brunck. ex duobus Codd.

v. 55. *σφωϊτέρῳ σὺν παιδί.* Apoll. Rhod. III. 335.

——— *οὕνεκεν ἀλκῇ*
σφωϊτέρῃ πάντεσσι μετέπρεπεν Αἰολίδῃσιν.

Quod virtute sua (Jason) *præstaret omnibus Æoli nepotibus.* Ubi Schol. *κακῶς εἶπεν ἐπὶ ἑνικοῦ, ἔστι γὰρ δυϊκόν.* Et infra, v. 395.

εἴτ' οὖν Σαυρομάτας γε λιλαίεαι, εἴτε τιν' ἄλλον
δῆμον σφωϊτέροισιν ὑπὸ σκήπτροισι δαμάσσαι·

Ubi Schol. *κακῶς τῷ σφωϊτέροισιν ἐχρήσατο· ἔδει γὰρ εἰπεῖν τεοῖσι.* Sed nimirum has leges pro libitu suo violant poetæ. *Σφωϊτερος* et *σφέτερος* apud Nostrum idem sonant atque *ἴδιος*. Possis quidem interpretari *σφωϊτέρῳ σὺν παιδί*, *puero ex ambobus orto*, sc. Augea et Phœbo. Sic apud Homer. Od. *ω*. 215. Ulysses de Laerta ad Telemachum locutus,

αὐτὰρ ἐγὼ πατρὸς πειρήσομαι ἠμετέροιο,
αἴκ' ἔμ' ἐπιγνοίη.

Sed hoc subtilius forte quam verius.

v. 56. *χθιζός γ' εἰλήλουθεν.* Pro *χθές*. Ita infra v. 223. *προδείελος ἔστιχεν.* Atque hinc, ut videtur, Porsonus ad Eid. XIII. v. 69. legebat *μεσονύκτιοι ἐξεκάθαιρον*, pro

μεσονύκτιον. Vide doctissimum Dobræum ad istius viri Aristophanica, p. 192. Al. χθιζὸς ὀγ', et ὄδ'.

Ibid. ἀπ' ἄστεος. Quum Elis nondum ætate Homeri, multo minus Herculis, condita esset, vel poeta anachronismum h. l. admisit, (quanquam poetæ res et epitheta etiam a postmodo natis petere solent, ut Virgil. Æn. I. 2. *Lavinaque venit litora*, h. e. in quibus urbs *Lavinium* aliquando erat condenda,) vel ἄστυ hic et v. 153. significat regiam villam, sedem seu aulam regis, quæ est opinio Wartoni. (HARLES.) Forte ἄστυ hoc loco sonat simpliciter *oppidum* sive *pagus*, quem sensum inesse voci πόλις suspicatus sum ad Eid. XVII. v. 82.

Ibid. ἤμασι πολλοῖς. Verte *post multos dies*. Chariton. II. 3. Ἐν τοῖς παραθαλασσίοις, ὦ δέσποτα, χωρίοις οὐ γέγονας πολλῷ χρόνῳ· καὶ ποθεῖ τὰ ἐκει τὴν σὴν ἐπιδημίαν· ἀγέλας σε δεῖ καὶ φυτείας θεάσασθαι. Homer. Od. ο. 504.

ἐσπέριος δ' εἰς ἄστυ ἰδὼν ἐμὰ ἔργα κάτειμι.

v. 59. αὐτοῖς κηδομένοισι. Proverbium est apud Plutarchum, περὶ παίδων ἀγωγῆς. p. 32. παίνει τὸν ἵππον ὁ βασιλέως ὀφθαλμός. Pro αὐτοῖς, al. αὐτός.

v. 61. ἵνα κεν τέτμοιμεν ἄνακτα. Legendum, ni fallor, τέτμωμεν, ex Canone Dawesiano.

v. 63. χειροπληθῆ τε κορύνην. Observat doctissimus Clarkius κορύνη penultimam corripere, ut apud Nostrum, Eid. VII. 23. adeoque hoc Eidyllium non esse Theocriti, sed recentioris cujusdam poetæ autumat. Hom. Il. H. 141. Sed quamvis non illum habuerit parentem, (quod pro certo nolim affirmare,) non potest esse poetæ multum recentioris. Imo vero Aratus Nostri coætaneus hanc syllabam producit, Phænom. 639.

καρτερὸς Ὠρίων στιβαρῇ ἐπέκοπτε κορύνῃ:

Et Hesiodus, Ασπ. 288.

——— οἵ γε μὲν ἤμων
αἰχμῇς ὀξείῃσι κορυνιόωντα πέτηλα.

Sic enim ibi legendum esse docent Guietus et Grævius. (TAYLOR.) Apud Pindar. Isthm. VI. 69. Hercules de se: ὥσπερ τόδε δέρμα με νῦν περιπλανᾶται | θηρὸς, ὃν πάμπρωτον ἀέθλων | κτεῖνά ποτ' ἐν Νεμέᾳ. (KIESSLING.)

v. 65. ἀψ δ' ὄκνῳ. Indecorum putabant antiqui hospitem aliquem ignotum de nomine suo interrogare. Apud Phœaces Homericos hospitio et convivio excipitur Ulysses, nulli Phœacum cognito ejus nomine, quod nec aliquis adhuc audebat exquirere. Hoc erat antiquitus inter hospitii jura et consuetudines. (WARTON.) Alia est vis locutionis λάζεσθαι μῦθον apud Hom. Il. Δ. 357. (KIESSLING.)

v. 66. μή τι οἱ. Deest hic versus tribus MSS. Quod ad syntaxin attinet, confer Eid. XXI. 53. 57. XXII. 93. Eurip. Orest. 1417.

v. 68. τοὺς δὲ κύνες. Omnia hæc de canibus ex Odyssea manifesto desumpta sunt. Lib. xiv. 29.

ἐξαπίνης Ὀδυσῆα ἴδον κύνες ὑλακόμωροι,
οἱ μὲν κεκλήγοντες ἐπέδραμον.

— — — —

τοὺς μὲν ὁμοκλήσας σεῦεν κύνας ἄλλυδις ἄλλη
πυκνῇσιν λιθάδεσσι.

Omnia verissime describunt, idque suavissime, Græci poetæ. Ita et canes adblandiuntur Telemacho, XVI. 4. Olet hoc carmen, ut verum fatear, Odysseam. (WARTON.)

v. 69. ἀμφότερον ὀδμῇ τε χροός. τ' ante ὀδμῇ, cum desit Juntinæ, et sensui nocere existiment, omiserunt nuperi Editores. Sed al. legitur ἀμφότερα, et ἀμφότερον γ'. Forte ἀμφοτέρους.

v. 72. κλάζοντε. Ego κλάζοντε in duo vocabula divisi, et pro γ' dedi θ', ut κλάζον sit pro ἔκλαζον. Una allatrabant, et adblandiebantur ex altera parte. Latrabant enim ignotum sibi Herculem ex altera parte, ex altera vero adulabantur seni sibi noto. (REISKE.) Brunckius edidit

——— τὸν δέ ἑτέρωθεν
ἀχρεῖον κλάζον τε περίσσαινόν τε γέροντα.

Equidem corrigebam,

ἀχρεῖον κλάζοντες ὑπέσσαινον γ' ἑτέρωθεν.

Verbo ὑποσαίνω utitur Ap. Rhod. III. 396. ἴσκεν ὑποσσαίνων ἀγανῇ ὀπί.

v. 73. *ἀπὸ χθονὸς ὄσσον ἀείρων.* Ὄσσον est *tantummodo*. Saxum tollebat humo (senex) tantummodo terroris ergo, non autem vere conjiciebat. (Reisk.) Brunck. ex Codd. Vat. et Flor. pro ὄσσον, retulit ἄσσον, quod, ut mihi quidem videtur, multo deterius est vulgato. Pro τριηχύ, al. πολλά.

v. 77. *αὐτοῦ γ' οὐ παρεόντος.* Al. παν. Mallem *αὐτοῦ κ' οὐ παρεόντος, etiam ipso absente.* Et hæc de Homero. Od. ξ. 526.

——— χαῖρε δ' Ὀδυσσεύς,
ὅττι ῥα οἱ βιότου περικήδετο νόσφιν ἐόντος.

v. 81. *ᾧ τε χρή.* Forte ᾧ τ' ἐχρῆν, vel ᾧ τε χρῆν. In versu sequente pro τοι al. οἱ. Mox ζάκοτόν τι pro τε restituit Valckenaerius ex Cod. Flor.

v. 84. *ἴξον ἰόντες.* Ita legendum conjecerat Valckenaerius ex Homerico illo, Il. K. 470.

αἶψα δ' ἐπὶ Θρηκῶν ἀνδρῶν τέλος ἴξον ἰόντες.

Quod et Codices confirmant. Vulgo ἵζον, quod et ipsum defendi posset ex Homero, Od. α. 370.

Ἠῶθεν δ' ἀγορήνδε καθεζώμεσθα κίοντες.

Et χ. 375,

ἀλλ' ἐξελθόντες μεγάρων, ἕζεσθε θυραζε
ἐκ φόνου εἰς αὐλήν.

v. 85. *Ἥλιος μὲν ἔπειτα.* Huic versui præfigitur in Ed. Call. &c. novus titulus hic: Ἐπιπώλησις· omissus in Ed. Steph. Debebat saltem in margine annotari. Agunt nempe sequentia de circuitione Augeæ, comitante filio et Hercule, per stabula sua, inspiciendæ rei familiaris ergo. Vid. v. 108. Ejusmodi tituli particularum singularium a majoribus operibus veluti separatarum probe teneri debent, quia Grammatici Poetas secundum ejusmodi particulas citare solent. Quis nescit Homerum ita distributum esse, et ita citari solere, ἐν τῷ Καταλόγῳ, ἐν τῇ Νεκυίᾳ, ἐν ταῖς Λιταῖς, ἐν τῇ ψυχοστασίᾳ, &c. Ita quoque hujus Eidyllii pars prima Αὐγείου κλῆρος citabatur, media ἡ ἐπιπώλησις, tertia denique, seu postrema, Ἡρακλῆς λεοντοφόνος· et videtur tam hoc carmen, quam superius, frag-

mentum operis magni esse, quod Pisander Camirensis de rebus ab Hercule gestis condidit. (REISKE.)

v. 86. δείελον ἦμαρ. *Tempus vespertinum.* Ita Homer. Od. ρ. v. ult.

τέρπονθ' ἤδη γὰρ καὶ ἐπήλυθε δείελον ἦμαρ.

v. 87. αὔλια τε σηκούς τε. Malit Taylorus ob metrum αὔλια τε σταθμούς τε· et sane hæc duo conjungit Apoll. Rhod. Arg. II. 142.

οἱ δ' ἤδη σταθμούς τε καὶ αὔλια δηϊάασκον.

Sed mutationem minus necessariam puto. Vocula τε etiam alibi per cæsuram producitur; e. g. apud Apoll. Rhod. III. 458. αὐδή τε, μῦθοί τε, (nisi forsitan eo in loco vi liquidæ extendi existimes,) et Hom. Od. ε. 395. ἔγκατα τε σάρκας τε. Αὔλια sunt ovium aut caprarum cohortes, sive caulæ; σηκοὶ stabula tecta, non majorum solum pecudum, ut putat Harlesius, sed omnigenarum. Videsis locum quem ex Homero prolaturus sum ad v. 97.

v. 90. ὅσσα τ'. Al. ἄσσα τ', quod melius putat Taylorus. Particulæ τε vim non capio. Forte ἄσσα γ' ἐν. Asteriscum huic versui præfigit Calliergus.

v. 94. τῶν μέν τ' οὔτις ἀριθμος. Al. μέν γ' οὔτις. Vide infra, v. 138.

Ibid. γίνετ' ἰόντων. Al. γίνεται ὄντων. In sequente versiculo προτέροισι pro πρώτοισι ex Cod. Flor. restituit Valckenaerius.

v. 98. οὐδ' ἄνυσις. *Neque modus, neque finis.* Hesych. Ἄνυσις, περαίωσις. Sed Apoll. Rhod. II. 310. dixit ἄνυσίν τε κελεύθου. Ubi Schol. ἀστείως καὶ καιρίως ταυτῇ τῇ λέξει ἐχρήσατο· ἀνύσαι γὰρ κυρίως τὸ μετὰ καμάτου τι ποιῆσαι. Soph. Phil. v. 712. ἀνύσειε γαστρὶ φορβάν. Atque hinc in eodem Dramate, supra, v. 43. forsitan legendum,

ἀλλ' ἢ 'πὶ φορβῆς ἄνυσιν ἐξελήλυθεν.

Ubi vulgo νόστον.

v. 96. ἐπὶ βουκόλι' ἥει. Callierg. ἐπὶ βουκόλος ἵκει. Sententia utriusque lectionis eodem redit, nisi quod in Calliergi

lectione vocabulum *τόσσα* adverbialiter accipiendum est pro *τοσσάκις, toties;* in altera idem vocabulum est adjectivum *tot. Tot greges alii aliis superveniebant,* aut, *toties bubulcus alius alium urgebat, et excipiebat.* (REISKE.) *ἐπιβουκόλι'* una voce legendum censet Portus. Vide supra v. 1. et infra, v. 151. Calliergus habet *ἐπὶ βουκόλος ἵκει.*

v. 97. *στείνοντο.* Vulgo vertitur *resonabant.* At apud Homerum legitur, Od. ι. 219.

ταρσοὶ μὲν τυροῦ βρίθον, στείνοντο δὲ σηκοὶ
ἀρνῶν ἠδ' ἐρίφων.

Ubi Schol. *Στείνοντο, ἐστενοχωροῦντο.* Placet Tayloro Porti conjectura legentis hoc loco *θείνοντο,* ut Virg. Æn. V. 140. *ferit aurea sidera clamor.* Cod. Vat. exhibet *τείνοντο.* Posses item legere *στεῖνον δέ τε.*

v. 100. *ἀπειρεσίων περ ἐόντων.* Cod. Flor. *παρεόντων.* Ed. Brubach. *ἀνηρίθμων περ ἐόντων.* Αρυσιπερ Call. cum asterisco versui præfixo. Monet autem Kiesslingius verba hæc accipienda esse de infinita boum, non hominum, multitudine.

v. 101. *κεχρημένος ἔργου.* V. supra, vers. 35. Phrasis *ἔργοιο χατίζων* occurrit apud Hesiod. Εργ. 21.

v. 103. *ἀράρισκε.* Hesych. *Ἀράρισκε, περιάρμοζεν.* Pro *παρασταδὸν, παραστάδος ἐγγὺς, prope januam,* corrigit Toupius. Sed objicit Brunckius hac significatione *παραστάδες* in numero multitudinis, non *παραστὰς* usurpari, neque opus fuisse ut singulæ ad portam adducerentur mulgendæ boves. Genuinum videtur *περισταδὸν,* quod præbet unus Codex apud Gaisf. Græfius pro *αμέλγων* legi jubet *ἀμέλξων,* quod pœne necessarium putat Kiesslingius. Infra, pro *φίλα τέκνα,* al. *νέα τέκνα.*

v. 105. *λαροῖο μεμαότα.* Vulgo ita scribitur hic versus;

πινέμεναι λιαροῖο, πέπληντο δέ πάγχυ γάλακτος.

Mira sane variatio. *πιέμεναι* mallet Brunck. quod et in MS. reperiri monet Gaisfordius. Nos reponimus

πινέμεναί μεμαῶτα· πέπληντο δὲ πάγχυ γάλακτος.

Cod. Vat. exhibet *μεμαῶτα*. Cæterum locum hunc imitatus est Longus, lib. ii. p. 107. Ed. Dutens. *Ἤμελγε μὲν εἰς γαυλοὺς τὸ γάλα· ἐπεπήγνυ δὲ ταρσοῖς τοὺς τυρούς· προσέβαλλε ταῖς μητράσιν ἄρνας καὶ τοὺς ἐρίφους.*

v. 105. *ἄλλος τρέφε πίονα τυρόν.* *Στρέφε* e Vat. Cod. recepi: *versabat manibus caseum pinguem:* scilicet ut in orbem formaretur. *τρέφειν γάλα, lac cogere,* nota locutio, sed *τρέφειν τυρὸν* an recte diceretur dubitari potest. (Brunck.) Verbum *τρέφω* in caseo conficiendo est usitatissimum. Homer. Il. E. 902.

ὡς δ' ὅτ' ὀπὸς γάλα λευκὸν ἐπειγόμενος συνέπηξεν
ὑγρὸν ἐὸν, μάλα δ' ὦκα περιτρέφεται κυκόωντι.

Ubi recte Schol. *περιτρέφεται, περιπήγνυται. ὅθεν καὶ ἡ τροφαλίς.* Ita scribendus iste locus. Confer Suid. v. *Τρέφεσθαι,* et viros doctos ad Moerin, v. *Τροφαλίς.* (Toup.) Al. etiam legitur *στέφε,* quod interpretari possis *miscebat.* Hesych. *Στέψαι, κεράσαι.*

v. 108. *ἐπὶ πάντας ἰὼν θηεῖτο βοαύλους.* Similis constructio apud Apoll. Rhod. Arg. ii. 590.

Εὔφημος δ' ἀνὰ πάντας ἰὼν βοάασκεν ἑταίρους.

v. 110. *βαρύφρονος.* Pro *πολύφρονος* ex Cod. Flor. dedit Valckenaer. In illo Cod. etiam legitur *σὺν κάρτος τε βίην τε.* Augeas autem apud Ap. Rhod. et alibi, Jasoni adfuisse dicitur in expeditione Argonautica, quem Hercules etiam comitatus est.

v. 114. *βοῶν τό γε μυρίον ἔθνος.* Al. *ἔργον.* Ed. Flor. habet *ὁμῶς τότε.* In duobus Codd. legitur *θεῶν τόδε μυρίον ἔδνον.* Brunckius edidit *θεῶν τόδε μυρίον ἔργον.* Vide nos ad vers. 22. In v. 117. pro *οἵγε,* al. *οἵτε.*

v. 119. *περὶ πάντων.* Al. *παρὰ πάντων,* quo sensu apud Theocr. Eid. XVII. 96.

τόσσον ἐπ' ἄμαρ ἕκαστον ἐς ἀφνεὸν ἔρχεται οἶκον
πάντοθε.

Infra pro *ἐκείνου βουκολίοις,* al. *ἐκείνοις.*

v. 122. *αἵτ ἔργα καταφθίνουσι νομήων.* Paulo rarior hæc constructio. Homer. Hymn. in Vener. 285.

φάσθαι τοι Νύμφης καλυκώπιδος ἄγγονον εἶναι,
αἳ τόδε ναιετάουσιν ὄρος.

V. Porson. ad Eur. Orest. 910. (SCHAFER.) Interdum etiam a plurali ad singularem fit numeri conversio, ut apud Apoll. Rhod. III. 948.

——— πᾶσαι δέ οἱ, ἤντιν' ἀθύροι
μολπήν, οὐκ ἐπὶ δηρὸν ἐφήνδανον ἐψιάασθαι.

Terent. II. 2. 18.

——— *adeone* homines *immutarier*
Ex amore, ut non cognoscas eundem *esse?*

Pro καταφθίνουσι h. l. al. legitur καταφθείρουσι. Infra, pro αἰεὶ ἀμείνους, αἰὲν scribendum censebat Is. Vossius; atque ita ediderunt Brunck. et Valck.

v. 133. γαυρίωντο. Hanc conjecturam meam confirmant Codices Dorvilliani. Eurip. Orest. 1532. ξανθοῖς βοστρύχοις γαυρούμενος. Vulgo legebatur hoc loco γαυριόωντες.

v. 136. κατὰ χροὸς ἧεσαν ὀσμήν. *Cutis odorem sequebantur.* Reposuit Valck. ex duobus Codd. et Ed. Flor. pro lectione vulgata κατὰ χροὸς ἧεσαν ὁρμήν, *corporum impetu ruebant.* Jam conjecerat Reiskius ὀδμάν. Κατὰ φήμην ἰέναι dixit Longus, in Prooemio. In v. praecedente ἀγροτεράων significat *in agris agentium.*

v. 137. λεύσσοντε. Mihi placeret λεύσσοντι, quod Reiskio in mentem venit. Brunck. λεύσοντι. In Codd. λεύσσονται et λεύσοντε. Kiesslingius vulgatum probat, citans, de usu dualis pro plurali, Matth. Gr. Gr. p. 417. sqq.

v. 139. ἠδ' ὑπεροπλίῃ. Brunckius, ἢ θ' ὑπεροπλίῃ. Edd. Flor. et Rom. ὑπεροπλίης.

Ibid. Φαέθων μέγας. Ap. Rhod. III. 245.

——— ἐπωνυμίην Φαέθοντα
ἔκλεον, οὕνεκα πᾶσι μετέπρεπεν ἠϊθέοισι.

v. 140. ἐν ἄλλοις βουσὶν. Non dissimilis est descriptio Hom. Il. B. 480.

ἠΰτε βοῦς ἀγέλῃφι μέγ' ἔξοχος ἔπλετο πάντων
ταῦρος· ὁ γάρ τε βόεσσι μεταπρέπει ἀγρομένοισι.

Ubi nollem Clarkium defendisse lectionem alteram *ἀγρομένῃσι*· quippe non modo præcedens *πάντων*, sed sequens *ἠρώεσσιν* masculinum genus postulant. Multoque humilior fit imago si Agamemnon inter heroas cum tauro inter vaccas conferatur. (TAYLOR.)

v. 142. *σκύλος αὖον.* Al. *σκύτος*, quod a metro respuitur.

v. 148. *ἐπὶ νεῦρα τανυσθεὶς μυών.* Melius dedissem *περὶ νεῦρα.* Qui *μυῶν* casu genitivo legunt, videntur in metrum peccare. Vide Eid. XXII. 48. Ὁ *μυὼν* proprie est *περιεκτικὸν, ὡς περιέχον τὰς μύας· μύες δὲ σάρκες συνεστραμμέναι καὶ νευρώδεις.* Homer. Il. Π. 323.

——— *πρυμνὸν δὲ βραχίονα δουρὸς ἀκωκὴ*
δρύψ' ἀπὸ μυώνων.

v. 153. *λιπόντε κατ' αὐτόθι.* Κατὰ conjungendum cum *αὐτόθι*, non cum *λιπόντε.*

v. 155. *ὅθι πρώτιστα.* Monet Schaferus *ὅθι* referri ad *τῇ*, v. 159. *Λαοφόρον καθ' ὁδὸν* legitur apud Homer. Il. O. 682. *ὅρους* pro *ὅθι* præstant tres Codd. apud Gaisf.

v. 156. *ἐξανύσαντες.* Legendum *ἐξανύσοντες.* Phyleum enim et Herculem colloquentes, non in via publica, sed in semita (compendii ergo) iter facere, satis docent v. 160, sq. et v. 189—191. (SCHAFER.) Nondum a me impetrare possum, ut, vulgata lectione repudiata, viri eximii sententiam meam faciam, quum illa lectio omni orationis seriei quam maxime congrua esse videatur. " Ubi primum per semitam per vinetum ducentem viam publicam ingressi erant, ibi tum Phyleus, qui adhuc præ festinatione, et quoniam in via angusta non juxta Herculem incedere, ejusque dicta facile intelligere poterat, tacuerat, interrogare cœpit." (KIESSLING.) Verbum *ἐξανύω* eodem sensu adhibuit Euripides, Orest. 1701. *λαμπρῶν ἄστρων πόλον ἐξανύσας.* Infra pro *σταθμοῦ*, al. *σταθμῶν.*

v. 158. *οὔτι λίην ἀρίσημος.* Contra apud Ap. Rhod. I. 545.

——— *μακραὶ δ' αἰὲν ἐλευκαίνοντο κέλευθοι,*
ἀτραπὸς ὡς χλοεροῖο διειδομένη πεδίοιο.

v. 160. *ἰόντα.* A Toupio repositum, pro *ἐόντα*, confirmat Codex unus Dorvillianus.

v. 161. *ἦκα.* *Paululum.* Formula *ἦκα παρακλίνας κεφαλὴν* sumpta est ex Homero, Od. *v.* 301.

v. 163. *ὡσεί περ σφετέρῃσιν.* Vocem *σφετέρῃσιν* pro *ἐμῇσιν* usurpatam hic videmus, uti et *ὡσεὶ*, quod est *ὡς εἰ*, valetque *quasi, tanquam si, ac si,* pro simplici *ὡς, sicut:* quorum utrumque nemo non Græcorum reformidasset. (Dawes.) Dawesius dum sententiam suam confirmare conatur, oblitus fuisse videtur, quanta fuerint vel in uno Aristophane loca, quæ contra sententiam, metrum, et linguæ indolem peccarent, quæ nihilominus Aristophanea judicabat, utcunque corrupta a librariis, itaque ab eo emendata; aut quanta sint quæ adhuc Criticorum operam expectent. Quidni igitur in causa fuerit librarius, aut nescio quis, cur *ὡσεί περ* male scriberetur? *Ὡσεί περ*, inquam; etenim *σφέτερος* pro *ἐμὸς*, etiam renitente Dawesio, videtur esse bene Græcum. Cf. Canter. Novar. Lect. lib. v. cap. 13. qui ibi locum ipsum Theocriti adhibet, et exemplum quoque affert ex Ap. Rhod. lib. iv. 1353.

μητέρι δὲ σφετέρῃ μενοεικέα τίσαι ἀμοιβὴν,
ὧν ἕκαμεν, δηρὸν κατὰ νηδύος ὕμμε φέρουσα.

Dearum jussa sociis refert Jason, atque adeo pro "vestræ matri vos gestans," dixit "nostræ," vel "meæ, matri, nos gestans:" Interpretes vero utrinque reddunt "vestræ." Adde Ap. Rhod. III. 304. et habemus *σφέτερος* de tribus personis usurpatum, eodem modo quo *ἑὸς*, et Latinum *suus.* (Burgess.) *Σφέτερος* de tribus personis etiam apud Theocritum invenies; de prima hoc loco; de secunda Eid. XXII. 67. nisi illic ad *ὄμματα* referri debeat; de tertia Eid. XXI. 21. Quod ad *ὡσείπερ* attinet, mendam tollere conatus est Wartonus legendo *ἄκουσα, ὥσπερ ἐγώ.* Burgessius *ὡς ἤπερ· sic uti meo pectore agito, recolo.* Sed locus hic, ut credo, prava tantummodo interpunctione laborat. Rescribo,

—— *μῦθον ἀκούσας*
ὡσείπερ, σφετέρῃσιν ἐνὶ φρεσὶ βάλλομαι ἄρτι.

βάλλομαι ἐνὶ φρεσὶν, ὡς ἀκούσας. Mente recolo, utpote qui audiverim. Ὡς, *ὥστε, ὡσεὶ, ὡσείτε*, atque adeo *ὥσπερ* et

ὡσείπερ, quasi, apud poetas diversum in sententia locum occupant. Pindar. Pyth. I. Strophe γ. *Ἄνδρα δ' ἐγὼ κεῖνον αἰνῆσαι μενοινῶν, ἔλπομαι μὴ, χαλκοπάραον ἄκονθ' ὡσαίτ', ἀγῶνος βαλεῖν ἔξω. Virum autem ego illum laudare cogitans, spero non aureum quasi jaculum extra certamen me jacturum.* Atque hinc corrigendus mihi videtur Euripides, in Phœnissis, v. 861.

ὡς πᾶσ' ἀπήνη, πούς τε πρεσβύτου φιλεῖ
χειρὸς θυραίας ἀναμένειν κουφίσματα.

Lego nimirum,

ὡς πᾶς, ἀπήνης ὥστε, πρεσβύτης φιλεῖ
χειρὸς θυραίας ἀναμένειν κουφίσματα.

Quoniam omnis senex amat expectare levamen externæ manus, quasi currus.

v. 164. *ὡς νέος ἀκμήν.* Res est nullius momenti qua ætate fuerit hic vir ab Argis profectus; neque ita scripsisse Theocritum mihi verisimile videtur. Auget hanc suspicionem varietas lectionis quæ est in quatuor Codd. ubi exhibetur *ὡς μέσος ἀκμῆς.* Quare audacter corrigo *εἰς* vel *ὣς μέσον ἄμμιν.* Ait postea, v. 179.

εἰ σύ γ' ἐκεῖνος, ὃν ἄμμιν ἀκουόντεσσιν ἔειπε
οὔξ Ἑλίκηθεν Ἀχαιός.

Item Eid. XXII. 183. *ὁ δ' εἰς μέσον ἦλυθε Λυγκεύς.*

v. 165. *Ἑλίκης.* Helice oppidum Achaiæ ad sinum Crissæum, postea maris impetu haustum. Ovid. Met. XV. 293.

Si quæras Helicen et Burin, Achaidas urbes,
Invenies sub aquis.

Argos, v. 170, *ἱερὸν* vocatur ob Junonis Argivæ cultum. *Τίρυνθα* formatur a nominativo *Τίρυνς,* quæ item erat urbs Peloponnesi. Infra pro *Ἀργείων* legit Brunckius *Ἀργείός τις.*

v. 171. *αὐτόθεν.* Citat Schaferus Thucyd. V. 83. *ἐκ τοῦ Ἄργους αὐτόθεν.* Hom. Od. ν. 56. *αὐτόθεν ἐξ ἐδρέων.* Herod. VIII. 64. *αὐτόθεν ἐκ Σαλαμῖνος.* Heliodor. p. 2. Cor. *αὐτόθεν ἀπὸ τᾶς ῥαχίας.*

v. 173. *ἐκ Περσῆος.* Tiresias ad Alcmenam, Eid. XXIV. 72.

θάρσει ἀριστοτόκεια γύναι, Περσήϊον αἷμα.

v. 174. Αἰγιαλήων. Tota Peloponnesus dicta fuit Αἰγιάλεια, teste Eustathio, ab Ægialo primo Sicyoniorum rege.

v. 176. καρτερὸν ἔργον. Est quædam in collocatione horum verborum ambiguitas, quam ita legendo sustuleris;

— δέρμα δὲ θηρὸς ἀριφραδέως ἀγορεύει
χειρῶν καρτερὰ ἔργ', ὅ τι σοὶ περὶ πλεῦρα καλύπτει.

Unus Codex apud Gaisf. dat ὅ τις.

v. 178. εἰ ἐτύμως. Ex Hom. Il. B. 299.

——— ὄφρα δαῶμεν
εἰ ἐτεὸν Κάλχας μαντεύεται, ἠὲ καὶ οὐχί.

v. 183. οὐ μὲν γάρ κε τοσόνδε. Hujus rei rationem reddit Æschylus in Ἱκέτισιν, v. 270. a me, uti spero, non infeliciter emendatus.

Χώρας γὰρ ἐλθὼν Ἄπις ἐκ Ναυπακτίας,
ἰατρόμαντις παῖς Ἀπόλλωνος, χθόνα
τήνδ' ἐκκαθαίρει κνωδάλων βροτοφθόρων·
τὰ δὴ παλαιῶν αἱμάτων μιάσμασι
χρανθεῖσ' ἀνῆκε γαῖα μηνίσαι δάκη,
βρύχονθ' ὅμιλον, δυσμένη συνοικίαν.

In penultimo versu vulgo legitur μήνη καὶ δάκη, adversante Canone Porsoniano. μηνίσαι est Infinitivus pendens a verbo ἀνῆκε. Sic apud Homerum, Od. ξ. 465. καὶ ὀρχήσασθαι ἀνῆκε. βρυχονθ' ex conjectura dedi pro δράκονθ'. Apidem a quo dicta est hæc regio Phoronei fuisse filium a Rhiano affirmat Stephanus; at Pausanias Telchinis fuisse autumat. Infra, v. 185. pro ἔρνος Lennepius conjecit ἔθνος.

v. 187. ψεύδεσθαι ὁδοιπόρον. Etiam apud nos mendacia viatorum in proverbium abierunt.

v. 188. χαριζόμενον παρεοῦσιν. Γλώσσης χαρίζεσθαι est γλώσσης χάριν φέρειν, *in gratiam præsentium vana loqui*. Pro παρεοῦσιν, al. παριοῦσιν, *adcedentibus ad se percunctandi causa*, ut a Kiesslingio explicatur.

v. 189. ἐξηρώησε. Verbum rarius esse monet Kiesslingius. V. Hom. Il. ψ. 468.

v. 190. ὄφρα κιοῦσιν ἅμα σφίσιν ἄρκιος εἴη. Lego, ὀφρα κ' ἰοῦσιν.

v. 191. καί ῥά τε. Supervacaneum est τέ. Lege καί ῥά κε.

v. 192. τοίῳ προσελέξατο μύθῳ. De hac phrasi dubito. Aliud est loquendi genus apud Q. Smyrnæum, I. 98, μάλα τοῖα ἐῷ προσελέξατο θύμῳ, *hæc verba ad suum animum locuta est*. Forte legendum τοίῳ προσεδέξατο μύθῳ.

v. 194. κατὰ σταθμήν. Metaphora ex amussi petita. Tryphiodorus, v. 62.

——κοιλήνας ὁπόσον νεὸς ἀμφιελίσσης
ὀρθὸν ἐπὶ σταθμὴν μέγεθος τορνώσατο τέκτων.

v. 195. ἀμφὶ δέ σοι. Vulgatum ἀμφὶ ad genitivum πελώρου referendum prorsus ineptum censet Græfius. (KIESSL.) Atqui non video quomodo aliter explicari possit hic locus, nisi ἀμφὶ ponatur sensu τοῦ ἀμφίς.

v. 199. οἷον δ'. Al. οἷον τ'. Οἷον adverbialiter positum pro μόνον non memini legisse. Forte reponendum τοῖον δ'. i. e. τοῖον πῆμα. Vide Blomfield. ad Æsch. Agam. v. 129.

v. 200. Φορωνήεσσιν. Phoroneus, Inachi filius, Argivorum rex.

v. 201. ἐπικλύζων, ποταμὸς ὡς. Al. ἐπικλύζων ad ποταμὸς refertur. In duobus MSS. est ποταμός γ' ὡς. Pro ἄμοτον, al. ἄμοτος.

v. 202. Βεμβιναίους. Bembina, vicus Nemeæ, unde leo de quo hic agitur Βεμβινήτης dicebatur. Panyasis, Ἡρακλείας, l. i.

δέρμα τε θήρειον Βεμβινήταο λέοντος.

v. 203. ἀγχίμολοι ναῖον. Al. ἀγχίμοροι, et in fine versus, Ed. Rom. παθόντες ἄτλητα. Unde conjecit Taylorus legendum esse πάσχοντες ἄτλητα· vel saltem ναίοντ' ἄτλητα παθόντες. Verum ναίομαι sensu activo mihi insolentius videtur. P. l. οἳ, ἔθεν ἀγχίμολοι, ναῖον γ' ἄτλητα παθόντες.

v. 205. κτείναι δέ μ' ἐφίετο θηρίον αἰνόν.

Geminum inesse huic loco sensum monet Reiskius, alterum quem Interpres ei tribuit, alterum hunc: *præcipiebat enim ut ego sevam belluam occiderem.* At sic subintelligendum esset μοί. Ita Epig. VIII.

Ξεῖνε, Συρακόσιός τοι ἀνὴρ τόδ' ἐφίεται Ὄρθων.

Citat Schaferus Soph. Phil. 618. κάρα τέμνειν ἐφεῖτο τῷ θέλοντι.

v. 207. ἐτέρηφι δὲ βάκτρον. Hom. Od. ι. 318.

Κύκλωπος γὰρ ἔκειτο μέγα ῥόπαλον παρὰ σηκῷ, χλωρὸν, ἐλαίνεον, τὸ μὲν ἔκπασεν ὄφρα φορείη αὐανθέν.

v. 209. εὔμετρον. i. e. *justæ mensuræ.* Infra pro ὄθι, al. ὅπη λῖς ἦεν. Λῖς περισπωμένως scribi debere monet Brunckius.

v. 212. στρεπτῇ. στρεπτὴν Brodæus, quod præstare judicat Taylorus.

Ibid. ἐπέλασσα κορώνῃ. Ed. Flor. ἐπέκελσα. Κορώνη h. l. est τὸ ἄκρον τοῦ τόξου, εἰς ὃ ἡ νευρὰ δέδεται. Alias hujus vocis interpretationes vide apud Hesychium. Apud Homerum, Od. φ. 138. legitur

αὐτοῦ δ' αὖ βέλος καλῇ προσέκλινε κορώνῃ.

Ubi scribit Eustathius nonnullos τὸ τῆς θύρας ἐπίσπαστρον interpretari.

v. 213. ἐχέστονον. Videtur hæc dictio a Nostro composita ad imitationem Homerici ἐχεπευκές, nam alibi eam vix invenies. (TAYLOR.)

Ibid. εἶθαρ ἔβησα. In nonnullis legitur παρὰ δ' ἰὸν ἐχέστονον εἰσανέβησα. Infra pro γ' ἐμὲ κεῖνον, dedit Brunckius γ' ἐμ' ἐκεῖνον· cui scripturæ favent aliquot Codd. in quibus est δέ μ' ἐκεῖνον, et τί μ' ἐκεῖνον.

v. 216. οὐδέπη. Vulgo οὐδ' ὅπη, quod mihi non displicuisset; sed viris doctissimis Valckenaerio et Gaisfordio οὐδέπη ex conjectura Is. Vossii reponentibus obtemperare tutius duxi. Quidam MSS. exhibent οὐδενὸς ἴχνια τοῖα. Pro ὠρυθμοῖο, al. ὠρυγμοῖο.

v. 218. *ἐπὶ βουσὶ καὶ ἔργοις.* Homer. Od. κ. 98.

ἔνθα μὲν οὔτε βοῶν οὔτ' ἀνδρῶν φαίνετο ἔργα.

v. 222. *πρίν γ' ἰδέειν.* Al. *πρὶν ἰδέειν* V. supra, Eid. III. 37.

v. 228. *ἐν ῥίῳ ὑλήεντι.* Valckenaerius contendit poetam scripsisse *ἐν δρίῳ ὑλήεντι, in arboreto sylvoso.* Wartonus malit *ἐν τρίβῳ ὑλήεντι, in semita frondosa,* quod dant aliqui Codd. oblitus *τρίβος* fœminini esse generis. Vulgata lectio bene se habet. Inter arbores, sed in excelso loco, se condebat Hercules, unde longius speculari posset. Homerus, Od. ι. 190. Polyphemum *ῥίῳ ὑλήεντι* comparat:

——— *οὐδὲ ἐώκει*
ἀνδρί γε σιτοφάγῳ, ἀλλὰ ῥίῳ ὑλήεντι
ὑψηλῶν ὀρέων.

v. 233. *διέδραμεν.* Al. *διέδρακεν* et infra pro *ὑπ' ὀδόντας ἔφηνε,* al. *ὑπέδειξεν ὀδόντας.*

v. 236. *ἀσχαλόων ὅτι μοι πρὶν.* Legendum puto *ὅτι μ' ὁ πρίν.* Sic apud Homer. Il. Λ. 376.

καὶ βάλεν, οὐδ' ἄρα μιν ἄλιον βέλος ἔκφυγε χειρός.

v. 241. *αὐερύειν.* Morel. *αὖ ἐρύειν.* Quæ sanior videtur scribendi ratio. Quippe ita apud Homerum extat. Adeoque apud Hesych. in *Αὐερύοντα,* corrigit Salmasius. (Taylor.)

v. 242. *παρ' ἰγνύῃσιν ἔλιξε κέρκον.* Homer. Il. Υ. 170.

οὐρῇ δὲ πλευράς τε καὶ ἰσχία ἀμφοτέρωθε
μαστίεται, ἑὲ δ' αὐτὸν ἐποτρύνει μαχέσασθαι.

Item Hesiodus, Ασπ. 430.

γλαυκιόων ὅσσοις δεινὸν, πλευράς τε καὶ ὤμους
οὐρῇ μαστιόων, ποσσὶ γλάφει.

Vide etiam Lucanum, I. 208.

v. 243. *αὐχὴν θυμοῦ ἐνεπλήσθη.* Ita in pulcherima illa equi descriptione apud Jobum, cap. xxxix. v. 19. "Hast thou given the Horse strength? hast thou clothed his neck with thunder?" vel ut a Septuaginta Interpretibus versum fuit,

Ἢ σὺ περιέθηκας ἵππῳ δύναμιν, ἐνέδυσας δὲ τραχήλῳ αὐτοῦ φόβον; Infra pro εἰλυσθέντος, al. εἰλυθέντος, et εἰληθέντος.

v. 247. ὡς δ' ὅταν ἁρματοπηγός. Hom. Il. Δ. 485.

τὴν μέν θ' ἁρματοπηγὸς ἀνὴρ αἴθωνι σιδήρῳ
ἐξέταμ', ὄφρα ἵτυν κάμψῃ περικαλλέϊ δίφρῳ.

Quem forte locum ante oculos habuit Noster, sed diverso plane modo proposito suo adaptavit. Est enim similitudo elegantissima. (TAYLOR.)

v. 248. ἐρινεοῦ εὐκεάτοιο. Al. εὐκάμπτοιο. Homer. Il. Φ. 37.

——— ὁ δ' ἐρινεὸν ὀξέϊ καλκῷ
τάμνε, νέους ὄρπηκας, ἵν' ἄντυγες ἅρματος εἶεν.

v. 249. ἐπαξονίῳ. Ἐπαξόνιος vocatur δίφρος, utpote quæ super axem volvatur. Contra αἱ σύριγγες τῶν τρόχων apud Callimachum ὑπαξόνιοι dicuntur. H. in Pall. 4.

Συρίγγων αἰὼ φθόγγον ὑπαξονίων.

Nimirum sonus oritur ex iis modiolis quos axis desuper gravat. Utraque vox ab H. Stephano in Lexico prætermissa fuit.

v. 250. τανύφλοιος. Interpretatur Is. Vossius *lento cortice obductus*. Alii, *corticem habens longum*; quod præfert Kiesslingius. Orpheus Argon. 175. τανυφλοίοις τ' ἐλάτῃσι. Pro πήδησεν ὑφ ὁρμῇ, al. πήδησε σὺν ὁρμῇ.

v. 253. μαιμώων χροὸς ἆσαι. Sic Hom. Il. Λ. 573. λιλαιομένα χροὸς ἆσαι.

v. 254. ἀπ' ὤμων δίπλακα λώπην. Orestes apud Euripidem, Electr. v. 820, victimam percussurus, describitur ut

ῥίψας ἀπ' ὤμων εὐπρεπῆ πορπάματα.

v. 255. κόρσης ὕπερ. In Ed. Flor. est κόρσην ὕπερ. Apoll. Rhod. I. 428.

ἤτοι ὁ μὲν ῥοπάλῳ μέσσον κάρη ἀμφὶ μέτωπα
πλῆξεν, ὁ δ' ἀθρόος αὖθι πεσὼν ἐνερείσατο γαίῃ.

v. 258. πρίν γ' ἔμ' ἱκέσθαι. Vulgo πρὶν ἔμ'. γ' ab Hermanno ex conjectura insertum confirmat Cod. Parisiensis apud Gaisf. Vertendum erat, "*antequam me assequeretur.*"

Præpositionem in verbis quibus veniendi notio inest sæpe subintelligi monet Dahlius. Conjecit Bindemannus, *πρίν μιν ἱκέσθαι.*

v. 263. *νωσάμενος.* Sitne contractum pro *νοησάμενος*, an ex vetere verbo *νόω*, dissentiunt Grammatici, neque ego definio. Suidas: *Νωσάμενος, νοήσας, γνούς, παρὰ Καλλιμάχῳ.* Vocem etiam adhibuit Apoll. Rhod. IV. 1409. *νώσατο δ' Ὀρφεὺς θεῖα τέρα. Agnovit autem Orpheus divina monstra.* Vide Wesseling. ad Herodotum, p. 717. et Ernesti Excurs. in Callim. H. in Jov. v. 87. Cæterum quæ de hoc verbo et de universo hoc Theocriti Eidyllio scripsit doctissimus Dawesius in Misc. Crit. p. 102. paucos, ut opinor, consentientes habuerunt. Pro vulgato *πρὶν αὖθις, πρίν γ'* ex eodem Cod. restituit Gaisfordius. Pro *ἀμπννηθῆναι*, al. *ἀμπνευθῆναι. ἀμπνύνθη* pro *ἀμπνεύθη* legitur apud Homerum, Il. E. 697. Ξ. 436.

v. 269. *οὐραίους.* Sc. *πόδας.* "The extremities of his feet." Dixit Lucianus *τὰ οὐραῖα τῆς ὕλης.* Quod reddunt Interpretes *versus caudam sitas sylvæ partes*, i. e. extremas. (WARTON.) Sensus *τοῦ οὐραίους* h. l. non est quod Wartonus intelligit, sed significat *posteriores pedes.* "His hind feet." Utpote quæ caudæ propiores sint. (TOUP.)

Ibid. *πλευρῆσι τε μὴρ' ἐφύλασσον.* Al. *πλευροῖσι. Femora mea lateribus leonis arcte apprimens quasi scuto muniebam.* Talis saltem necessario esse debet horum verborum sensus. Verum si ita scripsit poeta, sane modo inusitato sententiam suam expressit. Equidem malim *μηροῖσί τε πλεῦρ' ἐφύλασσον, femoribus meis leonis latera cohibebam*, sive *constricta servabam*, quo minus ab amplexu meo se eriperet. Vel *πλευρῆσι τε μὴρ' ἐπέλαζον.* Infra pro *μέχρι*, vulgo *μέχρις*, metro repugnante. Unus Codex apud Gaisf. atque is quidem optimæ notæ, exhibet *μέχρι οἱ ἐξετάνυσσε βραχίονα.*

v. 271. *ἄπνευστον.* Ovid. Epist. IX. 61.

Nempe sub his animam pestis Nemeæa lacertis
Edidit: unde humerus tegmina lævus habet.

Ibid. *ψυχὴν δὲ πελώριον ἔλλαβεν Ἀδης.* Etiam bestiarum animæ in Orcum descendunt. Conf. Virg. Æn. VI 285. sqq. In Hom. Odyss. λ, 511, Orion omnis generis feras

venatur. (KIESSLING.) Al. legitur πελώριος ἄλλαχεν Ἀΐδῃ. At πελώριος, monente itidem Kiesslingio, non est Epitheton Orci. Apud Sophoclem, Trachin. 1089. Hercules diversas corporis sui partes hoc modo alloquitur;

——— ὦ χέρες, χέρες,
ὦ νῶτα, καὶ στέρν', ὦ φίλοι βραχίονες,
ὑμεῖς ἐκεῖνοι δὴ καθέσταθ', οἳ πότε
Νεμέας ἔνοικον, βουκόλων ἀλάστορα,
λέοντ', ἄπλατον θρέμμα καπροσήγορον,
βίᾳ κατειργάσασθε.

v. 274. ἐπεὶ οὐκ ἔσκε. Ἐπεὶ οὐκ hoc loco pedem Bacchium facit, ut apud Homerum, Od. ε. 367. et θ. 585. supra, in v. 184. hujus Eidyllii est Anapæstus. Apud Atticos scriptores per elisionem aliquando fit Iambus. e. g. Aristoph. Lys. 273. Soph. in Polyxenæ fragmento citato ad Eid. IV. 43. Gerhardius in Lectt. Apoll. p. 167, de hiatu disserens scribi vult hoc loco, et in versibus ex Homero citatis, ἐπεί ῥ' οὐκ.

v. 275. τμητὴ, οὐδὲ λίθοις. Quicquid de hiatu statuatur in versu præcedente, quod ad hunc attinet in aperto est menda. Lego κ' οὐδὲ λίθοις, *et ne quidem lapidibus.* Pro λίθοις, al. λίθῳ.

Ibid. οὐδὲ μὲν ὕλη. Ὕλῃ suspectum est Reiskio. Quis enim, ait, tentet cultro ligneo pellem scindere, ferro et silici resistentem? At enim si more illius ætatis lignum valde acutum cogitamus, correctione et suspicione non opus esse videbitur. (HARLES.) Summo jure de hac lectione dubitabat Reiskius, quæ et alio nomine mendosa mihi videtur. Etenim ὕλη est *materia*, non *instrumentum ligneum*, quo sensu hic intelligendum esset. Quare alio nos vertendum esse suspicor, et locum forsitan ita scribendum:

——— ἐπεί ῥ' οὐκ ἔσκε σιδήρῳ
τμητὴ, κ' οὐδὲ λίθοις πειρωμένῳ, ἥδε μὲν ὕλη.

Quoniam non ferro scindi poterat, imo ne quidem silicibus, cum experirer, hæc materia. Γ. l. πειρωμένου, sc. gen. abs. Vid. ad Theocr. IX, 20.

v. 279. ἔρκος Ἐνυαλίου. Ἐνυαλίου est genitivus objecti quem dicunt: ita Il. Δ. 137. ἔρκος ἀκόντων, *munimentum adversus tela.* (KIESSLING.)

Ibid. *ἰωχμοῖο. Munimentum pugnæ Martis cutem vulnerantis.* Quæ lectio sapit antiquam simplicitatem. Altera, *ὄφρα μοι εἴη*, frigida est et commentitia. Vide Hesychium, v. Ἰωχμός. (WARTON.) Nos reliquimus intactam lectionem vulgatam, quæ tantum abest ut a Wartono merito frigida et commentitia habeatur, ut altera hanc notam mereatur. (KIESSLING.)

v. 281. *πήματα θέντος.* Al. *κήδεα*, quod prætulit Valckenaerius.

EIDYLLIUM XXVI.

FABULAM hanc de Pentheo multis exequitur Oppianus quarto Cynegeticorum, sed de Agave matre filium lacerante quæ feruntur pro impiis commentis proscribit, vers. 314. Narrat enim Agaven et sorores in Pantheras mutatas Pentheum dilaniavisse.

V. 1. *μαλοπάρηος. Candidas habens genas; μαλὸς* enim sive *μαλλὸς*, est *albus.* Noster, Epig. I. *τράγος οὗτος ὁ μαλὸς, caper hic albus.* Vide Hesychium ad vv. Μαλλὸς, Μαλλοπάρηος, et Μάλουρος. At Eustathius, citante Gaisfordio: *παρὰ Θεοκρίτῳ μαλοπάρηος ἡ ἀπαλοπάρηος.* Potest etiam significare *pomorum colorem genis referens*, ut Eid. VII. 117.

ὦ μάλοισιν Ἔρωτες ἐρευθομένοισιν ὁμοῖοι.

Conjecerat Taylorus legendum esse *καλλιπάρηος*, secundum illud Hesiodi, Theog. 976.

Ἰνὼ, καὶ Σεμέλην, καὶ Ἀγαύην καλλιπάρηον.

v. 2. *τρεῖς θιάσως.* Similiter Euripides in Bacchis, v. 679, ubi hoc argumentum tractavit.

ἀρῶ δὲ θιάσους τρεῖς γυναικείων χορῶν,
ὧν ἦρχ' ἑνὸς μὲν Αὐτονόη· τοῦ δευτέρου
μητὴρ Ἀγαύη σή· τρίτου δ' Ἰνὼ χοροῦ.

Et Propertius III. 17. 24. memorat

Pentheos in triplices funera grata greges.

v. 3. ἀμερξάμεναι. Hesychius: Ἀμεργομένη, δραξαμένη, ὑφαιροῦσα. Eustathius ἀμέργειν explicat per καρπολογεῖν. Sic Euripides, Here. fur. 397. χειρὶ καρπὸν ἀμέρξων· et Leonidas Tarentinus, Epig. 98.

εἴαρι δὲ πρώτῳ λειμώνιον ἄνθος ἀμέρξας
χωρίτης στεφέτω τύμβον ἐμὸν στεφάνῳ.

Ubi ἀμέρξας pro ἀμέρσας legendum esse jampridem viderunt Viri eruditi. Verba ἀμέρδω, *privo*, et ἀμέργω, etiam alibi confunduntur.

v. 4. ἀσφόδελον τὸν ὑπὲρ γᾶς. Anne genus quoddam humilius asphodeli? Anne vult asphodeli speciem distinctam ab illa, quæ crescebat apud Elysium? (WARTON.)

v. 5. ἐν καθαρῷ λειμῶνι. *Puro ab arboribus.* Confert Kiessl. Heyn. ad Virg. Æn. XII. 771.

Ibid. κάμεν δυοκαίδεκα βωμούς. Ap. Rhod. II. 487.

—— βωμὸν δ' ἐκέλευσα καμόντα
Θυνιάδος Νύμφης, λωφῆια ῥέξαι ἐπ' αὐτῷ
ἱερά.

v. 6. τὼς τρεῖς. *Tres illas.* Numerum a Baccho præscriptum innuit.

v. 7. ἐκ κίστας. Κίστη est vas mysticum in quo τὰ ἱερὰ recondebantur. Catullus de Nupt. Pel. et Thet. 259.

Pars obscura cavis celebrabant orgia cistis,
Orgia quæ frustra cupiunt audire profani.

Cistam in sacris Osiridis, i. e. Bacchi, usurpatam memorat Tibullus, lib. i. Eleg. 7. v. 48.

Et levis occultis conscia cista sacris.

Ibid. πεποναμένα. Intelligit Reiske simulachra Deorum, Bacchi et Semeles, et quæ alia numina honores sibi proprios in illis orgiis ferebant, magnifice compta et ornata gemmis, auro, vestibus floridis et pretiosis, pigmentisque. (KIESSLING.)

v. 9. ἐθυμάρει. V. Porti Lex. Dor. Notum vocabulum Homericum θυμαρὴς, sive θυμήρης. Item θυμάρμενον. Pro ἀλιβάτω, ἠλιβάτω malit Valckenaerius.

v. 11. σχῖνον ἐς ἀρχαίην καταδύς. Ἐλάτην vocat Euripides, Bacch. 1062.

ὡς δ' εἶδον ἐλάτῃ δεσπότην ἐφήμενον.

v. 12. Αὐτονόα πράτα. Hæc ad Agaven vertit Ovid. Met. III. 710.

Hic oculis illum cernentem sacra profanis
Prima videt, prima est insano concita motu,
Prima suum misso violavit Penthea thyrso
Mater; "Io, geminæ," clamavit, "adeste sorores."
(TAYLOR.)

v. 13. πόσιν. Græfius cum ἐπιοῦσα connectens, ut nimis remotum ab eo in πάλιν mutatum vult. Ego ad συνετάραξε referendum puto.

v. 14. τὰ δ' οὐχ ὁρόωντι βέβαλοι. Mallem τὰ δὴ οὐχ, si ita scribi liceret, quemadmodum μὴ οὐ sæpe contrahitur. Vide Scaligeri Notam infra ad v. 29. Posset etiam legi τά γ' οὐχ. Græfius τά τ' οὐχ, quod probat Kiesslingius. Pro ὁρόωντι, al. ὁρέοντι. Monet Eustathius tres hujus verbi formas esse, ὁράω, ὁρόω, et ὁρέω· postremum autem ab Alcmane usurpari.

v. 17. ἐπ' ἰγνύαν ἐρύσασαι. Vulgo ἐπ' ἰγνύ ἀνειρύσασαι. Conjecit Brunckius ἐπ' ἰγνύας εἰρύσασαι. Reiske ἐπ' ἰγνύαν εἰρύσασαι, Musis invitis. Codex unus apud Gaisford. præbet ἐπ' ἰγνυίαν ἐρύσασαι, quod libens amplector, ἰγνυίαν solum in ἰγνύαν mutato. Noster supra Eid. XXV. μακρὴν δὲ παρ' ἰγνύῃσιν ἔλιξεν κέρκον. Homer. Il. N. 212.

ἦλθε κατ' ἰγνύην βεβλημένος ὀξέϊ χαλκῷ.

Sursum trahebant stolas suas usque ad poplites. Vide Eid. XIV. 35. Dixi ad Eidyll. XXI. 46, me de hoc loco dubitare. Quam rariorem accusativi formam vocat Schaferus, ego prorsus inusitatam fuisse suspicor. ἐκ ζωστῆρος vertas Angl. "from under their girdle."

v. 19. Αὐτονοα δὲ τόδ' εἶπε. Ita ex conjectura dedit Valckenaerius, pro vulgatis Αὐτονόα τόδ' ἔειπε. Callierg. τάδ' ἔειπε. Locum nondum sanatum puto.

v. 20. *ματὴρ μὲν.* Al. *τάν.* Sic Eurip. Bacch. 1157.

——*κρᾶτα δ' ἄθλιον,*
ὅπερ λαβοῦσα τυγχάνει μητὴρ χεροῖν,
πήξασ' ἐπ' ἄκρον θύρσον, ὡς ὀρεστέρου
φέρει λέοντος διὰ Κιθαιρῶνος μέσου.

Et Ovid. Met. III. 725.

——*visis ululavit Agave,*
Collaque jactavit, movitque per aera crinem:
Avulsumque caput digitis complexa cruentis
Clamat, "Io comites, opus hæc victoria vestrum est."

Denique Nonnus, Dionys. XLVI. p. 785. de Agave:

αἱματόεν δὲ κάρηνον ἀτερπέϊ δείκνυε Κάδμῳ,
ψευδόμενον δὲ λέοντος ἀγαλλομένη χάριν ἄγρης,
τοῖον ἀπερῥοίβδησεν ἔπος λυσσώδεϊ λαιμῷ.

v. 22. *ὠποπλάτᾳ.* Anglice, "the shoulder blade." Adjectivum *ὠμοπλάτης, latis armis instructus,* occurrit apud Oppianum.

v. 23. *καὶ Αὐτονόᾳ ῥυθμὸς αὐτός.* Modus idem agendi, vel *tractio eadem,* i. e. Modus idem trahendi et lacerandi. Ino scilicet dextrum humerum, Autonoa sinistrum trahebat. (REISK.) Al. *Αὐτονόας.* Dativum defendit Toupius, citans Eid. XVIII. 22. *ἧς δρόμος αὐτός.* Similis est lectionis varietas apud Dionysium, Perieg. 271. *αὐτὸς δὲ Λιβύης* (al. *Λιβύῃ*) *ῥυσμὸς πέλει.* Ubi Schol. *ῥυσμὸς, ῥυθμός.* Vide Toupii Notam. Monet Burgessius *ῥυθμὸς* derivari a *ῥύω, celeriter eo, ruo.* Ovid. Met. III. ubi supra,

——*dextramque precanti*
Abstulit: Inoo lacerata est altera raptu.

v. 26. *Πένθημα, καὶ οὐ Πενθῆα.* In nomen Penthei similiter ludit Euripides, Bacch. v. 367.

Πενθεὺς δ' ὅπως μὴ πένθος εἰσοίσει δόμοις
τοῖς σοῖσι, Κάδμε.

Et infra, v. 508.

ἐνδυστυχῆσαι τοὔνομ' ἐπιτήδειος εἶ.

περὶ ὀνομάτων προσημαντικῶν, qualia sunt *Πενθεὺς, Πρωτεσίλαος, Πολυνείκης, Αἴας,* &c. videsis Barnesium ad Euripidem, Phœniss. v. 639.

v. 27. οὐκ ἀλέγω· μηδ' ἄλλος. Potest οὐκ ἀλέγω servari, hac sententia: "Nil ego offendor si hæc Dionysus patravit, aut etiam his immaniora; neque alii cuiquam auctor sim ut ideo in Bacchum simultatem suscipiat." Et sic fere Brodæus quoque, qui sic reddidit: *Si poenas luat Pentheus non curo.* Verum tamen non alienus sum a suspicione legendum esse οὐκ ἂν ἐγὼ, scil. φροντίζοιμι, hoc est τολμῷμι ἀπέχθεσθαι Διονύσῳ. "Non ego patiar in mentem mihi venire, neque patiatur alius quisquam, velim, in mentem sibi venire ut cum Dionyso simultates suscipiat, et certare audeat." (REISKE.)

v. 28. μηδ' εἰ χαλεπώτερα. Suspectum χαλεπώτερα et a Poetæ sententia alienum mihi videtur. Statim post spreta orgia poenas Baccho dedit Pentheus. An qui eo pejora fecerit, illius ultio in novum aut decimum annum differenda? Probabilius est eum dixisse: Qui minore etiam scelere Bacchi iram commoverit, intra nonum aut decimum annum poenas luet. Nihil hic juvat Aldinum quod habet apographum, et a cæteris Codd. destituimur. Conjicio scripsisse, μηδ' ὅς κεν ἐλάσσονα τῶνδε μογήσῃ. Sequente autem versu probatur scriptura versus Syracusiarum 129, quam sollicitat vir doctissimus;

ὀκτωκαιδεκέτης ἢ ἐννεακαίδεχ' ὁ γαμβρός.

Hic in δεκάτῳ, assumitur ἔτει, quæ vox præcedentis vocabuli compositioni includitur, et sic in altero versu assumitur ἐτῶν. (BRUNCK.)

v. 29. εἴη δ' ἐννaέτης. Hoc est εἴη δὴ ἐννaέτης. Raro evenit ut η elidatur. Nos alibi notavimus το η elidi in vocula δή. Aliter nullam sententiam efficiunt hæc, utpote inconnexa. Nam sentit, "Qui Pentheo pejora fecerunt ad nonum aut decimum annum non perseverabunt, quin eos opprimat divina ultio." (SCALIGER.) Locum ita intelligo: "vel puer, sive etiam sit novennis, sive decennis, ne audeat cum Dionyso certare. Commissa enim simili poena luet." (HARLES.) H. Vossius, Brunckii lectione probata, locum sic explicat: *Nemo in mentem sibi venire patiatur, ut Baccho litem intendat, nec si atrocioribus ille suppliciis sit affectus, etiamsi puer adhuc novennis vel decennis, non consulto, sed casu, Bacchi mysteria viderit.* At præterquam quod sic locus, qui in omnibus libris eodem modo legitur, satis audacter mutatur, etiam hoc perquam

est incommodum, quod aliquis, qui vel atrocioribus quam Pentheus suppliciis sit affectus, qui igitur plusquam discerptus sit, admonetur ut a lite Baccho intendenda, ex orco scilicet, abstineat. Vulgata tuenda est, in qua nihil offendet, si ad ἐμόγησεν subintellexeris τὶς· quod pronomen hic tanto facilius potuit omitti, quum versu proximo subjectum, quod vocant, accuratius definiatur. Sensus igitur, Reiskio duce, sic expediendus est: Nihil ego offendor, si hæc Dionysus patravit, neque alii auctor sim ut cum Dionyso simultatem suscipiat, etiamsi quem et vel puerum novem, decemve annorum, qui casu ejus mysteria viderit, immanioribus suppliciis affecerit. (KIESSLING.) Hæc etiam post novissimas virorum doctorum curas intelligi nequeunt. Quæ ego in eorum locum sufficere sum aggressus, si nihil aliud, sensum saltem juvant. Ita enim lego;

ὧν ἀλέγων μηδ' ἄλλος ἀπεχθόμενα Διονύσῳ
φροντίζοι· μὴ καὶ χαλεπώτερα τῶνδε μογήσῃ,
ἔρρῃ δ' ἐννάετης εἰ καὶ δεκάτῳ ἐπιβαίνοι.

Quæ observans neque alius quisquam ea quæ displicent Baccho cogitet, ne vel graviora his patiatur, et pereat novennis, etiamsi decimum ingressurus sit annum. Pueros tenerrimæ ætatis Bacchi mysteriis initiatos fuisse patet ex Epigrammate ἀδεσπ. 741. corrupto quidem illo, et infimam Græcitatem redolente, at in hanc rem nihilo minus faciente.

Ἕπτα μόνοις λυκάβασι δύω καὶ μῆνας ἔζησα,
ὧν τρεῖς ἐξετέλουν Διονύσῳ ὄργια βάζων.

Vide quæ ibi notavit Jacobsius. Neque ulli pueritia sua impietatis erga deos incolumitatem præstabat. Narrat Homerus, Od. λ. 310. deorum iram in Aloidas, Otum et Ephialtem, erupisse, cum jam novennes existentes in eos contumaciam exercerent. Ἐννέωροι γὰρ τοίγε, κ. τ. λ. Neque non offensa est Ceres cum

——— *duri puer oris et audax*
Constitit ante illam, risitque, avidamque vocavit.

Vide Ovid. Met. V. 451. Et de infantibus Elisei prophetæ jussu ab ursis necatis Historia est apud lib. Reg. iv, cap. 2. δεκάτῳ pro δεκάτου dedit Valckenaerius. Ed. Flor. ἄλλον. Duo Codd. apud Gaisf. ἀπεχθόμεναι.

v. 30. *αὐτὸς δ' εὐαγέοιμι.* Citavit Wartonus Callim. H. in Del. 98.

——— *εὐαγέων δὲ καὶ εὐαγέεσσι μελοίμην.*

v. 31. *αἰετὸς οὗτος.* *Αἰετὸν* vocat *γνώμην*, quæ sequitur, tanquam bonum omen, nempe *εὐσεβέων παίδεσσι*, &c. exemplo Homeri, qui *οἰωνὸν* in eadem significatione usurpavit, *εἷς οἰωνὸς ἄριστος*. Optimum illud omen vel sententia: quæ? nempe *ἀμύνασθαι περὶ πάτρης*. (SCALIGER.) Pro *οὗτος*, al. *οὕτως*.

v. 32. *εὐσεβέων παίδεσσι.* Hunc versiculum in Theocrito optimum esse judicavit Philippus Melancthon, magnus reformatæ religionis vindex, Theocriti non ita peritus arbiter. (WARTON.) Hunc et duo præcedentes versiculos ita intellige. Hoc est omen bonum: quid? ipsum me pie agere et cum piis versari: ex eo enim sequetur, ut omnia bona etiam in liberos meos redundent.

v. 33. *Δρακάνῳ.* Apud Steph. Byzant. *Δράκονον* legitur; sed apud Strabonem *Δράκανον*, a quo urbem et promontorium in Icaria insula hoc nomine appellari discimus. (TAYLOR.) *Δράκονον* vocat Nonnus, de altero Bacchi natu locutus, Dionys. lib. ix. p. 161.

καί μιν ἔσω Δρακόνοιο, λεχώϊον ἀμφὶ κολώνην,
πήχεϊ κολπωθέντι λαβὼν Μαιήϊος Ἑρμῆς,
ἠερόθεν πεπότητο.

v. 34. *κάτθετο.* Al. *θήκατο*· quod prorsus alium sensum efficit. Illud vertit Latinus Interpres, *Quem Jupiter summus in magno femore posuit a matre solutum.* Rectius vertisset: *Quem cum a matre solvisset summus Jupiter femur suum illo intus posito tumidum fecit.* Ita apud Homerum, Od. ρ. 225. de subulco:

καί κεν ὀρὸν πίνων μεγάλην ἐπιγουνίδα θεῖτο.
Et etiam serum bibens magnum sibi femur faceret.

Quod dedi *κάτθετο* prodit ex duobus Codd. apud Gaisford. Catullus. Carm. 34. *Quam mater prope Deliam Deposivit olivam.* Callimachus, H. in Jov. 15.

ἔνθα σ' ἐπεὶ μητὴρ μεγάλων ἀπεθήκατο κόλπων.

Citari etiam debet Nonnus, Dionys. VII. 13.

οὔπω γὰρ τοκετοῖο λεχώϊα νήματα λύσας
Βάκχον ἀνηκόντιζε πατὴρ ἐγκύμονι μηρῷ.

Et apud eundem infra v. 24, Æon sive Tempus describitur ut Διὸς πετάσας ἐπιγουνίδα.

v. 35. ἀδελφεαί. Forma vocis Ionica. Respuunt, puto, Attici. Hinc apud Æschylum, Sept. Theb. v. 573. reponendum ὁμόσπορον pro ἀδελφεὸν, indicante Scholiaste. Equidem in loco isto emendando post Schutzium laboravi. Ecce illum, uti spero, in integritatem restitutum:

καὶ τὸν σὸν αὖ πρόσωθεν εἰς ὁμόσπορον
ἐξυπτιάζων ὄμμα, Πολυνείκους βίαν,
δύστηνον αὐτὸν, τοὔνομ' ἐνδατούμενος,
καλεῖ· λέγει δὲ, κ. τ. λ.

A longinquo hoc fecit Amphiarans; a propinquo forte non fecisset. Versus ita leguntur in editione Blomfieldiana:

καὶ τὸν σὸν αὖθις προσμολὼν ἀδελφεὸν,
ἐξυπτιάζων ὄμμα, Πολυνείκους βίαν,
δὶς ἐν τελευτῇ τοὔνομ ἐνδατούμενος, κ. τ. λ.

Pro προσμολὼν in vetere quodam MS. legitur πρόσπορον, quod facile cernas ex ὁμόσπορον depravatum esse.

v. 36. πολλαῖς μεμελημέναι ἡρωίναις. Græfius corrigit πολλοῖς μεμελημέναι ἡρωῖναι. Nihil opus. Semele ejusque sorores ab heroinis celebrantur, quia et ipsæ sunt heroinæ. (KIESSLING.) Vide supra quæ de Alcmena prædicit Tiresias, Eid. XXIV. 74. sqq. Tayloro videtur hoc Eidyllium partem fuisse Heroinarum Theocriti, de quibus Suidas.

EIDYLLIUM XXVII.

SPURIOS quosdam versus huic carmini præfixos Scaliger profert ex Cod. MSto. Eidyllium a plerisque Moscho tribuitur. Wartonus vel Moscho recentioris esse putat. Ὀαριστὺς est confabulatio mariti cum uxore, vel adolescentis cum puella. Vide Homer. Il. Ξ. 116.

V. 1. Τὰν πινυτὰν Ἑλέναν. In Inscriptione, pro Κόρης dat Florentina Νήϊδος. Versum primum pronuntiat puella, aiens se de bona fide sui pastoris dubitare, propterea quod pastor sit: multis enim documentis pastores suam erga puellas perfidiam nobilitasse, quos inter primus facile sit Paris. Cui Pastor versu secundo occurrit, Μᾶλλον ἐμὴ δ' Ἑλένη (sic enim ex ingenio rescripsi) τὸν βωκόλον ἐστὶ φιλεῦσα. "Noli, mea Helena, tam invidiosa oratione mihique ignominiosa uti. Jocaris enimvero, neque serio sic loqueris. Imo vero toto pectore bonaque fide me amas, tametsi animum a me alienum simulas." Illud μᾶλλον significat *imo vero, alia omnia.* vid. v. 27. Itaque primo versui personam puellæ præscripsi, secundo Daphnidis, et pro eo quod in omnibus libris est, μᾶλλον ἔμ' ἦδ' Ἑλένα, dedi sic: μᾶλλον ἐμὴ δ' Ἑλένα. (Reisk.) Primum versum tribuo puellæ, proximumque pastori. Hoc sensu. Inquit ille, "Sane, vos pastores egregie ludificatis puellas. Pastor erat Paris, qui olim Helenam etsi prudentem fefellit." Respondet Pastor. "Et hæc est Helena quidem, quæ me *alterum bubulcum* osculata est." Itaque lego cum Scaligero ἄλλον, quod non refero ad Parida, sed ad τὸν βωκόλον. (Warton.) Utrumque versum tribuo Daphnidi, et scribo:

μᾶλλον ἔτ' ἦδ' Ἑλένα τὸν βωκόλον ἐστὶ φιλεῦσα.

Ita nihil difficultatis habere videtur hic locus, nec desiderari carminis initium. Prudentem, castam illam Helenam rapuit olim bubulcus aliquis Paris; multo magis vero hæc Helena est, quæ me bubulcum osculatur. (Koehler.) Conjecturis super hoc loco jam memoratis annumerandæ sunt, altera Scaligeri μαλονόμη δ' Ἑλένα, i. e. *quæ oves aut capras pascit,* ut infra v. 68. necnon Harlesii, citante Dahl. ἄλλη ἔμ' ἦδ', et Longopetræi pro ἐστὶ legentis ἄρτι, Kiesslingii denique κἄλλον pro μᾶλλον reponentis. Utrumque versum pastori tribuunt Codd. et Edd. tantum non omnes. Mihi placet eorum distributio quæ est a Florentina. Alterum autem versum ita legendum puto:

μᾶλλον ἔμ' ἦδ' Ἑλένα τὸν βωκόλον εἶλε φιλεῦσα.

Vel κ'ἄλλον ἔμ', quod mihi perinde ac Kiesslingio in mentem venerat. Unus Codex pro ἔμ' ἦδ' præbet ἐδοῖς, quæ corruptela unde orta sit non exputo.

v. 4. ἔστι καὶ. Idem versus occurrit Eid. III. 20. sed

loco, ut Valckenaerio videtur, non suo. γυμνὸν τὸ φίλαμα dixit Moschus, I. 5. Infra pro ὄφρα, ὥς σε φιλάσω legitur in Ed. Flor.

v. 7. καλόν σοι δαμάλας φιλέειν. Apud Longum, p. 14. Ed. Dutens, Caprarius ait, Τί πότε με Χλόης ἐργάσεται φίλημα; πολλάκις ἐφίλησα ἐρίφους, πολλάκις ἐφίλησα σκύλακας ἀρτιγεννήτους, καὶ τὸν μόσχον ὃν ὁ Δόρκων ἐχαρίσατο· ἀλλὰ τοῦτο τὸ φίλημα καινόν.

Ibid. ἄζυγα κώραν. Jugum quod virgini nubenti a conjuge imponitur Lycophron, v. 1131, vocat παρθένειον ζυγόν· et, quam noster Poeta vocat ἄζυγα κώραν, ea appellatur in Hom. Od. ζ. 106. παρθένος ἀδμής. (KIESSLING.) Infra pro σὲ dedit Stephanus τε παρέρχεται.

v. 9. καὶ οὐ ῥόδον αὖον ὀλεῖται. Editio Romana, aliæque vulgatæ, quas vidi, præter Florentinam, non habent οὐ· quæ tamen particula non ad versus solum mensuram, sed et ad sensum necessaria visa est; ideoque libenter Florentinam secutus sum. Sed et, ejusdem solius auctoritate, duos hos versus duabus personis partitus sum, cum aliæ illos; una cum proxime præcedente versu, sub Daphnidis persona continuarent, turbato deinceps personarum ordine. Non dubito autem quin negatio ab iis ipsis expuncta sit, qui jam alterius personæ notam expunxerant; eum non satis consentaneum esset eundem dicere ἤβη παρέρχεται ὡς ὄναρ, et ῥόδον οὐκ ὀλεῖται αὖον. Sed saltem mensuræ versus rationem habere illi debuerunt, si sensus nullam habere volebant; qui optime in hac lectione procedit, hoc videlicet modo. Daphnis dicit: Ne insolescas: pubertatis enim anni tanquam somnium momento uno evanescunt. Respondet puella: Quid? an cum pubertatis annos amiserim, omnino me contemptam fore putas? Atqui uva fit uva passa, et arida rosa non perit, id est, non abjicitur, tanquam nullius amplius sit usus. Sic autem interpretans verbo ὀλεῖται significationem do præsentis temporis, quum et alibi ὀλέω pro ὄλλυμι legisse mihi videar. Sed et futuri significatio non mutato sensu retineri potest, pro οὐκ εἰώθεν ἀπόλλυσθαι. Est autem hæc translata significatio τῆς σταφίδος et alibi in usu: ut in illo loco Anthol. εἴη μήτ' ὄμφαξ μήτ' ἀσταφίς. Sed hic pro σταφυλὶς sunt qui σταφυλὴ legere malint. (STEPHANUS.) Καλὸν ῥόδον

corrigebat Is. Vossius. Apud Philippum, Epig. 10. *σταφυλὴ γραίη* vocatur *ἡ σταφίς*. Qui, Codices et Edd. secuti, hos versus 8, 9, 10, Daphnidi tribuunt, elegantiam et simplicitatem hujus Eidyllii prorsus corrumpunt. Subjicit puella: "Quod dicis hoc est; nempe uvam alio nomine adhuc vivere, et rosam siccam non perire, sed adhuc odoriferam esse." Haud aliter Anacreon, Carm. LIII. *χαρίεν ῥόδων τὸ γῆρας νεότητος ἔσχεν ὀδμήν*. Præsens *ἐστὶ* respondet præcedenti *παρέρχεται*.

v. 13. *οἴζυον οὐδὲν ἀρέσκει*. Corruptum vocabulum *οἰζυορεεν* dat unus Codex apud Gaisf. Pro *ἀρέσκει* vetustiores Edd. omnes præter Wech. *ἀρέσκῃ* vel *ἀρέσκη*. Ed. Flor. versum ita interpunctum exhibet:

τὴν σαυτοῦ φρένα τέρψον· οἴζυον· οὐδὲν ἀρέσκῃ.

Succurrit, *ἐμοὶ ζυγὸν οὐδὲν ἀρέσκῃ*, vel *ἀρέσκει*. *Mihi nullum jugum placet;* ut jam se *ἄζυγα κώραν* esse jactitavit, et infra, v. 20. ad pastorem dicit *σὺ δὲ ζυγὸν αἰὲν ἀείρεις*.

v. 14. *τᾶς Παφίας χόλον ἄζεο*. Sic et Musæus, Her. Leand. v. 157.

πείθεο καὶ σύ, φίλη, μὴ Κύπριδι μῆνιν ἐγείρῃς.

Confer et ibid. v. 141. Quod quidem Musæi poema, quemadmodum vocatur, ex eadem qua scilicet hoc nostrum schola prodiit. (WARTON.)

v. 16. *λίνον ἄλλυτον*. Al. *ἄκλιτον*. Infra, v. 17, al. *ἐθέλῃ*, et *ἀρήγῃ*. Neque aliter Apol. Rhod. I. 890. *αὕτως ὡς ἐθέλῃς*. *Eo modo quo ipse velis*. Schaferus legit *ἀρήγει*. Brunckius *ἀρηγών*.

v. 18. *καὶ εἰσέτι χεῖλος ἀμύξω*. Aut valde fallor, aut loco suo ejectus est hic versiculus. Arbitror tamen loco quocunque melius ferri posse si scribatur, *καὶ εἰσέτι χεῖλος ἀμύξῃς*. Est enim *χεῖλος ἀμύσσειν* Amantibus, quod Horatius *imprimere memorem dente labris notam* vocat. *ἀμέλξεις* eadem ratione ferri potest. *Χεῖλος ἀμέλγειν* est *καταγλωττίσματος* aliqua species. (HEINSIUS.) Ante hunc versum inserunt alium, quem in nullo meorum repperi, hunc nimirum,

μὴ προβάλῃς τὰν χεῖρα, καὶ εἰσέτι χεῖλος ἀμέλξω·

ex persona Daphnidis, ne scilicet versus ullus esset in hoc

carmine non ἀμοιβαῖος. Servent eum per me licet quibus placebit. Mihi quidem haud multum placet. Sed ecquis ejus auctor est? (REISK.) Spurius forte versus; nam violat dialogi legem, nec est in vetustioribus. Nisi concedas, ut puella, subito in iracundiam conversa, semel hic in alterum versiculum, verecundia etiam suadente, cogatur excurrere. Age vero, stare permittas. Inter colloquendum pastor puellam liberius attrectat. Illa statim subirata: "Ne manum mihi injicias; si non abstineas, os tibi laniabo." Vel ita legere, interpungere, et interpretari, poteris;

μὴ 'πιβάλῃς τὴν χεῖρα, καὶ εἰσέτι χεῖλος ἀμύξεις;

Ne manum mihi injicias. Anne ulterius etiam pergis, et me morsiunculis appetis? Deinde pastor, ut fit, nec curans, nec audiens, hanc puellæ monitionem, sermonem de Diana et Venere continuat. (WARTON.) Versiculum aliquem inter hunc et priorem excidisse credibile est. Ipsum hunc ita interpungi velim:

μὴ 'πιβάλῃς τὴν χεῖρα. καὶ εἰσέτι; χεῖλος ἀμύξω.

Ne manum mihi injicias. Quid? perstas hoc facere? næ labrum tibi osculum minanti laniabo, Elegantissima Aposiopesis. Locum aliter jampridem explicabam, sed nunc, ut puto, rectius. Atque hoc modo, ut jam video, versum interpunxerat Taylorus. Sed verba καὶ εἰσέτι interpretatur, *an et ulterius manus inseris?*

v. 19. οὐ φεύγεις τὸν Ἔρωτα. Brodæo placebat σὺ φεύγεις τὸν Ἔρωτα per interrogationem, metro repugnante. Vide supra Eid. XXII. 69. Male etiam Scaliger legebat οὐ φεύγοις τὸν Ἔρωτα. Debebat saltem legere, οὐ φεύγοις ἂν ἔρωτα. Brunck. οὐ φευξεῖς. Mihi nemo persuaserit, aut vulgatam lectionem sanam esse, aut viros criticos emendando hilum profecisse. Nescio an versus hoc modo scriptus ferri posset:

σὺ 'κφεύγεις τὸν Ἔρωτα, τὸν οὐ φύγε παρθένος ἄλλη;

Ita apud Bionem, Eid. I.

δάκρυον ἁ Παφία τόσσον ἐκχέει, ὅσσον Ἄδωνις
αἷμα χέει,

v. 20. συ δε ζυγὸν αἰὲν ἀείρεις. *Attollis,* i. e. *sustines.* Hesychius: Ἀεῖραι, βαστάσαι. *Ipsa facile effugiam:*

tu vero nunquam te hoc Amoris jugo levabis. Hæc Wartoni est explicatio. Brunckius autem ex ingenio refinxit, *σὺ δὲ σὺνγὸν αἰὲν ἄειρε.*

v. 21. *δώσῃ.* Δίδωμι, ut docent Grammatici, Aoristum habet *ἔδωκα.* Attamen Divus Joannes, cum Nostro, scribit *δώσῃ.* Aliter proclive esset ex Hom. Il. A. 129. scribere *δῷσι.* (TAYLOR.) Schaferus *δώσει·* Reiskius *δώῃς.* In Cod. apud Gaisf. legitur *δώσω·* item *κακῶ* pro *κακωτέρω.* Equidem conjeceram *δῶσι,* numero plurali.

v. 22. *νόον δ' ἐμὸν οὔτις ἔαδε.* Monet Schaferus usum poscere *νόῳ δ' ἐμῷ.* Hermannus autem suspicatur *ἔαδε* esse Aor. 2. ab *ἥδω,* atque adeo accusativum retinendum esse. Forte *νόον δ' ἔμον οὔτις ἐσείδε.* Codex jam memoratus habet *ἀείδει.* Ita supra Eid. XXV. v. 67, sensu tamen diverso, *χαλεπὸν δ' ἑτέρου νόον ἴδμεναι ἀνδρός.*

v. 24. *καὶ τί φίλος, ῥέξαιμι;* Optativus multo etiam venustior est, quam foret conjunctivus. Nam *τί ῥέξωμι* si diceret puella, deliberare se ostenderet, utrum admittendus esset amator, an repudiandus: nunc autem optativo usa, quo dicit, *quid possim facere?* nihil nisi trepidationem significat, dum inter cupiditatem et pudorem anceps animi fluctuatur. (HERMAN.) Mihi in mentem venit, *κἄν τι, φίλος, ῥέξαιμι;* vel *κ' αί τι.* Certe nonnihil Soloeci videtur inesse verbis, ut nunc leguntur. Pro *ἀνίας,* al. *ἀνίαις.*

v. 26. *ναὶ μάν.* Lego *καὶ μὰν, et tamen.* Sic Eid. IV. 23. *καὶ μὰν, ἐς στομάλιμνον ἐλαύνεται.* Eid. VII. 120. *καὶ δὴ μὰν ἀπίοιο πεπαίτερος.*

v. 31. *νέον φάος.* Eurip. Danae, v. 118.

ἀλλ' οὐδὲν οὕτω λαμπρὸν, οὐδ' εἰδεῖν καλὸν,
ὡς τοῖς ἄπαισι καὶ ποθῷ δεδηγμένοις
παίδων νεογνῶν ἐν δόμοις ἰδεῖν φάος.

v. 35. *οὐ μ' αὐτον τὸν Πᾶνα.* Vide supra ad Eid. V. v. 14. Infra pro *ἀπένθης* malit Schaferus *ἀπενθῆν.* Brunckius *λιπόντ' ἀέκουσαν ἀπενθῆν.*

Ibid. *καὶ ἢν κ' ἐθέλῃς με διῶξαι.* Vertit Latinus

Interpres, *etiamsi me volueris abigere.* Atqui, ut talis sensus efficeretur, legendum saltem erat, *οὐδ' ἢν ἐθέλῃς με διώξαι.* Particula κ' omittitur in Ed. Flor. At monet Schaferus non Solœcum esse ἤν κε, utcunque rarum. Vide illius notam. Interim mihi scribendum videtur *καὶ ἤν κ' ἐθέλῃς με διώξαι, et quamcunque* (jurandi viam) *me sequi velis.* Frequentissime adjectivum in fem. gen. solum ponitur, suppressa voce ὁδός. Vide Bos. Ellips.

v. 37. *τὰ δὲ πώεα καλὰ νομεύω.* Barthius emendat, *τὺ δὲ πώεα καλὰ νομεύσεις.* Idem legit Koehlerus, interrogandi nota apposita. Monet Kiesslingius καλὰ adverbialiter intelligendum esse, ut infra v. 47. et in Eid. III. 3. *τὸ καλόν.*

v. 38. *τίνα μὲν.* Al. κεν. Lego καί. Reiskius μευ.

v. 42. *ἐξ εὐηγενέων.* Monet Palmerius adjectivum *εὐηγένης* pro *εὐγενὴς* alibi non inveniri, præterquam apud Eustathium, quem ex hoc loco Theocriti illud habere existimat.

Ibid. *ἀλλ' οὐ σέθεν εἰμὶ χερείων.* Citat Toupius Homerum, Il. A. 114.

— καὶ γὰρ ῥα Κλυταιμνήστρης προβέβουλα
κουριδίης ἀλόχου· ἐπεὶ οὐ ἔθεν ἐστὶ χερείων.

v. 43. *οἶδ' ἄκρα τιμήεσσα.* Hanc lectionem ex conjectura reponebam loco vulgati *οὐδ' ἄκρα τιμήεσσα,* persuasum habens nemini non placituram esse. Verum me falsum habuit hæc opinio. Nimirum Kiesslingius, (qui tamen docet Jacobsium idem conjecisse,) pro vulgato stat, monens, ex Mansone, Daphnidem omni inurbanitatis et temeritatis culpa vacare, ut qui puellæ non nisi hoc dicat, ipsos generis loco non tantum a se invicem distare, ut hæc distantia nuptias impedire debeat. Judicet Lector. Mihi certe præ omnibus meis conjecturis hæc placuit. Legebat Palmerius, per interrogationem, *οὐδ' ἄκρα τιμήεσσα; Nonne admodum honorabilis es, cum pater tibi sit Menalcas?* Reiskius *οὐδ' ἄρ' ἀτιμήεσσα,* novo vocabulo confecto. Strothius *τὺ δ' ἄκρα τιμήεσσα.* Teucherus *σὺ δ' ἄρα τιμήεσσα.* Vide supra ad v. 19.

Ibid. *πατὴρ δέ σοι ἐστὶ Μενάλκας. Et scio quod Menalcas est tibi pater.* Ex hac commemoratione colligas

Daphnidem et puellam antea solum nomine tenus inter se cognitos, vel saltem non intima amicitia conjunctos fuisse.

v. 44. δεῖξον ἐμοὶ σέθεν ἄλσος. Ἕθεν pro σέθεν ex editionibus antiquissimis revocatum vult Casaubonus; et Eldikius in altero hemistichio scribendum putat ὅπῃ θ' ἕθεν ἵσταται αὐλις· quam quidem lectionem propter digamma minus libenter amplecterer. In versu post proximum sequente corrigebat Hemsterhusius,

αἶγες ἐμαὶ βόσκεσθ', ἵνα βωκόλω ἔργα νοήσω.

Idque sibi perplacere fatetur Valckenaerius propter sequentia. In his versibus βόσκοισθε et νέμοισθε præbet Ed. Flor. quæ versum 47 ita exhibet:

ταῦροι καλὰ νέμοισθε, ἵν' ἄλσεα παρθένι δείξω.

Atque ita Call. Ἵνα, *dum*, de tempore interpretatur Kiessling.

v. 49. μᾶλα τεά. Paulus Silent. Epig. 14.

——— ἀντὶ δὲ μαζῶν,·
ὦ πόποι, ἀπρήκτοις μῆλα φέρω παλάμαις.

Ibid. χνοάοντα. Heinsio ridiculum videtur hoc Epitheton. "Quid enim," rogat ille, "χνοῦς in illa parte?" Legit itaque χλοάοντα, id est, οἰδοῦντα, *sororiantes papillas*. Μῆλα χλοάοντα apud Athenæum sunt *poma succi plena*.

Ibid. διδάξω. Vocem (hanc) vidi qui haberet de mendo suspectam: aptius enim δράξω, vel simile quid, fore videbatur. Illa vero bene se habet: nam ita apud Nonnum et Musæum, γάμων ἀδίδακτος, νῆις et ἀμήητος ἐρώτων. In sequente versu ναρκῶ pro φρίττω usurpat puella, zonam ac pudorem puellarem non sine horrore solvere incipiens. (Casaubon.) Heinsius correxit πιάξω, secundum illud Ovidii,

Forma papillarum quam fuit apta premi.

Toupius μαλάξω, *molliter attrectabo*, citans Aristænetum, I. 16. καὶ τῆς ἐμῆς αὐτὴ λαβομένη χειρὸς ἐμάλαττε τοὺς δακτύλους. Reiskius novum vocabulum διδράξω excogitavit, quod interpretatur, *decerpam*. Heskinus χνόαοντ' ἀποδράξω. Mitscherlichius ἔτι δάξω, i. e. δήξω· aut δράξω. Infeliciter admodum Teucherus hunc versum Nymphæ tribuit, et legit,

μᾶλα τεὰ πρώτιστα τάδε χνοάοντα δάϊξω.

Genas tuas quamprimum has pubescentes laniabo. Quod ad me attinet, neminem credo adhuc rem acu tetigisse. Stephani conjectura πιάξω, quæ a plerisque accepta fuit, prima facie mihi quoque placuit: sed quo diutius eam considero, eo magis dubito. Nam primum, verbum aliquod requiri videtur quod cum utroque sensu vocis μῆλον congruat; πιέζειν autem solum ad μαστοὺς referri potest; deinde sic nimis aperte loquitur Daphnis, et culpam suam quasi jactabundus profitetur, cum debeat potius iram puellæ festiva aliqua aut lepida sententia mollire. Forte igitur dedit poeta:

μᾶλα τεὰ πρώτιστα τάδε χλοάοντα διώξω.

Mala tua quamprimum hæc recentia annitar ut manu prehendam. Διώκω, est *magno studio annitor ut assequar*, et varie a poetis adhibetur. Pindar. Nem. V. 44. φόρμιγγα πλήκτρῳ διώκων. Idem, Isthm. VIII. 33. διώξω χειρὶ βέλος. et Euripides in Ione v. 961. satis apposite:

Κ. εἰ παῖδά γ' εἶδες χεῖρας ἐκτείναντά μοι.
Π. μαστὸν διώκοντ', ἢ πρὸς ἀγκάλαις πεσεῖν;

Phavorinus ad vocem: Διώκειν ἐπὶ τοῦ ἐπιθυμεῖν καὶ ὀρέγεσθαι. Vulgatum defendit Moebius, citans Pind. Fragm. Tom. III. p. 19. Ed. Heyne. ἐδιδάξαμεν χρυσὸν καθαρᾷ βασάνῳ. *Aurum exploravimus pura probatione.* Ego autem etiam in illo loco legerem ἐδιώξαμεν, *prosequebamur.* Infra, pro ἔτρεμες, al. ἔτρεσας.

v. 54. μίτραν. Μίτρα nunc de fascia papillari, nunc de zona virginali usurpatur, in quo postremo sensu hic accipienda est. Quod ex contextu liquet. Interdum etiam utrique usui inserviebat. De quo Achilles Tatius in Amor. p. 9. ἡ συνάγουσα ζωνὴ τοὺς μαζοὺς καὶ τὸν χιτῶνα ἔκλειεν. Ad quem locum consulendus Salmasius. (Toup.)

Ibid. ἀπέσχισες. Hoc ne Græcum quidem est. H. Stephanus ἀπέσχισας, quod melius. Vera lectio est ἀπέσχασας. Est autem τὴν μίτραν ἀποσχάσαι, *zonam puellæ solvere.* Quod hominis prurientis et tangere non tangenda festinantis est. Hesych. Ἀποσχάσαι, διαῤῥῆξαι, διαλῦσαι. Idem Ἀπέσχας, ἀπέσχασας. (Toup.) Is. Vossius vult ἀπέστικες, ab ἀποστίζειν, verbo a se invento, sensu *dissolvendi*, aut *dissuendi*. Wartonus, post Wintertonum, ἀπέστιχες, *semovisti, divellisti.*

At monet Kiesslingius verbum istud vi transitivo vix sanum esse. Mihi placet ἀπέσχισας. Vide Eid. XV. 70.

v. 25. τᾷ Παφίᾳ. Hanc consuetudinem ad quam hic alluditur votiva Græcorum Epigrammata passim diserteque declarant. Unum ex multis citat Wartonus. Ἀδεσπ. 114.

Ζῶμά τοι, ὦ *Λατωΐ, καὶ ἀνθεμόεντα κύπασσιν,
καὶ μίτραν μαστοῖς σφιγκτὰ περιπλομέναν,
θήκατο Τιμήεσσα, δυσωδίνοιο γενέθλης
ἀργαλέον δεκάτῳ μηνὶ φυγοῦσα βάρος.

In primo Epigrammatis versu dedi Λατῶϊ pro vulgato Λατοΐ. Male Jacobsius Λατῶα. Diana de se apud Callimachum, H. in Dian. 83. καὶ γὰρ ἐγὼ Λητωϊὰς ὥσπερ Ἀπόλλων. ubi tamen malim Λητῶιος.

v. 57. λαλέοντι. Citat Harlesius Virg. Ecl. VIII. 22.

Mœnalus argutumque nemus pinosque loquentes
Semper habet.

Ibid. τεὸν γάμον. Scilicet, monente Wartono,

Conjugium vocat: hoc prætexit nomine culpam.

v. 58. ἐμὸν. Ἐμοὶ scripsimus cum Schaefero: nam vulgatæ ἐμὸν adversatur syntaxis Græca, quæ in tali verborum structura Epitheton, defectum articulo, postponi non patitur. (KIESSLING.)

v. 59. τᾶς σᾶς τοι μείζομα δωσῶ. Brunckius edidit τήνας τοι κρέσσονα δωσῶ.

v. 60. φὴς μοι πάντα δόμεν. Demendum est punctum verbo φὴς minus recte subjectum.

Ibid. οὐδ' ἄλα δοίης. Proverbialem locutionem explicat Casaubonus. Ita Homerus, Od. ρ. 455.

οὐ σύγ' ἂν ἐξ οἴκου σῷ ἐπιστάτῃ οὐδ' ἅλα δοίης.

v. 61. ἐπιβάλλειν. Hoc verbum ἐπὶ τοῦ συνουσιάσαι usurpari docet Scholiastes ad Aristoph. Av. 1215. neque aliter hoc loco accipit Latinus Interpres. Possis tamen simpliciter interpretari *addere*, nempe donis quæ tibi daturus sum. Jam promiserat πᾶσαν τὰν ἀγέλαν, πάντ' ἄλσεα καὶ νόμον, item

quod non minimum, vestem magis pretiosam. Citari meretur Plautus, Asinar. III. 3. 19.

Ego te: quam si intelligam deficere vita, jam ipse
Vitam meam tibi largiar, et de mea ad tuam addam.

v. 62. Ἄρτεμι, μὴ νεμέσα. Theocritum respexit Nonnus, Dionys. lib. iv. p. 122. a Kiesslingio citatus:

σώζεο παρθενίη· νυμφεύομαι ἠδέϊ Κάδμῳ.
Ἄρτεμι, μὴ νεμέσα.

Ibid. σὴ ἐρημιὰς οὐκέτι πιστή. Corrupta videtur vox ἐρημιὰς, non alibi reperta. Cujus loco diversa excogitaverunt viri docti. Erat quidem in Ed. Romana σὺ δ' ἔγημας, κοὐκέτι πιστή. In Cod. C. apud Gaisf. legitur σοι ερημας. Correxit Toupius σοὶ Νῆϊας οὐκέτι πιστή. Brunckius, μὴ νεμέσα γαμεθείσᾳ κ' οὐκέτι πιστᾷ. Mansonis conjecturam memorat Dahl. σὴ vel σοί ἐρωμένη οὐκέτι πιστή· item Teucheri σὺ δ' ἐρημὰς, κ' οὐκέτι πιστή, *tu vero solitaria es, neque amplius mihi amica.* Ut apud Nonnum, Dionys. lib. v. p. 105.

οὐκ ἂν ἐγὼ πόθον εἶχον ἐρημάδος Ἰοχεαίρης.

Equidem lego

Ἄρτεμι, μὴ νεμέσα· σὴ Ὀρηϊὰς οὐκέτι πιστή.

Apud Nonnum, sæpe ad partes vocatum, lib. xvi. p. 291. ipsa Diana dicitur Ὀρειὰς.

ἀμφιπόλοις ἰσόμετρον Ὀρειάδος Ἰοχεαίρης·

et paulo infra Nicæa, Nympha Dianæ sacra:

ὡς εἰπὼν ἐδίωκεν Ὀρειάδα γείτονα κούρην.

Dicuntur etiam Ὀρειάδες Μοῦσαι, *Musæ in monte agentes*, et ὀρειὰς πέτρη.

v. 63. καὶ αὐτᾳ βῶν Ἀφροδίτᾳ. Toupii conjecturam αὐτὰν βῶν probat Valckenaerius. Koehlerus ita distingui et scribi volebat:

Δ. ῥέζω πόρτιν Ἔρωτι. Κ. καὶ αὐτὰ βων Ἀφροδίτᾳ.

v. 64. γυνὰ δ' εἰς οἶκον ἀφερψῶ. Lucian. Dial. Meret. VI. ad init. ὡς μὲν οὐ πάνυ δεινὸν ἦν, ὃ ἐνόμιζες, τὸ γυναῖκα γενέσθαι ἐκ παρθένου, μεμάθηκας ἤδη. Philippus, Epig. 79. de puella quæ ipsa nuptiarum nocte extincta est,

——— ἡ δὲ τάλαινα
οὔπω πάντα γυνὴ καὶ νέκυς ἐβλέπετο.

Ad versum sequentem confer Moschum, Eid. II. 161. Infra pro μελέεσσιν Jacobsius λεχέεσσιν.

v. 67. ἀνίστατο φώριος εὐνά. Jure improbat Casaubonus aliam lectionem ἀνίστατο Φωσφόρος εὐνᾶς· neque enim hæc noctu fiebant. Εὐνὴ est *concubitus*. Ita apud Bionem, VII. 6.

λάθρια Πηλείδαο φιλάματα, λάθριον εὐνάν.

et apud Musæum, v. 237.

εὐνῆς τε κρυφιῆς τηλεσκόπον ἀγγελιώτην.

v. 68. ἀνεγρομένη διέστιχε. Versus uno pede claudicat. Ed. Flor. ἀνεγρομένα γε. quod verum. Cæterum quæ ad hunc locum scripsit Reiskius, *nova* sunt, et digna scilicet quæ posteris tradantur. " Poetæ tyrannidem in metrum exercebant, neque metrum admodum callebant, neque magnopere curabant, aut ulla ejus religione tenebantur." Huic homini poetas Græcos edendos committas, si quid recte curatum velis. (Toup.) Vulgatum διέστιχε primus Scaliger propter metrum mutaverat in δὴ ἔστιχε. Brunck. διαπέστιχε conjecit, Reiske διανέστιχε· quorum verborum alterutrum mihi satisfaceret, si modo unquam in illud incidissem. Particulam γε Florentino Editore, vel ab alio quodam, ad fulciendum metrum inductum fuisse existimo. Forsitan legendum δι' ἄρ' ἔστιχε, particula ἄρα, ut sæpe fit apud Homerum, inter præpositionem et verbum inserta. Il. H. 354. ἦτοι ὅγ' ὡς εἰπὼν κατ' ἄρ' ἕζετο. Possis etiam legere δὴ ἀπέστιχε. Verbum διαστείχω sine casu occurrit apud Nonnum, lib. viii. p. 151.

τῆς δέμας ἶσον ἔχουσα διέστιχεν ἐς δόμον Ἥρη.

Plerumque significat *permeo, pervado*, et cum genitivo aut accusativo construitur.

EIDYLLIUM XXVIII.

Vix sane quicquam apud Catullum — elegantius et prisco lepore conditius invenies. De nihilo jucundissimum poemation pangitur. Bellissimæ digressiunculæ sæpius intexuntur: summo que artificio, tum qua peritia fuerit in arte medica Nicias, tum qua industria Theugenis uxor ejus in lana facienda, brevissime tamen, exponit poeta. Rationem denique cur colum miserit affert pulcherrimam: ut nimirum haberet Theugenis, operi semper intenta, quo memoriam Theocriti sui, hospitis *φιλαοιδοῦ*, perpetuo revocare possit. Postremo non minus verecunde quam lepide concludit: " Te quicunque, *colus*, aspexerit, ultro dicet— exiguo etiam muneri magna possit inesse gratia: omnia enim quæ veniunt ab amicis honorem merentur." (WARTON.) Versus non Choriambicos sed Antispasticos esse discas ex Gaisfordio ad Hephæstionem, p. 310. Hoc metrum imprimis frequentavit Alcæus. Usus est eo etiam Horatius.

V. 1. *φιλέριθ' ἀλακάτα.* Minus poetice dicitur, simili tamen sensu, *συνέριθος ἀτρακτος* in Epig. 78 Leonidæ Tarentini, quod citavit Toupius. Vide etiam Piersonum ad Moerid. Atticistam, p. 358.

v. 2. *νόος οἰκωφελίας αἶσιν ἐπήβολος.* Id est, *αἶσιν νόος ἐστὶν οἰκωφελής.* Quæ de gemino usu vocis *ἐπήβολος* olim scripsimus, utcunque vera, non est hujus loci repetere, cum genuinam lectionem Codices Dorvilliani facile extricandam nobis præbuerint. Vulgo legebatur *νόος οἰκωφελέεσσιν σὸς ἐπήβολος.* Al. *ἐπάβολος.* Voce *οἰκωφελία* utitur Naumachius, Γαμ. Παραγγ. v. 20. *Σοὶ δ' οἰκωφελίη μελέτω.*

v. 3. *θαρσεῦσ' ἄμμιν ὑμάρτη.* *Θαρσοῖσ'* Cod. Vat. *ὑμάρτη* pro vulgato *ὁμάρτει*, dedit Brunck. ex Apogr. Ald. (*ὑμάρτη* habet Junt.) *ὑμάρτει* Brodæus quoque jam attulit, et habet Edit. Commel. Idem Brunck. in Notis commendat veram scripturam *Νήλεω*, laudatque Perizon. ad Æliani Var. Hist. VIII. 5. Neleus autem Codri filius, relictis Athenis, quum in Ioniam perveniret, condidit, sive instauravit, atque munivit Miletum. (HARLES.) Nos reliquimus *Νείλεω*· nam potest hoc *ει* esse Dialecti, ut *Θείβαθεν*, *ἀείτα*, et aliis. (KIESSLING.) Pro

Νήλευς stat Perizonius in loco a Brunckio citato, quoniam Marmor Arundelianum nomen ita scriptum exhibet. Fatetur tamen utroque modo scriptum apud Auctores Vett. reperiri. De Nicia Mileti artem medicam exercente vide infra, Epig. VII.

v. 4. καλάμω χλωρὸν ὑφ' ἁπαλῶ. Noli dubitare quin legendum sit καλάμω χλωρὸν ὑφᾷ καλῶ. Καλάμου καλοῦ ὑφὴν vocat, quod Catullus "vimen junceum."

Textum vimine junceo, caricisque maniplis. (SCALIGER.)

Vaticanus sextus dat ὑπαπαλῶ. Unde ego corrigo, Καλάμου χλωρὸν ὑπαὶ καλοῦ. Athenæus, lib. xiii. p. 572. τὴν ἐν Σάμῳ Ἀφροδίτην, τὴν οἱ μὲν ἐν καλάμοις καλοῦσιν. *Ædem Veneris in Samo, quam in Arundinibus vocant.* Quam et alii vocabant ἐν Ἑλειατικοῖς, *in Palustribus.* (WARTON.) Malit Kiesslingius ὑφ' ἁππαλῶ, vel ὑπ' ἁππαλῶ, geminatione Æolica, ut Eid. XXIX. 36. ἐννοχλεῖς pro ἐνοχλεῖς. At ἐννοχλεῖς non est Codicum lectio. Melius citasset ex hoc ipso Eidyllio, v. 16. ὀππάσαι pro ὀπάσαι, quo conjecturam suam defenderet Vir Doctus. Ignoscet lector, uti spero, audaciæ meæ reponentis ἁπλόω. Ita apud Horatium Carm. I. Od. 38. *Simplici myrto nihil allabores sedulus curo.* Posses tamen in Dativo legere καλάμῳ χλωρὸν ὑφ' ἁπλόῳ, ut de tecto ædis intelligatur.

v. 6. ὅππως ξεῖνον ἐμὸν τέρψομ' ἰδών. Fallitur hic Latinus Interpres qui vertit, *ut hospitem meum oblectem videns.* Sensus enim est, monente Hemsterhusio ad Thom. Mag. p. 853. *ut lætitiæ fructum capiam ex obtutu hospitis mei.* Ita Homerus, Od. π. 26.

——— ὄφρα σε θυμῷ
τέρψομαι εἰσορόων νέον ἄλλοθεν ἔνδον ἐόντα.

Et Archilochus, Fragm. 29.

ἐρέω πολὺ φίλταθ' ἑταίρων, τέρψεαι δ' ἀκούων.

Ibid. κ' ἀντιφιλήσομαι. Et hoc passivo sensu accipiendum est; *utque ab eo vicissim amorem experiar.* Haud aliter Homerus, Od. ο. 281. αὐτὰρ κεῖθι φιλήσεαι, οἷά κ' ἔχωμεν. *At illic amice excipieris de talibus, qualia habemus.*

v. 8. ἐλέφαντος πολυμόχθω γεγενημέναν. Vulgo vertitur, *ex elaborato ebore factam.*

v. 10. *σὺν τᾷ.* Vulgo plene distinguitur ad *ὀπάσσομεν*, ut *σὺν τᾷ* pro *σὺν τᾷδε* poni intelligatur.

Ibid. *πολλὰ μὲν ἔργ' ἐκτελέσεις.* Hesychius: *Ἔργα. ποτὲ μὲν τὰ περὶ τὴν ταλασιουργίαν· ποτὲ δὲ, τὰ κατὰ τὴν γεωργίαν.* Hemsterhusius conjicit *ἐκτελέσειν.* Pro *ἀνδρείοις*, al. *ἀνδρείνοις.* Græfius suspicatur *ἀνδρείους πέπλους*, ut hæc sint addita ad *ἔργα*, per appositionem; perperam, ut mihi quidem videtur.

v. 11. *ὑδάτινα βράκη.* Apud Athenæum mentio fit ex Sapphone inscitæ fœminæ *οὐκ ἐπισταμένης τὰ βράκεα ἕλκειν ἐπὶ τῶν σφυρῶν.* Quænam vero sunt *ὑδάτινα βράκη*; Anne vestis undulata hic intelligitur, qualem dicimus Anglice "watered?" Anne simpliciter *mollis?* Certe pars erant vestitus muliebris *βράκεα*, quæ multa arte solebant elaborari. Pro lacertis mollibus habes *ὑδατίνους βραχίονας* in Epig. 32. Antipatri Thessalonicensis. (WARTON.) Quod in Epigrammate legitur *ὑδατίνους φορέουσα βραχίονας* ex Siculo nostro manifeste descriptum est. Inepte autem Interpres h. l. *ὑδάτινα βράκη, aquatiles braccas.* imo vero, *molliculas, delicatulas*, quales Milesiarum scilicet. Quod ex Antipatro constat. Callimachus, Fragm. 295. *ὑδάτινον καίρωμ' ὑμένεσσιν ὅμοιον.* (TOUP.) Latinus Interpres apud Callimachum, l. c. vertit *ὑδάτινον καίρωμα, textum cæruleum*, i. e. *aquæ* colorem referens. Ovidius, Art. Amand. III. 177. De colore glauco, sive cæruleo,

Hic undas imitatus habet quoque nomen ab undis:
Crediderim Nymphas hac ego veste tegi.

Verum Toupii explicationem, h. l. veriorem puto. Adjectivum *ὑδάτινος* primaria significatione sonat *aquosus*, sive *humidus*, ut in Epig. *ἀδεσπ.* 705.

ἀλλ' ἴα καὶ σάμψυχα καὶ ὑδατίνη νάρκισσος.

(Idem enim flos alibi vocatur *ὑγρὸς*, et *φίλομβρος.*) Deinde autem pro *molli* sive *flexili* accipitur, sicuti vox *ὑγρός*. Vide Theocritum, Eid. I. 55. Accusativus *ὑδάτινα βράκη* eleganter pro *ὑδατίνοις βράκεσι* poni videtur, ut infra v. 18. *πόλιν* pro *πόλις.*

v. 12. *μαλακῶς ἐν βοτάνᾳ πόκως πέξαιντ'.* Al. *μαλακοῖς—πόκοις. μαλακὰς* Junt. Non placet in limatissimo

poematio particulæ ἂν omissio. Posses quidem legere κεν pro ἐν, ut βοτάνᾳ significet *in gratiam pascui*. Posses etiam utramque vocem servare, legendo κ' εν· sed ea contractione, propter sonum ejus dubium, abstinebant, puto, poetæ. Vult Theocritus h. l. ea industria esse Theogenidem ut duorum annorum opus uno anno perficiat; adeo ut, quantum ad eam attinet, oves bis eodem anno tonderi deberent. Nomen Θεογενὶς Æolica dialecto fit Θευγενὶς, ut Θεοχαρίλας Θευχαρίλας, Θεοδόσιος Θευδόσιος, &c. Imo et aliis dialectis hoc fiebat. Ita enim Theognis poeta a seipso Θεύγνις nominatur. Γνωμ. v. 22. Veteres Editiones h. l. dant ἕνεκα. ἔννεκ' Brunck. ex Ed. Flor. et Apogr. Aldino.

v. 14. οὕτως ἀνυσιεργός. Videtur hæc lectio in metrum peccare. Lego οὕτως αὖ 'νυσιεργὸς, pro οὕτω δὴ· vel ἀννυσιεργὸς, ut infra ὀππάσαι· vel denique οὕτω κ'ανυσιεργὸς, *adeo et perficere solet ea quæcunque inceperit.*

v. 15. ἀκιρώς. De hac voce valde dubito. Interpretatur Wartonus, *ubi nullus manuum labor*, i. e. *segnes*. ἀκίρας vel ἀκιρὰς præbent veteres Edd. ἀκίῤῥας an ἀχίῤῥας habeat Codex Vaticanus, non constat, quoniam diverso modo collatum retulerunt Wartonus et Dorvillius. Mihi autem in mentem venit legi posse ἀχρέας pro ἀχρέεις, id est ἀχρείους. Hesych. Ἀχρέα, ἀχρεῖον. Ἄχερας, i. e. ἄχειρας, legit Reiskius, metro repugnante. Vox ἄχερος, sed sensu ab hoc loco alieno, occurrit apud Homeri Scholiastem. Vide supra ad vocem ἄχερδος, Eid. XXIV. 88.

Ibid. κεν ἐβολλόμαν. κεν pro μὲν ex conjectura repositum voluit Reiskius, vir multis virtutibus a vitiis (criticis) redemptus. Atque id ipsum exhibent tres Codd. apud Gaisf. Iidem præstant ἐβολλόμαν, quod Æolice dicitur pro ἐβουλόμην. Vulgo ἐβαλλόμαν, nullo sensu.

v. 17. ὠξ Ἐφύρας. Syracusæ Corinthiorum colonia. Noster, Eid. XVI.

κούρα θ' ἃ σὺν ματρὶ πολυκλήρων Ἐφυραίων
εἵλαχας μέγα ἄστυ.

Ibid. Ἀρχίας. Imperator Corinthius ab Hercule oriundus,

Syracusarum conditor, cui cum ab oraculo consulto optio daretur sanitatis ac divitiarum, has legebat.

v. 18. *νάσῳ Τρινακρίας μυελόν.* Siciliæ partem fertilissimam. Vox *μυελὸς* apud Euripidem, Hippol. 255. primam corripit.

Ibid. *ἀνδρῶν δοκίμων πόλιν.* Ab oraculo optimi judicati

ἄνδρες τοι πίνουσιν ὕδωρ καλῆς Ἀρεθούσης.

Vide Schol. ad Eid. XIV. 48.

v. 19. *ὃς πόλλ' ἐδάη σοφά.* Structuram faciliorem efficies, ponendo comma post *σοφὰ*, ut in appositione, uti vocant, collocentur duo nomina, *σοφὰ*, i. e. *ἔργα*, sive *πράγματα*, et *φάρμακα*.

v. 22. *πέλῃ.* Al. *πέλοι*, et infra *παράχοις*. Malit Taylorus *κλύοι*. Sic supra Eid. XVI. 30. *ἐσθλὸς ἀκούσῃς·* et infra XXIX. 21. *ἀγαθὸς μὲν ἀκούσεαι.*

v. 24. *κεῖνο γάρ τις ἐρεῖ τῷ.* Ita pro vulg. *ἐρείτω* conjecerat Scaliger, atque ita legitur in Codice quodam apud Gaisf. Equidem tamen mallem *κεῖνο γάρ τις ἐρεῖ τω*, Dor. sive Æol. pro *τοῦ*, *ἴσως*. Inusitatus loquendi modus mihi videtur *τὶς ἐρεῖ τῷ.*

Ibid. *ἦ μεγάλα χάρις.* Homerus, Od. ζ. 208. *δόσις δ' ὀλίγη τε φίλη τε.* Et similiter Philemon apud Grot. in Excerpt.

ἅπαν διδόμενον δῶρον, εἰ καὶ μικρὸν ἦ,
μέγιστόν ἐστιν, εἰ μετ' εὐνοίας διδῷς.

v. 25. *ξὺν ὀλίγῳ.* Notavit Hemsterhusius, harum literarum magnus Antistes, Atticis et quidem solis esse proprium scribere *ξὺν* pro *σύν*. Hoc de veteri Atticismo dictum. Platonem vero, Demosthenem, aliosque, qui novam et emollitam Atticæ Dialecti formam usurpant, fere semper habere *σύν*. Jam vero in Sophistis recentioribus magnam esse, et pro suo cujusque libitu diversitatem. Quomodo ergo in hoc carmine, quod manifesto *αἰολίζει*, illud *ξὺν* adhibetur? Sic et habemus *ξυγγράφειν* pro *συγγράφειν*, Epig. XX. 4. *ξυμβαίη* pro *συμβαίη*,

Eid. X. 11. Veruntamen illic Vaticanus unus et alter adfert *συμβαίη*. Et facile hæc omnia confundi poterant a librariis. (WARTON.) Σὺν pro ξὺν ex Cod. Vat. recepit Brunckius. Propter metri vitium conjecit Gaisfordius *δώρῳ ξύν τ' ὀλίγῳ*. Mihi in mentem venerat *δώρω νῦν ὀλίγω*, gignendi casu.

Ibid. *τιμᾶντα*. *ἀντὶ τοῦ τιμήεντα*. Sic Pindarus dixit *αἰγλᾶντα κόσμον, ἀντὶ τοῦ αἰγλήεντα*. Pyth. β. in princip. et Pyth. 5. *ἀλκᾶντας ἐκγόνους, ἀντὶ τοῦ ἀλκήεντας*. (Annotator Vimar. apud Reisk.) Al. *τίματα*. Addit Wartonus, "Qui legit hoc Eidyllium teneat animo, quod prius equidem monui, præstantissima fuisse vellera Milesia, artesque adeo lanam faciendi plurimum viguisse Mileti. Dignissima ergo tali munere, colo scilicet eburnea, pulchre expolita, Milesia mulier: ea præsertim, quæ tantopere lanificio præcellebat inter populares suas, ut ipsius in gratiam bis eodem anno matrices oves lana mollissima præditæ, tonderentur. Aliter multa perit hujus carminis venustas."

EIDYLLIUM XXIX.

QUOD sequitur Argumentum prodit ex Cod. Vet. *Γέγραπται τοῦτο εἰς παῖδα ἀποστρεφόμενον τὴν τοῦ φιλοῦντος φιλίαν· διὸ καὶ ἐλέγχων αὐτὸν πειρᾶται, ὡς μὴ σπουδαίως πρὸς τὴν φιλίαν αὐτοῦ διακείμενον. Τὸ δὲ μέτρον τοῦτο Σαπφικὸν πεντάμετρον τεσσαρες καιδεκασύλλαβον. Η δὲ ὁμιλία παρ' ὅσον εἰρῆσθαι γεγράφασιν, Οἶνος καὶ ἀλήθεια παρὰ τὴν παροιμίαν*. Metrum hoc Æolico-Dactylicum videtur constare ex primo pede dissyllabo quolibet, et quatuor Dactylis. Vide Gaisford. ad Hephæstionem, p. 275. Sunt autem qui dubitent utrum carmen hoc Theocriti sit an Alcæi. Scholiastes ad Platonis Symposium, p. 51. hæc habet. *Οἶνος καὶ ἀλήθεια ἐπὶ τῶν ἐν μέθη τὴν ἀλήθειαν λεγόντων. Ἔστι δὲ ἄσματος Ἀλκαίου ἀρχή· Οἶνος, ὦ φίλε παῖ, καὶ ἀλήθεια. καὶ Θεόκριτος. τινὲς δέ φασιν, κ. τ. λ.* Verum hic locus nihil probat. Ego rem aliis dijudicandam relinquo.

V. 1. **Οἶνος, ὦ φίλε.** Notissimum est proverbium *In Vino veritas*, Græce *Οἶνος καὶ ἀλήθεια, Vinum et veritas*, sc.

una habitant, et in una sede morantur; ut monuit Casaubonus ad Athenæum, lib. ii. p. 38. Theognis, v. 499. Ed. Gaisf.

ἐν πυρὶ μὲν χρυσόν τε καὶ ἄργυρον ἴδριες ἄνδρες
γιγνώσκουσ· ἀνδρὸς δ' οἶνος ἔδειξε νόον.

Vide Erasm. Adag.

Ibid. *ἀλάθεα*. Casaubonus scribit *ἀλάθια*. Sed alterum magis Doricum. (TAYLOR.) Cod. Vat. exhibet *ἀλάθεια*. Scripserintne Æoles *ἀλάθια* an *ἀλάθεα* pro *ἀλήθεια* equidem nescio. Quare neque hic judicium meum interpono.

v. 2. *κ' ἄμμες χρή*. Ed. Brunck. *κ' ἄμμε*, quod aliquanto melius. Sed forte legendum *κ' ἄμμεας*. Ita apud Sapphonem Fragm. 81. Ed. Blomf.

μνήσεσθαί τινα φαμὶ καὶ ὕστερον ἀμμέων.

Quanquam ibi, forsitan, *ἀμμέων* est trisyllabum.

v. 3. *κήγὼν μὲν τὰ φρενῶν*. Scribit Thierschius

κήγὼν μὰν ἐρέω τὰ φρενῶν κέατ' ἐν μυχῷ·

verum *καὶ μὰν*, ut supra monui, significat *et tamen*, quod hic ineptum esset. Citat Kiesslingius Herm. ad Viger. p. 926. Infra, eodem monente, *ἐθέλησθα* est Indicativus.

v. 5. *γινώσκω*. *γιγνώσκω* Thierschius, qui formas *γίνομαι* et *γίνωσκω* infimæ Græcitatis habet. (KIESSLING.)

v. 6. *ζᾷ τὰν σὰν ἰδέαν*. Al. *ζῇ*. Correxit Wartonus *ζᾷ τᾶς σᾶς ἰδέας*, subaudito *ἕνεκα*. Si vulgatum retines, subauditur *κατά*. *Vivo quoad tua forma in animo meo locum habet, non ultra.* Similiter Meleager in initio Epigrammatis 44.

Ἐν σοὶ τἀμά, Μύϊσκε, βίου πρυμνήσι' ἀνῆπται·
ἐν σοὶ καὶ ψυχῆς πνεῦμα τὸ λειφθὲν ἔτι.

Chariton lib. vii. c. 2. Ἤδη γὰρ ἐτεθνήκειν ὅσον ἐπὶ ταῖς συμφοραῖς, λοιπὸν δὲ ζῶ εἰς μόνον τὸ λυπῆσαι τὸν ἐχθρόν.

v. 7. *μακάρεσσιν ἴσαν ἄγω ἀμέραν*. Sensus esse debet: *Vitam similem vitæ Deorum ago.* Itaque legendum puto *ἴσων*· *Ago vitam eorum qui Diis similes sunt.* Infra, pro *ἐθέλεις*, conjecit Schaferus *ἐθέλῃς*, quod a pluribus Codd. apud Gaisf. confirmatur.

v. 9. διδῶν. Pro διδοῦν sive διδόναι. Brunck. ταῦτ' ἄρμενα.

v. 11. τῷ κεν. κεν pro καὶ ex Ed. Flor. recepit Schaferus. Sic Homerus, Od. δ. 732.

εἰ γὰρ ἐγὼ πυθόμην ταύτην ὁδὸν ὁρμαίνοντα,
τῷ κε μάλ' ἦ κεν ἔμεινε καὶ ἐσσύμενός περ ὁδοῖο,
ἦ κέ με τεθνηκυῖαν ἐνὶ μεγάροισιν ἔλειπε.

v. 12. ποίησαι καλιὰν. Al. ποίησον, quod tantundem est. Δενδρέῳ debetur conjecturæ Valckenaerii pro lectione ὑποκοριστικῇ δενδρίῳ.

v. 13. ὅππᾳ μηδὲν ἀπίξεται. Al. ὅπη et ὅποι. Brunck. ὅππη sine iota subscripto, quemadmodum et vulgo scribitur in Eid. XXVIII. 4. Pro ἀπίξεται, quatuor Codd. apud Gaisf. ἀφίξεται. Ὀρπετὸν retulit Valckenaerius ex Ed. Flor. pro vulgato ἑρπετόν. A Sapphone, Fragm. 32. Ed. Blomf. Amor vocatur γλυκύπικρον, ἀμάχανον ὄρπετον. Infra pro νῦν δὲ τῷδε malit Valckenaerius νῦν ὃ ἐν τῷδε.

v. 16. καὶ μήν. Ed. Florentina καί κεν. Repono

καΐ κεν σεῦ τὸ καλόν τις ἰδὼν ῥέθος αἰνέσῃ.

(Vulgo αἰνέσαι.) Noster Eid. I. 61.

αἴ κέν μοι τὺ φίλος τὸν ἐφίμερον ὕμνον ἀείσῃς.

Item Eid. VII. 55.

αἴκεν τὸν Λυκίδαν ὀπτεύμενον ἐξ Ἀφροδίτας
ῥύσηται.

Est autem ῥέθος αἰνεῖν faciem laudare. Quod et recte vidit Interpres. Hesych. Ῥέθος, πρόσωπον, παρεία. Vocem usurpat Noster XXIII. 39. καὶ ἀμφιθὲς ἐκ ῥεθέων σῶν εἵματα. Huc facit Schol. ad Hom. Il. X. 68. Ῥέθεα λέγουσι τὰ τοῦ σώματος μέλη, ἐπειδὴ κατὰ παντὸς μέλους τὸ ζωτικὸν καὶ ψυχικόν ἐστι. Ῥέθη δὲ τὰ ζῶντα μέλη, δι' ὧν ῥεζομέν τι. Αἰολεῖς δὲ ῥέθος τὸ πρόσωπον· καὶ ῥεθομαλίδας, τὰς εὐπροσώπους. Quæ nota elegans. (Toup.) Confer etiam Moschum, Eid. IV. 2.

v. 17. τῷδ'. τῷ δ' divisim Kiesslingius, conferens Eid. I. 11.

v. 18. τριταῖον. Miror quid interpretibus in animo fuit, qui hoc explicant *tertio loco*. Ita certe perit hujus loci elegantia. Antithesis est inter τριέτης et τριταῖον. *Si quis te laudaverit, ei amicus fit plusquam triennis. Primo autem amatore tanquam triduano uteris.* Τριταῖος est vox dialis, ut aiunt Grammatici, et respondet quæstioni ποσταῖος. (TAYLOR.)

v. 19. ἀνδρῶν τῶν ὑπερηνορέων. Brunckius admisit in textum Valckenaerii suspicionem (ad Phœniss. v. 192.) Χλιδώντων ὑπερηνορέων δοκέεις πνέειν. *Superbus amare videris delicatulos.* Hesychius enim: ἐμπνεῖ μου, ἐρᾷ μου, ποθεῖ με. Scilicet Valckenaerius ὑπερηνορέων non genitivum pluralem, sed participium esse censet. Dissentit Reiskius, et, vulgata lectione probata, supplet πνεῦμα. *Spiras spiritum virorum superborum*, i. e. imitaris insolentes mores arrogantium. Ego neutram sententiam probo, sed locum ita legendum esse suspicor:

τὸν πρῶτον δὲ φιλεῦντα τριταῖον ἐθήκαο
ἀνδρῶν· τὼς ὑπερηνορίαν δοκέεις πνέειν.

i. e. τὸν πρῶτον ἀνδρῶν φιλεῦντα ἐθήκαο τριταῖον. τὼς pro οὕτως. Homerus, Od. τ. 234. τὼς μὲν ἔην μαλακὸς. *Ita quidem mollis erat.* Adhibuit etiam Noster particulam hanc plus semel.

v. 20. φίλει δ' ἅς κε ζόῃς. Al. ὥσκε. ἅς κε Æolice dicitur pro ἕως κε. ὔμοιον pro ὅμοιον. Sed ζόῃς metrum corrumpit. Al. τρόῃς. Legendum,

φίλει δ', αἴ κ' ἐράῃς, τὸν ὔμοιον ἔχειν ἀεί.
Consuesce, si amas, consimilem semper habere.

v. 21. αἰ γὰρ ὥδε ποιῇς. Brunckius scribendum monuit ἦν γὰρ ὥδε ποῇς.

v. 22. ὁ δέ τοί κ' ἔρος. In Ed. Flor. legitur χρόνος. Brunckius in versu sequente legit ὅς τ' ἀνδρῶν, absque causa. Vide quæ de hoc metro præfatus sum.

v. 24. ἐξεπόνασε σιδαρέω. ἐπόνασεν ἐκ σιδαρέω. Hunc loquendi modum alibi non adhibuit Theocritus.

v. 25. ἀλλ' ἀπρίξ. Editum fuit ex conjectura Casauboni, sic legentis pro ἀλλὰ πέριξ. Pro στόματος in Ed. Flor.

legitur στύματος· quod admisi cum Brunckio, qui præterea dedit

ἀλλὰ πρός γ' ἀπαλῶ στύματός σε πεδέρχομαι.

Quæ sequuntur edidit ex antiquo Codice Casaubonus ad Diogenem Laertium. (VALCKENAER.) Conjecit Wartonus,

ἀλλ' ἀπρὶξ ἀπαλῶ στόματός σ' ἐπιδέρκομαι.

Et interpretatur, "Veruntamen, utcunque hoc sit, etsi levis es et inconstans, O puer, non possum quin tenerum tuum os semper defixis oculis intuear." Sequentia in multis Theocriti Codicibus extare patet ex editione Gaisfordiana. Nos ea cum præcedentibus ad hunc modum connectimus.

ἀλλὰ, παῖ, ἔξ ἀπαλῶ στύματός σε πεδέρχομαι,
κἀμνάσθην ὅτι, κ. τ. λ.

Id est, "Atqui, O puer, ego te molli ore amplector; quæ res me admonet te superiore anno juniorem fuisse." ἐξ ἀπαλοῦ στόματος idem significat quod ἀπαλῷ στόματι. quemadmodum et alibi apud Theocritum, scil. Eid. VII. 6. Βούριναν ὃς ἐκ ποδὸς ἄνυε κράναν· item apud Bionem III. 2. καλᾶς ἐκ χειρὸς ἄγοισα· et IV. 2. καὶ ἐκ ποδὸς αὐτῷ ἔπονται.

v. 26. ἐμνάσθην ὅτι πέρυσιν. Ex versu præcedente hic adhæserant verba ἀλλὰ πέριξ μ'· ea tamen plures Codd. apud Gaisf. omittunt. Casaubonus sic legendum suspicatus est:

οὐ μνάσθητι ὅτι πέρυσ' ἦσθα νέωτερος·

quo sensu non exputat Valckenaerius; qui se intellecturum esse dicit sic scripta:

ὠνάθην ὅκα δὴ πέρυσ' ἦσθα νεώτερος.

Brunckius,

μνασθῆναι (vel μνασθῆμεν) δ' ὅτι πέρυσιν ἦσθα νεώτερος.

Verum πέρυσιν in metrum peccat. Posses reponere

κἀμνασθην ὅτι τοι (vel μοι) πέρυσ' ἦσθα νεώτερος·

vel per duplex ρ, ὅτι πέῤῥυσιν, ut in Eidyll. proxime præcedente ὀππάσαι ponitur pro ὀπάσαι.

v. 30. βαρδύτεροι τὰ ποτώμενα συλλαβεῖν. Vulgo ποτήμενα, quæ vox est nihili; item βραδύτεροι, cui metrum refragatur. Participium ποτώμενος plus semel ab Euripide

adhibetur. Pileneio placebat τὰ ποθεύμενα, *ea quæ concupiscimus:* Tayloro, ut jam video, τὰ ποτεύμενα· quod forsitan genuinum est. Fuerit enim Æolice hoc dictum, pro ποτώμενα, quod nos ex conjectura in contextu reposuimus. In uno Cod. apud Gaisf. legitur ταποτέμενα.

v. 31. ποτιμώτερον. Elegans locutio πέλειν ποτιμώτερον, *mitiorem esse et suaviorem.* Metaphora a vinis quæ quo leniora eo gratiora et potui matura esse solent. Philostratus, Icon. I. 20. Μὴ ἐπαίνει τὸ ὕδωρ. καὶ γὰρ, εἰ πότιμον καὶ γαληνὸν γέγραπται, ποτιμωτέρῳ ἐντεύξῃ τῷ Ὀλύμπῳ. Olympus est nomen pueri. Ad Theocritum autem proculdubio respexit Philostratus. (Toup.) Verbum usurpat Diogenes Laertius in Bione. Ἔν τισι δὲ καὶ πότιμος καὶ ἀποπαῦσαι τύφον δυνάμενος. (Ita enim legi testatur Casaubonus pro ἀπολαῦσαι τύφου.) Quare frustra correxerat Taylorus h. l. πορμώτερον, i. e. εὐπορηστότερον.

v. 32. τωραμένῳ συνεραῖν. Amant Bucolici hujus verbi formam variare. Vide ad Moschum, Eid. VI. v. 1. Infra pro ὄπως, ὄππως Brunckius. Sed vide supra ad v. 22.

v. 34. Ἀχιλλέϊοι φίλοι. Similes Achilli et Patroclo. Vulgo Ἀχιλλῆϊοι. Correxit Schaferus.

v. 36. ἐν θυμῷ τε λέγεις. Homer. Od. τ. 209.

——— αὐτὰρ Ὀδυσσεὺς
θυμῷ μὲν γοόωσαν ἐὴν ἐλέαιρε γυναῖκα·
— — δόλῳ δ' ὄγε δάκρυα κεῦθεν.

Ibid. τί με, δαιμόνιε, νοχλεῖς; Syllaba per cæsuram producitur. Vulgo scribitur metro pessundato τί με, δαιμόνι', ἐνοχλεῖς; Emendabat Taylorus, τί με, δαιμόνι', ὀχλέεις; Thierschius εἰνοχλεῖς. Hermannus ἐννοχλεῖς.

v. 37. νῦν μὲν κήπι. Vulgo νῦν μὲν δὴ κήπι. Correxit Thierschius νῦν ἂν κήπι. At monet Hermannus μὲν hic prorsus necessarium esse. Rogat ille, βαίην potuisse sine ἄν dici quis jam dubitat? Ego vero de illa licentia valde dubito si pro regula generali ponatur. Non tamen nego particulam hoc loco subintelligo posse, quæ in altera sententiæ parte exprimitur.

νῦν μὲν βαίην, τόκα δὲ προμόλοιμί κε. Pari jure diceretur νῦν μὲν βαίην ἄν, τόκα δὲ προμόλοιμι.

v. 39. καλεῦντος. Sub. σοῦ. Vide supra, Eid. IX. v. 20.

v. 40. προμόλοιμι. Conjeceram olim προσμόλοιμι. Debuissem saltem παρμόλοιμι. Sed nihil mutandum.

EIDYLLIUM XXX.

Hoc Eidyllium grammatici Theocriteis adscripserunt in secundo Vaticano: sed non esse Theocriti, cum metri ratio, tum magis ipsa carminis indoles, haud obscure demonstrant. Anacreonti quidam tribuunt: et per me licet inter Odas illas argutulas haud incommode recenseatur, quæ sub Anacreontis nomine circumferuntur. Huc forsitan irrepsit, quod ejusdem carminis argumentum Bio, cujus cum Theocriticis olim confusa carmina, tractaverit; quin et Noster in Adoniazusis. (WARTON.)

v. 3. στυγνὰν ἔχοντα χαίταν. Epitheton hoc loco mihi non placet. Quin et vox recurrit intra paucos versiculos. In mentem venit legi posse ὑγρὰν, *madidam*, sc. sanguine aut luto. Homerus de Nireo occiso:

αἵματί οἱ δεύοντο κόμαι χαρίτεσσιν ὁμοῖαι.

Jam autem video me olim emendasse λυγρὰν· neque male, ut opinor. Ita apud Eurip. Suppl. v. 80. ἀμφιβαλεῖν παιδὸς ἐμοῦ μέλη λυγρά.

v. 8. πᾶσαν δραμόντες ὕλαν. Oppian. Hal. I. 188.

ἔξοχα γὰρ νήεσσι γεγηθότες ὑγρὰ θεούσαις
ἕσπονται.

Similiter et Virgilius, Æn. III. 191.

Vela damus, vastumque cava trabe currimus æquor.

v. 14. τοῖσι τόξοις. Ut vitetur Ionismus, legit Wartonus τοῖς γε τόξοις· sed dialectus hujus Eidyllii Ionico-Dorica dici possit.

v. 19. *ἴψω*. Hesychius: *Ἴψαο, κατέβλαψας, ἔφθειρας*. Apollon. Lex. MS. citante Alberto: *Ἴψαι, φθεῖραι. τὸ αὐτὸ ἰάψαι*. Vide supra, Eid. II. 82. et III. 17. In Cod. Vat. reperitur alia lectio *ἤψω*.

v. 27. *οὐκ ἤθελον πατάξαι*. *Πατάσσω* est *pulso*, quæ significatio huic loco non convenit. Forte legendum *σπαράξαι*.

v. 28. *ἀλλ' ὡς ἄγαλμ' ἐσεῖδον*. Dubitatur utrum vox *ἄγαλμα* ut accusativus ad Adonidem, an ut nominativus ad aprum, referri debeat. Mihi priorem sententiam satis defendisse videtur Dorvillius, ad Chariton. lib. i. cap. 1. Et sic Euripides in Hecuba, v. 558. *στέρνα θ', ὡς ἀγάλματα, κάλλιστα*.

v. 31. *ἐμαινόμαν φιλᾶσαι*. Vide apud Lucianum, *Ερωτ.* 16. historiam de juvene quodam Veneris statuam depereunte, et memorem illius femori notam imprimente.

v. 32. *καί μευ κατεσίναζε*. Pro vulgato *καί μευ κατεσίναζε*, quod adeo corruptum est ut nullus ex his verbis sensus elici possit, Clar. Reiskii conjecturam *κ' αἰ μευ κατεστυγνάζευ, et si mihi irata es*, recepi, ut tolerabilem et bonum aliquem præbentem sensum, licet *στυγνάζειν* verbi neutri formam mediam nullibi vidisse recordarer. Aliam lectionem profert, partim e Codice, partim a viri docti emendatione, Cl. Valckenaer. *καί μευ ἔσινε κραντήρ*. Hoc versiculo bene clauditur apri apologia. *Nudum femur osculari volui tantum; at dens exsertus illud læsit.* Sed hanc lectionem vix sinceram credo. Vox *κραντὴρ* sua propria significatione hic posita non est. Apri enim dens exsertus a *κραντήρων* numero non est. Scio generalem dentis notionem hoc vocabulum apud Nicandrum habere, Theriac. 447. quem versum laudat H. Stephanus in Thesauro: sed facilis et simplex hujus carminis stilus vocem hanc minime poeticam et physiologis solis usurpatam, ægre admittere mihi videtur. Melior itaque a sinceriore Codice expectanda lectio. (Brunck.) *Κραντῆρες* proprie sunt dentes postremi, sive maxillares. At oblitus erat doctissimus Brunckius vocem eam generali notione in hac ipsa re enarranda adhibuisse Lycophronem, v. 833.

κραντῆρι λευκῷ τόν ποτ' ἔκτανε πτέλας.
Quem dente candido olim occidit aper.

καί μευ σίναζε κραντὴρ est in Cod. Pal. quæ quidem lectio duabus de causis mendosa est, quarum unam solum sustulit vir doctus legendo καί μευ ἔσινε κραντήρ. Quid enim, quæso, est μεῦ; an κραντήρ μευ, pro ἐμός; At hoc nullo modo tolerari posset. Verbum autem σίνω accusativum post se habet, ut non possis interpretari, *dens me læsit*. Quid multa? legendum puto, ὃ καί μ' ἔσινε· καὶ σὺ τούτους κόλαζε, Κύπρι, τούτους λαβοῦσα τέμνε. Verba κόλαζε et λαβοῦσα hoc modo transposita leguntur in Cod. Vat.

v. 39. τί γὰρ φιλεῖν ἐτόλμων; Hunc versum ex Cod. Vat. in lucem protulit Valckenaerius.

v. 41. εἶπέν τε. Notent tirones usum verbi εἰπεῖν pro κελεύειν. Vide supra Eid. XXV. 47. ubi φράζω eandem significationem habet. In versu sequente pro ἐκ τῶδ', mallem κἀκ, vel κἠκ τῶδ'.

v. 43. κάς ὕλαν οὐκ ἔβαινε. Vulgo καὶ ὕλαν. Cod. Vat. καὶ σύλαν, unde facile effici poterat κᾀς ὕλαν a Valckenaerio, vel κἠς ὕλαν a Brunckio prolatum. Ego tamen mallem κ' ἀν' ὕλαν. In Eidyll. XIV. v. 43. proverbium est ἔβα καὶ ταῦρος ἀν' ὕλαν. Emendat Hermannus χὔλαν ἔτ' οὐκ ἔβαινε.

v. 46. ἔκαιε τὼς ἔρωτας. Ἔρωτας vulgo exponunt per ἐρωτικοὺς ὀδόντας· ut aper usserit dentes suos, scilicet, uti explicat Dahlius, igne quo mortuus Adonis comburebatur. Valckenaerius eadem sententia legit ἐρῶντας, subaudita voce ὀδόντας. Quod recte absurdum esse judicat Brunckius. Ipse, præeunte Critico apud Bayl. (Dict. in voce "Adonis") credit aprum se una atque amores suos in ignem conjecisse. Funestum sane fabulæ exitum, et qualem nunquam speravissemus! Neque sane credibile est, poetam τοὺς ἔρωτας pro ἔρωτα simpliciter positurum fuisse, cum antea vv. 6 et 41 aliter usurpaverit. Audacior est conjectura T. Fabri pro ἔρωτας legentis ὀδόντας· quæ si lectori minus placuerit, mihi, precor, auscultet novam lectionem proferenti, καὶ τῷ πυρὶ προσελθὼν ἔκαιε τοῖς Ἔρωσι. Nimirum ignem accendebat, vel accensum tenebat, in quo

Amores sagittas suas tingerent, quæ ut loquitur Moschus, Eid. I. 29. πυρὶ πάντα βέβαπται. Verbum προσελθεῖν de iis usurpatur qui ad munus aliquid obeundum accedunt. Pro τῷ πυρὶ dant antiquiores Edd. τε πυρί. Pro ἔκαιε nonnulli legunt ἔκλαιε, ut sit sensus: *suorum amorum miseriam deplorabat.* In vetere quodam Codice duo postremi versus desunt.

FRAGMENTUM.

Hoc Fragmentum ab Athenæo servatum, lib. vii. p. 284, ad mentem Toupii exhibetur. At ejus emendationes utcunque ingeniosas pro certis minime acceperim. Locum ut legitur apud Athenæum præstat hic subjungere. Θεόκριτος δὲ ὁ Συρακούσιος ἐν τῇ ἐπιγραφομένῃ Βερενίκῃ, τὸν λεῦκον ὀνομαζόμενον ἰχθῦν ἱερὸν καλεῖ διὰ τούτων·

καί τις ἀνὴρ αἰτεῖται ἐπ' ἀγροσύνην τε καὶ ὄλβον,
ἐξ ἁλὸς, ᾧ ζώει, τάδε δίκτυα κείνῳ ἄροτρα,
σφάζων ἀκρονύχους ταύτῃ θεῷ ἱερὸν ἰχθῦν
ὃν λεῦκον καλέουσιν· ὁ γάρ θ' ἱερώτατος ἄλλων.
καί κε λίνα στήσαιτο, καὶ ἐξερύσαιτο θαλάσσης
ἔμπλεα.

V. 1. εὐαγρεσίαν. Hanc emendationem in contextum admittere dubitavit Schweighæuserus, in cæteris Toupium secutus, tenendam ratus formam vocabuli propius ad librorum scripturam accedentem, εὐαγροσύνην· quæ, quanquam alibi non reperiatur, tamen analogiæ sermonis haudquaquam repugnare videbatur. Idem conjecerat Valckenaerius in Epist. ad Rover. p. 22.

v. 2. ἐξ ἁλὸς ᾧ ζωή. Ἀνὴρ ᾧ ἐξ ἁλὸς ζωὴ est piscator qui ex mari victum comparat. Hesych. Ζωή, ἡ πρὸς τὸ ζῆν χορηγία. Quo sensu vocem non semel usurpat Homerus. Antipater Thess. Ep. 67.

——— ὁ δ' ἐκ πόντοιο ματεύων
ζωὴν, ἐκ πόντου καὶ μόρου εἰλκυσάμην.

Noster supra, Eid. VII. 60. ὅσαισί περ ἐξ ἁλὸς ἄγρα. Quod tantundem est. (Toup.)

v. 3. ἀκρόνυχος. Idem valet ac ἄκρας νυκτὸς apud Soph. Aj. 285. Primum casum adnotavit Suidas: Ἀκρόνυξ, τὸ ἄκρον τῆς νυκτός. Ipsum genitivum adverbialiter positum ἀκρόνοχος habes apud Nicandrum, Ther. 761. (SCHWEIGHÆUSER.) De Berenice, quæ hoc loco Dea vocatur, vide supra Eid. XVII. 34. sqq.

Ibid. ἱερὸν ἰχθῦν. Ita vocari monuit Eustathius, ad Il. Π. 407. οἷα σημαντικὸν ὄντα τοῦ ἄθηρον εἶναι τὴν θάλασσαν.

v. 4. ὅν λεῦκον καλέουσιν. Quis esset piscis quem λεῦκον Theocritus vulgo vocari dixisset, quum non magis, quam nos, compertum habuerit Eustathius, sua de conjectura ille statuit, γλαῦκον fortasse scripsisse vel intellixisse poetam. (SCHWEIGHÆUSER.) De aliis piscibus sacris vocatis, et propter quas rationes, vide Athenæum in loco supra citato.

Ibid. φιαρώτατος. Scribi etiam potuisse φιερώτατος monet Schweighæuserus. Vide Hemsterhus. ad Thom. Mag. p. 863. Ego autem dubito de hac lectione: Etenim non reddenda erat ratio quare piscis iste λεῦκος vocaretur, sed quare ἱερὸς, vel saltem quare præ aliis Berenicen propitiare deberet. In mentem venit γεραρώτατος.

EPIGRAMMATA.

I. v. 1. κατάπυκνος. In Ed. Flor. male legitur κατάκαρπος. Verbum κατατυκνόω adhibet Plutarchus in Lycurgo: κατεπύκνου παραδειγμάτων πλήθει τὴν πόλιν, *urbem replebat exemplorum copia*, seu *referciebat*.

v. 4. Δελφὶς ἐπεὶ πέτρα. Exponit Brunckius: Δελφὶς πέτρα τὴν ἀγλαΐαν τούτου τοῦ δένδρου σοὶ ἔφυσε. Scilicet ἀγλάϊσε sensum hic transitivum habet. Toupius autem corrigit, Δελφίδ' ἐπεὶ πέτραν. *Delphicam enim petram hæ tibi ornarunt*. Kiesslingio placet lectio vulgata, sed τοὶ cum ἐπεὶ conjungit, locum ita vertens: *Nam profecto Delphica petra hoc decore nituit*. Pro τοῦτό τοι, al. τοῦτοι, et τοῦτο οἱ.

v. 5. τράγος οὗτος ὁ μαλός. Hesych. Μαλὸς, λευκός. Μάλουρις, ἥτις τὴν οὐρὰν ἔχει λευκήν. Vat. Cod. præbet μᾶλος. Edd. vett. ὁμαλὸς conjunctim. Brunckius μαλλὸς· quod idem sonat. Hesych. Μαλλὸς, τὸ ἔριον—καὶ λευκός Μαλοπάρηος, λευκοπάρειος. Vide supra Eid. XXVI. 1.

v. 6. τερμίνθου. Terebinthus ad Pistaciæ genus a Linnæo relata. (SCHREBER.)

II. v. 1. καλᾷ. Wartonus legit adverbialiter καλὰ, ultima per cæsuram producta.

v. 3. τὼς τρητὼς δόνακας. Conjectura Salmasii a Codicibus confirmata. Vulgo τοὺς τρισσούς. Citat Jacobsius Eratosthenem Scholasticum, qui hoc carmen expressit :

Τὼς τρητὼς δόνακας, τὸ νάκος τόδε, τάνδε κορύναν,
ἄνθεσο Πανὶ φίλῳ, Δάφνι γυναικοφίλα.

v. 4. τὰν πήραν ᾇ ποκ' ἐμαλοφόρει. Intelligit Reiskius μᾶλα ad amasias mitti sueta. Vide supra Eid. III. 10. Wartonus simpliciter poma, rusticorum delicias. Πήρην κατωμαδίην Amori ἀροτριῶντι tribuit Moschus. Pro τὰν dedit Brunckius καὶ πήραν.

III. v. 1. σῶμα κεκμακός. Vide supra ad Eid. I. 17.

v. 2. στάλικες. Proprie sunt *sudes* adustæ, quibus imponebant retia.

Ibid. ἀρτιπαγεῖς ἀν' ὄρη. Daphnis, venationis labore lassus, feris insidiari desierat, cum en ipse in libidinosorum Deorum insidias incidit. (JACOBS.) Monet etiam ille verbum ἀγρεύειν de insidiis amantium passim usurpari.

v. 4. καθαπτόμενος. Eid. XXX. 11. χὠ μὲν βρόχῳ καθάψας. Verbum hoc ligandi sensu in voce activa frequenter occurrit; sed insolentius videtur καθαπτόμενος. De hedera crocea vide supra, Eid. I. 31.

v. 5. ἄντρον ἔσω στείχοντες ὁμόῤῥοθοι. Al. ἄντρου. Ambo Dii antrum intrant *simul*, ὁμόῤῥοθοι. Schol. Aristoph. in Av. 852. ὁμορροθῶ, Σοφοκλέους ἐκ Πηλέως ἀντὶ

τοῦ τὸ αὐτὸ φρονῶ. ὁμορροθεῖν δὲ κυρίως τὸ ἅμα καὶ συμφώνως ἐρέσσειν.

v. 6. ὕπνου κῶμα καταγρόμενον. Quomodo explicari possit καταγρόμενον, pro καταγειρόμενον, *collectum*, non video. Toupius, qui primum conjecerat κατεγρόμενος, postea legendum censebat καταρχόμενον, *altum soporem jam incipientem*. Philodemus, Epig. XIII.

ψαλμὸς, καὶ λαλιὴ, καὶ κωτίλον ὄμμα, καὶ ᾠδὴ
Ξανθίππης, καὶ πῦρ ἄρτι καταρχόμενον,
ὦ ψύχη, φλέξει σε.

Forsitan Ὕπνος est Deus Somnus, ut apud Lucretium, IV. 455.

Denique quom suavi devinxit membra sopore
Somnus, et in summa corpus jacet omne quiete, &c.

Κῶμα est *somnus profundus*, sive *sopor*. In MS. Vat. legitur καταγομένου, unde καταρχομένου mallet Jacobsius.

IV. 1. Τήναν τὰν λαύραν. Λαύρα, Hesychio et Suidæ, est vicus sive via publica, ὅτι δι' αὐτῆς οἱ λαοὶ ῥέουσι. Alias significationes pete apud eosdem. Tradit Eustathius meretrices σποδησιλαύρας vocari, quod in vicis prostarent; σποδεῖσθαι scilicet etiam ἐπι μίξεως dici.

Ibid. τὼς αἱ δρύες. Al. τόθι ταὶ δρύες. Conjecit Jacobsius ὄθι ταὶ δρύες, ultima syllaba vocis λαύραν per cæsuram producta. Equidem mallem τόθι χ'αι δρύες, *ubi etiam sunt quercus*. Confer notata ad Eid. XXII. 199.

v. 2. σύκινον. Ita Horatius, Serm. VIII. 1.

Olim truncus eram ficulnus, inutile lignum,
Quem faber, incertus scamnum faceretve Priapum,
Maluit esse Deum.

v. 3. τρισκελές. Quid sit, quod Priapi signum vocetur τρισκελὲς, equidem ignoro. Interpretes tacent. Uno pede potius, sive palo, hunc Deum plerumque niti constat. Foret igitur potius μονοσκελής. Num aliud quid latet? Fortasse ἀσκελές, *durum et aridum*. Nihil definio. Eruditiores hunc locum expediant. (JACOBS.) Ego in eandem conjecturam incideram, interpretans, *sine cruribus*.

Ibid. ἀλλὰ φάλητι παιδογόνῳ. Legendum παιδογόνῳ, et vertendum cum Kiesslingio, *phallo potentem genetricis Veneris opera perficere.*

v. 5. σακὸς δ' εὖ ἱερός. Finge tibi Priapum sub umbrosis arborum tectis collocatum, quale sacellum huic Deo optat Tibullus I. 4. 1.

Sic umbrosa tibi contingant tecta, Priape,
Ne capiti soles, ne noceantque nives, &c.

εὐίερος una voce legi velit Toupius, quæ vox in hymnis Orphicis sæpius occurrit. Al. ἔρκος δ' εὖθ' ἱερόν. In Ed. Flor. legitur κᾶπος δὲ σκιερός.

v. 6. ἀπὸ σπιλάδων. Σπιλὰς, *rupes.* Plerumque de saxo quod in mari prominet. Homer. Od. ε. 401.

καὶ δὴ δοῦπον ἄκουσε ποτὶ σπιλάδεσσι θαλάσσης.

v. 8. βοτρυόπαις. *Uvas producens.* Ex Theocrito Philippus, Epig. 45.

ἄγχεις τὴν Βρομίου βοτρυόπαιδα χάριν

Ubi conqueritur vitis de hedera se occupante. Monet Jacobsius ab Ione Chio uvas vocari πυκινοὺς παῖδας τῆς ἀμπέλου, unde mihi nova emendatio sese offert ad Eid. I. v. 46. πυκναῖσι σταφυλαῖσι, pro πυρναίαις.

v. 11. ἀνταχεῦσι. Positum fuit ex emendatione Scaligeri, metro postulante. Vulgo ἀντιαχεῦσι. Κόσσυφοι ἀχεῦσιν, ἀηδόνες ἀνταχεῦσι. Vide Moschum, Eid. III. v. 47. sqq.

v. 13. Quæ sequuntur non satis expedita sunt. Is qui loquitur duo, sed plane diversa, rogari cupit Priapum: ut Deus aut amorem in ejus pectore extinguat, aut contra amoris fructum ei concedat. Si Priapus concesserit prius, hoedum, si posterius, tres victimas accipiet. Sed quis est, qui hoc carmine loquatur? Cur caprario mandat preces ad Deum Lampsacenum facere? Quomodo denique Priapus efficere potest, ut amoris flamma in pectore quiescat? (Jacobs.)

v. 14. ἀποστέρξαι. Vide supra, Eid. XIV. v. 50. Al. in Codd. leguntur ἀποῤῥέξαι et ἀποστρέψαι.

v. 15. ἦν δ' ἀνανεύσῃ. Legit Heinsius,

κ' εὐθὺς ἐπιῤῥέξειν χίμαρον καλὸν ἦν κατανεύσῃ.

Mallet Valckenaerius ἐπινεύσῃ, quod in hoc v. legitur in Scholiis ad Anthol. Al. ἦν δ' ἄρα νεύσῃ. Infra pro τρισσὰ θύῃ, al. τρισσοθύην. In v. ult. pro αἰοι, al. νεύοι.

V. v. 2. πακτίδ' ἀειράμενος ἀρξεῦμαι. Al. κἀγὼ πακτίδ' ἀειρόμενος ταξεῦμαι. i. e. *hoc operis mihi imponam.* Πηκτὶς erat musicum quoddam instrumentum. Apud Pollucem recensetur inter ea quæ pulsantur; et κροτητὰ πηκτίδων μέλη dixit Sophocl. apud Athenæum, IV. p. 175. at a sequioris ævi scriptoribus pro *fistula* sumebatur. Derivatur a πήγνυμι.

v. 4. καροδέτῳ πνεύματι. i. e. δόνακι κηροπλάστῳ, *fistula.*

v. 5. λασίας δρυὸς, ἄντρου ὄπισθεν. Al. λασιαυχένος ἐγγύθεν ἄντρου.

v. 6. αἰγιβάταν ὀρφανίσωμες. Vulgo αἰγιβόταν ὀρφανίσωμεν. Notandum est, pastorem hoc Epigrammate sibi permissum putare, quod caprarius Eid. I. v. 15. sqq. ut nefas fugit. Pastores itaque et bubulci Pana minus timuisse videntur quam caprarii, quos Deus peculiari cura dignari existimabatur. (JACOBS.)

VI. v. 1. τί τοι πλέον. *Quid prodest?* Vulgo τί τὸ πλέον.

v. 2. διγλήνους ὤπας. *Geminos oculos;* ad literam, *Duas pupillas habentes.*

v. 4. τραχὺς γὰρ χαλαῖς. Asper enim ungulis erat lupus, qui eam corripuit. Πιάζω idem est quod πιέζω.

v. 5. αἱ δὲ κύνες κλαγγεῦντι. Serum est, nunc demum canes latrare, cum capella jam devorata sit.

v. 6. ὀστέον οὐδὲ τέφρα. Reiskius scribendum putabat ὀστέων οὐδὲ τέφρα. In fine versus al. λείπετ' ἀποιχομένας.

VII. In Æsculapii signum, Eetionis manu affabre factum, quod Nicias, qui Mileti artem medicam exercebat, posuerat.

v. 2. *συνοισόμενος*. Sic Cod. Vat. Vulgo *συνεσσόμενος*, quod illius interpretamentum est. Etiam in Asclepiadæ Epigr. V. 4. ex eodem libro *συμφέρομαι* revocandum. Sophocl. Philoct. 1084. *ἀλλ' ἐμοὶ καὶ θνήσκοντι* (i. e. *θανόντι*) *συνοίσει*. Bene Scholiastes: *σὺν ἐμοὶ ἔσῃ*. Cum Sophocleis compares Epigr. Agathiæ 58. v. 3.

——— *τὰ γὰρ κένα κύδεα φωτῶν*
ψυχαῖς οἰχομένων οὐ μάλα συμφέρεται. (SCHAFER.)

v. 3. *Νικίᾳ*. Is est cui Theocritus Cyclopem et Hylam dedicavit, et ad cujus conjugem colum eburneam misit. v. Eid. XXVIII.

Ibid. *ἐπ' ἄμαρ ἀεί*. *Quotidie*. Eodem sensu dixit Sophocles *κατ' ἦμαρ αἰεί*, Œd. Col. 682. Verbum *ἱκνεῖσθαι* pro *ἱκετεύειν* ab eodem poeta sæpius usurpatur.

v. 4. *γλύψατ'*. *Sculpi curavit*. Hunc medii usum pluribus hic exemplis illustrat Schaferus.

v. 5. *κέδρω*. Hujus arboris ligno veteres sæpe utebantur ad *ξόανα*. Pici regis domum cedrinis avorum signis exornatam fingit Virgilius, Æn. VII. 177. (JACOBS.)

v. 6. *πᾶσαν ἀφῆκε τέχναν*. Citat Jacobsius ex Achille Tatio VI. 6. p. 252. *ἰδὼν δὲ ὁ Θέρσανδρος τὸ κάλλος ἐκ παραδρομῆς, ἀφῆκε ψυχὴν ἐπ' αὐτήν*.

VIII. Hoc Epigramma Leonidæ Tarentino tribuit Cod. Vat. qui et in v. 3. *μόρον* pro *πότμον* exhibet.

v. 2. *χειμερίης μεθύων*. Ipsa sunt verba præcipientis Orthonis. Non subauditur *ὅπως*. Vide Dawes. Misc. Crit. p. 82. Sed pro *ἵοις* forte legendum *ἵης* ex Ed. Junt. monente Schafero. Est enim hæc *ἐφετμή*, non *εὐχή*. *Μηδαμά*, *neutiquam*, *minime*, plerumque habet circumflexum in ultima.

v. 3. *ἀντὶ δὲ πολλᾶς πατρίδος*. *Pro patria terra, eaque multa et præclara, peregrino tumulo exceptus sum*. Monet Wartonus veteres infortunium credidisse si quis exigua tantum terra coopertus sepeliretur. Reiskius pro *πολλᾶς* conjecit *πότνας*, *venerandæ*; Stephanus Πέλλας, *Pellæa*; quam quidem

ego ex omnibus conjecturis deterrimam puto. Heinsius *βώλου, pro gleba patria;* Auratus *ἀντὶ παλαιᾶς* Brunckius *γαίης* Hemsterhusius *φίλης*. Toupius vulgatum tuetur, subaudito *γῆς*. Equidem locum nondum ad sanitatem reductum credo. Certe mea ipsius emendatio magis quam aliorum omnium mihi placet, *ἀντὶ δέ ποίας πατρίδος, pro quali,* i. e. quam magna *patria?* Erat cum eandem conjecturam sed diverso sensu proponerem; nempe ut *ποίας* pro *ποάς* positum videretur; *pro herba patria;* sed eam sententiam postea respui.

v. 4. *ἐφεσσάμενος*. Apud Xenoph. Cyrop. lib. vi. Panthea ad Abradatem maritum ita loquitur: *Ὅμως δ' οὕτως ἔχουσα πρὸς σέ, ὥσπερ σὺ οἶσθα, ἑπομνύω σοι τὴν ἐμὴν καὶ τὴν σὴν φιλίαν, ἦ μην ἐγὼ βούλεσθαι ἂν μετὰ σοῦ ἀνδρὸς ἀγαθου γενομένου κοινῇ γῆν ἐπίεσασθαι μᾶλλον ἢ ζῆν μετ' αἰσχονομένου αἰσχυνομένη.* Vocis autem *γῆς* in talibus usitata est ellipsis.

IX. v. 1. *Ἄνθρωπε*. Inscriptio in Cod. Vat. *Αἰτωλοῦ Αὐτομέδοντος*. Automedon, cujus carmina in Anthologia reperiuntur, non fuit Ætolus, sed Cyzicenus. Fortasse igitur lemma sic concipiendum erat: *Ἀλεξάνδρου Αἰτωλοῦ, ἢ Αὐτομέδοντος*. Quicquid sit, Theocriti carminibus hoc Epigramma eximendum videtur. (JACOBS.) Duo tantum versus prostabant: reliquos ex Codd. primus edidit Io. Georg. Grævius.

Ibid. *ζωῆς περιφείδεο*. Ita apud Apoll. Rhod. I. 620.

οἵη δ' ἐκ πασέων γεραροῦ περιφείσατο πατρὸς
Ὑψιπύλεια Θόαντος.

Ibid. *μηδὲ παρ' ὥρην ναυτίλος ἦς*. *παρώρην* junctim Cod. Vat. Brunckius interpunxit ad *ναυτίλος*, subintelligens *γίνου*' *neque præter anni tempus nauta sis.* De meo inserui *ἦς*.

v. 2. *ἴσθ' ὡς οὐ πολὺς ἀνδρὶ βίος*. Vulgo

ναυτίλος ἴσθι· ὡς οὐ πολὺς ἀνδρὶ βίος.

Unde hæc effecit Toupius:

ναυτίλος ἴσθ', ὥς ἐστ' οὐ πολὺς ἄνδρὶ βίος.

Koehlerus *ναυτίλος· ἴσθι γὰρ ὡς*. Wakefieldius *ναυτίλος ἴσθι· καὶ ὡς* — ubi *ἴσθι* pro *γίνου* positum censet ex observatione

Ammonii, p. 64. Sed hoc sensu positum ἴσθι participium adsciscere monet Jacobsius. Eadem chorda oberrans conjecit Taylorus,

ναυτίλος ἴσθ' ὡς οὐ διπλόος ἀνδρὶ βίος·

conferens Bionem Eid. V. v. 4. Brunckius ἔστι καὶ ὡς.

v. 3. Θάσον. Thasus insula in mari Ægæo, propter fœcunditatem olim celebrata. A Dionysio, v. 523, dicitur

ὠγυγίη τε Θάσος, Δημήτερος ἀκτή.

v. 4. κοίλης ἔμπορος ἐκ Συρίης. Cœlesyria sive Cœlosyria nomen sortita est a concavitate: inter Libanum namque et Antilibanum tanquam in valle sita est, ubi originem habet Orontes fluvius, hodie *Pharphar* dictus. Dionys. Perieg.

ἣν κοίλην ἐνέπουσιν ἐπώνυμον, οὕνεκ' ἄρ' αὐτὴν
μέσσην καὶ χθαμαλὴν ὀρέων δύο πρῶνες ἔχουσιν.

v. 5. δύσιν δ' ὑπὸ Πλειάδος. Callimachus, Epig. XIX. Ed. Blomf.

——— φεῦγε θαλάττῃ
συμμίσγειν ἐρίφων, ναυτίλε, δυνομένων.

Item Nicænetus, Epig. 3. ἤ τ' ἐρίφων ὤλεσε πανδυσίη. Crinagoras Ep. 49. ῥιγηλὴ ναύταις ἐρίφων δύσις. Contra, monente Blomfieldio, orientis Hœdi impetus Horatio memoratur; ubi Lambinus citat Theocriti Schol. ὅταν ἀνατέλλωσιν οἱ ἔριφοι, ἀγριαίνεται ἡ θάλασσα.

X. Hoc Epigrammate Xenocles musicus ob signum marmoreum Musis dedicatum laudatur.

v. 1. ἐννέα πάσαις. *Novem omnino.* Ita Moschus, Eid. I. 6.

ἔστι δ' ὁ παῖς περίσαμος· ἐν εἴκοσι πᾶσι μάθοις νιν.

In Cod. Vat. est ἄνθετο πάσαις, et pro θῆκε, τοῦτο.

v. 3. οὐχ ἑτέρως τις ἐρεῖ. Eum peritum esse musicum nemo inficias ibit.

XI. In Eusthenem sophistam et physiognomonem, in terra peregrina ab iis quibus carus erat sepultum.

v. 1. *ἀπ' ὀφθάλμου.* Unum artis fontem poeta indicat, reliquis omissis. Non ex oculorum obtutu, quanquam ex eo præcipue, sed ex omnibus corporis partibus de hominis natura et indole statuebant physiognomones.

v. 4. *χυμνοθέτης.* Toupius, Heinsio præeunte, *χυμνοθέταις· Quin et ipsis poetis mire carus erat.* Ὑμνοθέτης, docente Wartono, proprie est Præcentor, qualis nimirum hodie minister ille, qui apud nos in ecclesiis cathedralibus et collegiatis, ubi cantu solenni per chorales plurimos sacra digne peraguntur, cantanda præscribit, et chorum rite moderatur, " Who sets the tune;" sed pro Poeta in genere usurpatur. Mihi hic versus, si quis alius apud Theocritum, mendosus videtur. Exhibet Cod. Vat. *χυμνοθέτας—δαιμονίοις—ἦν·* unde hæc conjecit Kiesslingius:

χυμνοθέταις αὐτὸς δαιμονίοις φίλος ἦν.

Alius Codex apud Gaisf. *χώμνοθέτης αὐτῆς ἀλίμων ὡς.* Forte,

χυμνοθέτουν, αὐτοῖς μνώμενοι ὡς φίλος ἦν·

et *cantu celebrabant, memores quam amice erga eos se gessisset.* vel *χυμνοθέτας·* id est, non solum ut peregrinum illum sepeliverunt, sed memores benevole apud se choro præfuisse.

v. 5. *πάντων ὧν ἐπέοικεν ἔχει.* Legebat Auratus *πάντων ὧν ἐπέοικε τύχεν.* Wartono venit in mentem *πάντ' ὧν, ὡς ἐπέοικεν, ἔχει.* Pro *τεθναὼς* al. *τεθνεώς.* Equidem legendum puto,

πάντων ὧν ἐπέοικεν ἔχειν τεθνεὼς ὁ σοφιστὴς
καίπερ ἄκικυς ἐὼν εἶχ' ἄρα κηδεμόνας.

Dicit poeta, Sophistam illum, utcunque imbecillum, habuisse tamen qui exequias ejus curarent, et omnia quibus opus esset ministrarent. Pro *ἄκικυς* conjecit Heinsius *ἄοικος.*

v. 6. Ἄκικυς pro [illegible] ἄκικυς in quinque Codd. [illegible]

XII. v. 1. *Δαμοτέλης.* Mire variatur in nomine viri cujus victoria hoc Epigrammate celebratur. In Edd. vett. *Δαμομέλης* vocatur, in Cod. Vat. *Δαμομένης.* At in lemmate idem *Δημομέδων,* quod verum esse suspicatur Jacobsius; nimirum aberrationes ortas esse ex scribendi compendio, postremam syllabam aliis aliter supplentibus. Cod. C. apud Gaisf. *Δαμογένης.*

Ibid. χορηγός. Al. χοραγός. Χορηγὸς h. l. non est, qui sumptus præbet, sed dux Chori. Hoc colligo ex v. 3, ubi idem olim inter pueros certasse dicitur. Hoc sensu Dorienses vocabulum χορηγὸς et χορηγεῖν accipere solebant, teste Athenæo, l. xiv. p. 633. Vide et Simonid. Epig. 76. et Casaub. ad Sueton. Vit. August. c. 52. p. 234. ubi, de τρίποσι χορηγικοῖς agens, hoc Epigramma profert. (JACOBS.)

v. 2. καὶ σέ. Præter tripodem victor Baccho simulachrum dedicaverat: *et te ipsum tibi dedicavit.* (JACOBS.)

v. 3. μέτριος ἦν ἐν παισί. Cum inter pueros certaret modicam laudem adeptus est; inter viros victoriam retulit. (JACOBS.) Al. ἐν πᾶσι, quam lectionem præferens Græfius hæc verba non ad certamina refert, sed Demotelem in omnibus rebus modum tenuisse, ubique modestum fuisse, significari ait.

Ibid. χορῷ δ' ἐκτήσατο νίκην ἀνδρῶν. Vide supra Eid. XVII. 112.

v. 4. καὶ τὸ καλόν. Laudatur imprimis quod simul pulchritudinis et decori curam habuerit. (JACOBS.)

XIII. v. 1. οὐ πάνδημος. Scribit Plato in convivio duas Veneres fuisse, hanc Cœli filiam, nempe οὐρανίαν sive *cælestem* vocatam, alteram Jovis et Dionæ, πάνδημον sive *popularem*. Γ. ℓ. σχῆθι. v. Etym. Mag. in σχῆσεσθαι.

v. 3. οἴκῳ ἐν Ἀμφικλέους. Cujus simulachrum a casta Chrysogona in Amphiclis mariti ædibus collocata sive suspensa fuit.

v. 4. εἰς ἔτος. Sub. ἐξ ἔτεος. Vide supra, Eid. XVIII. v. 15.

v. 5. ἐκ σέθεν ἀρχομένοις. A te omnia auspicantes inde felicitatis fructum retulerunt.

v. 6. αὐτοὶ πλεῖον ἔχουσι. Facit Deorum favor ut mortales subimetipsis possint prodesse, et rem familiarem augere.

XIV. Hoc Epigramma et sequens unum esse putabat Reiskius, improbante Brunckio, qui diversissima judicat, quamvis

in ejusdem hominis memoriam composita, eidemque tumulo insculpta. (JACOBS.)

v. 3. ἕδρα θείοισι μετ' ἀνδράσι. Tu quidem in beatorum sedes receptus, ibi inter divinos viros habitas: filium autem tuum superstitem cives, in tuæ memoriæ gratiam, colent. (JACOBS.) Pro μετ', al. παρ' ἀνδράσι.

XV. v. 1. Γνώσομαι. *Jam intelligam, an bonis plus* quam malis *tribuas.* πλέον τι νέμειν illustrat Valck. ad Hipp. p. 306. (JACOBS.)

v. 3. χαιρέτω. Si bonis faves, salvere jubebis hunc tumulum caput Eurymedontis leviter tegentem.

XVI. v. 2. σπουδᾷ. *Attento animo contemplare.*

v. 3. ἐν Τέῳ. Teus, sive Tejos, urbs prope Colophonem, Anacreontis et Erinnæ poetriæ patria.

v. 4. τῶν πρόσθ' εἴ τι περισσόν. Sub. ὄντος περισσοῦ. Gemella est locutio in Eid. VII. v. 4. εἴ τί περ ἐσθλὸν χαῶν (l. παῶν) τῶν ἐπάνωθεν. Et similiter Apoll. Rhod. III. 347. Παναχαιΐδος εἴ τι φέριστον ἠρώων.

XVII. In Epicharmi Syracusani statuam ex ære.

v. 1. Ἅ τε φωνὰ Δώριος. Par erat carmen in virum Doriensem Dorica dialecto conscribi. Cæterum pro Δώριος, forte legendum Δωρίδος· nam Δώριος, ut credo, est adjectivum trium terminationum. Pindar. Olymp. III. 9. Δωρίαν φόρμιγγα.

Ibid. χώνήρ. Meminerint tirones hunc Trochaicum versum minime suis numeris exactum esse, quippe qui alteram dipodiam vocis fine non terminet. Similiter peccatum, (siquidem peccatum est,) infra in v. 5. Item in Philoctete Sophocleo, v. 1402.

N. Εἰ δοκεῖ, στείχωμεν. Φ. ὦ γενναῖον εἰρηκὼς ἔπος.

Porsonus huic malo quodammodo succurrit, Trochaico in Iambum converso, legens

N. Στείχωμεν. Φ. ὦ γενναῖον εἰρηκὼς ἔπος.

At hac emendatio mihi non satisfacit; et video viro erudito in censura Hecubæ Euripideæ (Edinburgh Review, No. 37.) pariter displicere. Lego itaque,

N. Εἰ δοκεῖ, στείχωμεν.. Φ. εὖγ', ὦ φίλιον εἰρηκὼς ἔπος.

N. *Si ita videtur, eamus.* P. *Euge, o amicum locutus verbum!* Dixerat supra in eodem dramate Philoctetes, v. 327, εὖγ', ὦ τέκνον· et v. 1284, ὦ φίλτατ' εἰπών.

v. 2. εὑρὼν, Ἐπίχαρμος. Versus est Hipponacteus, sive Ionicus a majore, Dim. Brachycatal. Epicharmus Siculus, Comœdiæ secundum aliquos inventor, vixit circa Olymp. 84.

v. 3. ὦ Βάκχε. Aliquanto abruptius hæc dici videntur, et cum manifesto corruptus sit versus 7 qui similiter pro senario accipitur, inducor ut credam utrique ad metrum tres syllabas, nempe pedem Creticum, deesse. Quid huic præfigendum sit prorsus conjici nequit, nisi forte ex initio versus præcedentis hujusmodi lectionem efficias: εὖ δ' ἄρ' ὦν, ὦ Βάκχε, κ. τ. λ.

v. 5. ἐνίδρυνται Πελωρεῖς τᾷ πόλει. Ita supra Eid. XVII. v. 102.

τοῖος ἀνὴρ πλατέεσσιν ἐνίδρυται πεδίοισι
ξανθόκομος Πτολεμαῖος.

Vulgo legebatur

τὸν Συρακόσσαις ἐνίδρυνται πελωριστᾷ πόλει·

quod vertit Lat. Interp. *Quem Syracusis collocarunt in prægrandi civitate.* Tyrwhittus conjecerat πεδωριστᾷ pro μετεωριστᾷ. Urbem sc. magnificam et primi ordinis significari. Quod dedi est ex emendatione Toupii a Valckenaerio recepta. Al. Οἱ Συρακούσσαις—πελορισται· et in duobus Codd. apud Gaisf. πέλωρις τῇ. Mihi in mentem venit,

οἱ Συρακόσσαις ἐνίδρυνται, Πελωριτᾶν πόλει.

Nempe Syracusani. Ii qui Syracusis sedes posuerunt. Istam urbem, antequam colonia Græcorum eo deducta esset, Pelorensium fuisse non incredibile videtur.

v. 6. οἳ' ἀνδρὶ πολίτᾳ. Al. ὅσσ'· et in Ed. Junt. οἱ—πολῖται. Malit Taylorus οἳ' ἄνδρα πολίταν. Quam ob causam, mihi non liquet. Monet Jacobsius, ex Diog. Laert.

Coum fuisse Epicharmum, sed cum trimestris in Siciliam esset delatus, pro Syracusano esse habitum.

v. 7. *σωρὸν γὰρ εἶχε χρημάτων.* Toupius putat Epicharmo statuam duabus de causis fuisse positam, prima quod cives pecunia sua sublevasset, altera quod adolescentibus vitæ recte instituendæ præcepta dedisset. Sed, ut bene a Jacobsio observatum fuit, si dives erat Epicharmus, hinc non continuo sequitur eum divitiis suis ad cives sublevandos usum fuisse; quare, si iis in hunc modum usus est, Theocritusque ei laudem inde conciliare voluit, paulo disertius explicanda erat sententia. Equidem supra dixi mihi hunc versum omnino corruptum videri; atque adeo legendum propono,

σωρὸν εἰ καὶ μὴ παρεῖχε χρημάτων, μεμναμένοι
τελεῖν ἐπίχειρα.

Cod. Vat. exhibet *σωρὸν εἶχε ῥημάτων*, omisso *γάρ*. Ed. Flor. habet *χρὴ μένων*. Corrigit Jacobsius *τελεῖν ἐπίηρα*.

v. 9. *πολλὰ γὰρ.* Toupius legit *καί*. Mihi *γὰρ* ad sensum necessarium videtur. In reliquis sequor Jacobsium, legens,

πολλὰ γὰρ ποττὰν ζοάν τοι πᾶσιν εἶπε χρήσιμα.

Πᾶσιν legitur in MS.

XVIII. Ὁ *μικκός*. Versus Hendecasyllabus, cui respondere debet, sed non respondet, tertius.

v. 2. *τᾷ Θρεΐσσᾳ.* Nutrici a Thracum gente oriundæ. Memoratur supra, (Eid. II. v. 70.) *ἀ Θευχαρίλα, Θρᾶσσα τροφός.*

v. 3. Μήδειος. Taylorus in duos versus dividit, ad hunc modum:

Μήδειος τὸ μνᾶμ' ἐπὶ τᾷ ὁδῷ,
κηπέγραψε Κλείτας·

et similiter in sequentibus. Similis argumenti carmen vide apud Callimachum, Ep. LIII.

Ibid. Κλείτας. *Et Clitæ nomen inscripsit.*

v. 3. *ἀ γυνά.* Syllabam supervacaneam elidit Taylorus, legens *ἀ γύν' ἀντὶ τήνων.* Melius scripsisset *ἀ γυνὰ 'ντὶ*

τήνων; syllaba enim longa intercipi non potest. Sed forte legendum ἀ μὲν, *illa quidem*, vel ἀ γυνὰ τὶ τήνων—aliquid ex iis quæ in puerum contulit, præmii loco reportabit.

v. 4. ὧν τὸν κῶρον ἔθρεψε. Mallem θρέψε propter metrum.

Ibid. τί μάν. Suidas: τί μὴν; κατάφασιν δηλοῖ. ἀντὶ τοῦ, πῶς γὰρ οὔ; διὰ τί γὰρ οὔ; *quidni enim?*

Ibid. ἐτὶ χρησίμη καλεῖται. Proprium nutricis nomen fuit Κλεῖτα, cognomen χρήσιμη, quod ei propter fidem in servitio præstitam, utilitatemque quam inde capiebat puer cui lac præbebat, impositum fuisse videtur. (JACOBS.) Cod. Vat. τελευτᾷ pro καλεῖται· quæ forsan vera lectio. Sensus: *Quidni enim hoc præmium reportet, cum ad mortem usque utilis esse perstiterit?*

XIX. In Cod. Vat. huic Epigr. auctoris nomen non additum. At proximo carmini adscriptum lemma, τοῦ αὐτοῦ Λεωνίδου. Unde suspiceris hoc quoque carmen Leonidæ esse. Paulo tamen simplicior quam pro Leonidæ ingenio Jacobsio esse videtur.

v. 1. Ἀρχίλοχον καὶ στᾶθι καὶ εἴσιδε. Syntaxis paulo intricatior. Locum mendosum esse suspicor.

v. 2. μυρίον κλέος. Vox μυρίος latissime patet, et de qualicumque magnitudine usurpatur. (HARLES.)

v. 3. διῆλθε κήπι. Versus Iamb. Trim. Cat. idem ac ille Horatii,

Mea renidet in Domo lacunar.

v. 4. ἠγάπευν Ἀπόλλων. Figura est quæ vocatur Alcmanica, sed aliquantum diversa ab iis exemplis quæ obiter citavi supra in nota ad Eid. XXII. v. 24.

XX. v. 1. ἀνὴρ. Cod. Vat. ὠνὴρ, quod et conjecerat Valckenaerius; item τῶ pro τοῦ.

v. 2. τὸν ὀξύχειρα. *Manu celerem.* Nicomachus apud Athenæum, lib. vii.

δειπνῶν δὲ πᾶς τἀλλότρια γίνετ' ὀξύχειρ·

ubi nonnulli vertunt *rapax manibus.*

v. 4. Πείσανδρος. Pisander Rhodius poeta, qui Heracleam scripsit, ut nonnullis placet antiquior Hesiodo, aliis circa Olymp. 33. vixisse creditur.

Ibid. ὠ'κ Καμείρου. Camirus Rhodi civitas. Homerus ἀργινόεντα Κάμειρον vocat.

v. 8. πολλοῖς μασίν. Hanc Pisandri statuam diu post ejus mortem a Camirensibus in tam illustris viri memoriam positam esse significat Theocritus. (JACOBS.)

XXI. v. 1. Ὁ μουσοποιός. Metrum Choliambicum, sive Scazon. unde in secundo versu bene repositum fuit τύμβῳ pro τάφῳ. Hoc metri genere usus est ipse Hipponax.

XXII. v. 1. Ἄλλος ὁ χῖος. Hoc Epigramma a quibusdam Artemidoro Grammatico tribuitur. Theocriti Chii Poetæ biliosi unum extat Epigramma in Anthologia, vol. I. p. 184.

v. 2. εἷς ἀπὸ τῶν πολλων. *Unus e civibus.* Pro Συρακόσιος, al. Συρακοσίων.

v. 3. υἱὸς Πραξαγόραο. Supra, Eid. VII, v. 21, Simichidem se appellavit Theocritus. Videsis quæ ibi notavi.

v. 4. Μοῦσαν δ' ὀθνείην. Alienæ laudis appetens nunquam fui.

XXIII. Quod sequitur Epigramma Cod. Vat. Theocrito tribuit; Leonidæ Planudes, cum lemmate, Εἰς τραπεζίτην Καΐκον διασυρτικὸν, (ἢ μᾶλλον τωθαστικὸν, addit Vat.) quod falsum, judice Jacobsio.

Ἀστοῖς καὶ ξείνοισιν ἴσον νέμει ἅδε τραπέζα·
θεὶς ἀνέλευ, ψήφου πρὸς λόγον ἐρχομένης.
ἄλλος τις πρόφασιν λεγέτω· τὰ δ' ὀθνεῖα Καΐκος
χρήματα καὶ νυκτὸς βουλομένοις ἀριθμεῖ.

Ipse Caicus loquitur: "Hæc mensa civibus idem quod peregrinis tribuit: si quid ibi deposueris, inde recipe, rationibus recte subductis. Alii prætextum quærant, quo minus depositum reddant, ego vel noctu reposcentibus reddo."

NOTÆ IN BIONEM.

I. v. 1. *Αἰάζω τὸν Ἄδωνιν.* Hæc ita concipienda sunt. *Αἰάζω τὸν Ἄδωνιν* verba sunt poetæ lectorem alloquentis; cætera pars versus ipsam lamentationem exhibet, quam statim arripiunt et repetunt Cupidines, poetæ respondentes; i. e. *ἐπαιάζουσιν.* (WAKEFIELD.)

v. 3. *πορφυρέοις ἐνὶ φάρεσι.* Scilicet purpureus color olim secundarum rerum signum habebatur. *Φάρος* autem erat vestis longior, quæ aliis superindui solebat: Hesychius explicat *ἱμάτιον περιβόλαιον*, et Pollux dicit hoc vocabulum de virili et muliebri veste usurpari, Suidas autem de muliebri tantum, quemadmodum hic de Veneris vestibus dicitur.— (TEUCHER.)

v. 4. *καὶ πλατάγησον στάθεα.* Ovidius, Met. X. Fab. 12.

—— *utque æthere vidit ab alto*
Semianimem, inque suo jactantem sanguine corpus,
Desiliit: pariterque sinus, pariterque capillos
Rupit, et indignis percussit pectora palmis.

v. 5. *λέγε πᾶσιν.* Hæc lectio communi luctui adprime convenit, nec mihi quidem videtur sollicitanda. Wassenbergius tamen apud Valck. legendum conjecit *λέγε παισὶν*, Cupidinibus; Petro autem Fonteinio placebat *λίγα βῶσον.* (HARLES.)

v. 7. *ὀδόντι λευκῷ λευκὸν ὀδόντι.* Valckenaerio elegans videtur Joannis Ruardi conjectura legentis *μηρὸν Ἄδωνις λευκῷ λευκὸν ὀδόντι τυπείς*, et perplacet viro docto Adonidis nomen hic repetitum. Nobis in mentem venit *μηρὸν ὀδόντι λευκῷ λευκὸν ὀδ' ἄντα τυπείς· ἄντα* est *ex adverso.* Unus Codex apud Gaisf. in v. 8. dat *ὀδοντα.* Vel l. *ἔναντα*, aut *ἐναντι*, eodem sensu. Sophocles Antig. 1298. *τὸν δ' ἔναντα προσβλέπω νεκρόν.* Teucherus legit *ἔδοντι τυπείς*, id est, *dente albo album femur rodente percussus.* Heskinus *μηρὸν ὀδοντι λυγρῷ λευκὸν ὀδοντι.*

v. 10. *ναρκῇ.* Al. *ναρκεῖ*, et pro *ὑπ'*, al. *ἐπ' ὀφρύσι.*

v. 12. *ἀφήσει.* Al. *ἀποίσει, auferet,* sive, *rapiet.* Intellige Venerem a mortuo osculum accipere non posse. Sed forte legendum *ἀνήσει* vel *ἀνάσει,* ut apud Theocritum, Eid. I. v. 50. *τὸ παιδίον οὐ πρὶν ἀνάσειν.* Ex MS. Reg. Par. *ἀπήσει* edidit Brunckius, ut Dorice dictum pro *ἀφήσει.*

v. 14. *οἶδεν.* Al. *εἶδεν. ὃ* pro *ὅτι* recurrit in v. 57.

Ibid. *θνάσκοντ'.* Interpres, *morientem.* Imo, *mortuum, θανόντα,* i. q. *οὐ ζώοντα* v. 13. Sic Sophocles loco citato ad Theocr. Ep. VII. 2. Abreschius ad Cattier. Gazophyl. p. 19. "*τὰ ζώοντα* et *τὰ θνήσκοντα animata et inanimata,* in Paus. Eliac. I. p. 391. pro *θανόντα* et hinc *νεκρά.*" Ita etiam *πίπτων* pro *πεσών.* Homerus Il. X. 199. *νεκύων πιπτόντων.* Eademque est ratio aliorum participiorum temporis præsentis. (SCHAFER.)

v. 17. *φέρει ποτικάρδιον ἕλκος.* Ovid. Met. V. 426. *Inconsolabile vulnus Mente gerit tacita.*

v. 18. *κεῖνον μὲν περὶ παῖδα. κεῖνον* in *τῆνον* mutavit Brunckius. Io. Ruardi placebat *καλόν,* Wakefieldio *κλεινόν.* Mihi vulgatum satisfacit. Infra pro *ὠρύσαντο,* al. *ὠδύραντο.*

v. 20. *λυσαμένα πλοκαμῖδας.* Hoc est quod expressit Ovidius in loco jam citato; *pariterque capillos rupit.*

v. 21. *νήπεκτος.* Sic omnino legendum pro *νήπλεκτος* monet Wakefieldius, ne bis idem dicens peccet poeta. Similiter apud Tacitum, Ann. XVI. 10. *impexa luctu continuo,* pro *implexa,* reponunt viri docti. Ad nostrum citat Wakefieldius Nonnum, Dionys. Lib. XLII.

μέλπε γάμον χαρίεντος Ἀδώνιδος· εἰπὲ καὶ αὐτὴν
νύμφιον ἰχνεύουσαν ὀρειδρόμον.

Ibid. *ἀσάνδαλος.* Ἀνυπόδητος dixit Theocritus, Eid. XIV. 6. Vide et Eid. XXIV. v. 36. Infra, pro *ἐρχομέναν, σπερχομέναν* conjecit Palmerius. Similem ejusdem vocis emendationem ad Theocr. Eid. XXIV. v. 19. proposuit Piersonus. Uterque absque necessitate. *Κείροντι* pro vulgato *τείροντι* ex Codd. repositum fuit. Legitur etiam *κείρουσι.*

v. 22. *αἷμα δρέπονται.* *Carpunt, bibunt.* Virgilius, Æn. XI. 804.

Hasta sub exsertam donec perlata papillam
Hæsit, virgineumque alte bibit acta cruorem.

Alia loca huc contulit Wakefieldius, quem vide.

v. 24. *Ἀσσύριον βοόωσα πόσιν.* Cinyræ et Myrrhæ filius erat Adonis: Cinyram vero alii Cypri et Arabiæ, alii Assyriæ regem tradunt. Pro *βοόωσα, γοόωσα* ex conjecturâ edidit Wakefieldius, tautologia offensus, cum sequatur *καλεῦσα.*

v. 25. *παρ' ὀμφαλὸν ἠωρεῖτο.* Non absimiliter Sophocles ad finem Ajacis, citante Wakefieldio: *ἔτι γὰρ θερμαὶ | σύριγγες ἄνω φυσῶσι μέλαν | μένος.*

v. 26. *οἱ δ' ὑπομαζοί.* Vertunt, *mammarum loca.* Sed vox in Lexicis non reperitur. Locum ita rescribendum censeo:

στάθεα δ' ἐκ μηρῶ φοινίσσετο· τῶν δ' ὕπο μαζοὶ
χιόνεοι τὸ πάροιθεν Ἀδώνιδι πορφύροντο.

Μηρῶ pro *μηρῶν* ante me conjecit nescio quis. Vide vv. 7. 41.

v. 28. *αἲ αἲ τὰν Κυθέρειαν.* Alludit poeta ad festi ritum: talia enim a mulieribus tunc lugubri voce cantari solebant. Aristoph. in Lysistrata: *ἡ γυνὴ δ' ὀρχουμένη, ἃι αἲ Ἄδωνίν φησι.* (LONGOPETRÆUS.)

v. 29. *ἱερὸν εἶδος.* *Divinam pulchritudinem.* Quæ sequuntur v. 31. sq. ita distingui posse monet Wakefieldius:

κάτθανε δ' ἁ μορφὰ σὺν Ἀδώνιδι Κύπριδος. Αἲ αἲ
ὧρα πάντα λέγοντι, καὶ αἱ δρύες, Αἲ τὸν Ἄδωνιν.

v. 33. *καὶ ποταμοὶ κλαίοντι.* Ita Moschus, Eid. III. v. 2.

καὶ ποταμοὶ κλαίοντι τὸν ἱμεροέντα Βίωνα.

Item v. 28.

αἵ τε καθ' ὕλαν
Κρανίδες ὠδύραντο, καὶ ὕδατα (l. *ὕδασι*) *δάκρυα γέντο.*

v. 35. *ἄνθεα δ' ἐξ ὀδύνας ἐρυθαίνεται.* Al. *ἐρυθραίνεται.* Theocr. Eid. XX. v. 16.

καὶ χρόα φοινίχθην ὑπὸ τῶλγεος, ὡς ῥόδον ἔρσᾳ.

v. 36. *ἀνὰ πᾶν νάπος.* Vulgo *καὶ ἀνὰ πτόλιν.* Veram lectionem ex Aldinæ Ed. vestigiis eruit Wakefieldius. Habet quidem illa *ἀνακναμῶσ' ἀνάπαλιν ἀπὸ—ἀείδει.* Theocritus, Eid. XX, 38, *Λάτμιον ἀννάπος ἦλθε.* Conjecerat Ruhnkenius *κυανοστόλος οἰκτρὸν ἀείδει.* Ultimum in *ἀϋτεῖ* mutandum censebat Luzacius: defendit Wakefieldius, citato inter alia Virgilio, Georg. I. 378.

Et veterem in limo ranæ cecinere querelam.

Scilicet *ἀείδει* valet "querulo et lugubri modo effert, voce in cantionem flexa."

v. 44. *χείλεα χείλεσι μίξω.* Sunt qui legant *μάξω,* ex Theocrito, Eid. XII. v. 32.

ὃς δέ κε προσμάξῃ γλυκερώτερα χείλεσι χείλη.

Sed longe præstat vulgatum. Paulus Silentiar. Ep. 33. a Wakefieldio citatus:

οὐ γὰρ ἰδὼν σέο κάλλος ἀπείργετο χείλεα μίξαι
χείλεϊ σῷ ῥοδέων ἁβροτέρῳ καλύκων.

v. 45. *τὸ δ' αὖ πύματόν με φίλασον.* Alludit Poeta ad ultimum illud osculum morienti cuivis carissimo dari solitum. Osculum hoc inter præcipua morientibus officia præstanda numerabatur: et veteres cum extremo amici sui spiritu animam etiam se haurire et excipere credebant, uti ex sequentibus Bionis versibus constat, *ἄχρις ἀπό, κ. τ. λ.* Sic apud Virgilium, Æn. IV, 684. Anna Didonis Soror: *extremus si quis super halitus errat, ore legam.* (HESKIN. ex LONGOP.)

v. 48. *τὸ δὲ σεῦ γλυκὺ φίλτρον ἀμέλξω.* Vertitur in Editione Etonensi, *Et dulcem tui amoris illecebram exuxero.* Conjecit nonnemo *ἀμέρξω.* Mihi *φίλτρον, osculum,* hoc loco per metonymiam poni videtur pro *χεῖλος* vel *στόμα* cui osculum imprimitur. Et explicatur quidem a Polluce *φίλτρον ἡ ἐν τῷ ἄνω χείλει κοιλότης.* Vertendum igitur, *donec labra tua mulsero.*

v. 49. *ἐκ δὲ πίω τὸν ἔρωτα.* Virgil. Æn. IV. 749.

Necnon et vario noctem sermone trahebat
Infelix Dido, longumque bibebat amorem.

Citavit etiam Hesykius ex Epigrammate quodam,

νῦν μεθύω τὸ φίλημα, πολὺν τὸν ἔρωτα πεπωκώς.

Infra pro *ἔρχεαι* Piersonus conjecit *οἴχεαι εἰς Ἀχέροντα.*

v. 52. *στυγνὸν βασιλῆα.* Ita Moschus I. 14.

βάλλει κ' εἰς Ἀχέροντα, καὶ εἰς Ἄϊδεω βασιλῆα.

Infra pro *ἐσσὶ γὰρ αὐτὰ*, al. *καί.*

v. 55. *τὸ δὲ πᾶν καλὸν ἐς σὲ καταῤῥεῖ.* Catullus, citante Longop.

At vobis male sit, malæ tenebræ
Orci, quæ omnia bella devoratis,
Tam bellum mihi passerem abstulistis.

v. 57. *καὶ σὲ φοβεῦμαι.* Corrigit Barthius *κού σε φοβεῦμαι·* Koppiersius *καὶ σὲ φοβεῖται·* Jacobsius *κεῖς σὲ φορεῖται.* At mirum est viris doctis non displicuisse secundæ personæ usum hoc loco, cum statim sequatur *θνάσκεις ὦ τρισάθατε*, oratione ad Adonidem conversa. Aliam corrigendi viam instituit Wakefieldius, legens, *ναὶ σὺ φονευθεὶς θνάσκεις, ὦ τριπόθατε.* At vereor ne hoc sit nimis longe a ductu literarum discedere. Haud multo propius quod nos conjecimus, quare neque illud omnino placet:

καὶ κλαίω τὸν Ἄδωνίν, ὅ μοι θάνε, κἀπιβοῶμαι·

Et illum invoco. Verbum adhibuit Euripides in Medea: *κἀπιβοᾶται Θέμιν εὐκταίαν.*

v. 58. *πόθος δέ μοι ὡς ὄναρ ἔπτη.* Conjecit Valckenaerius, *πόσις δ' ἐμοὶ ὡς ὄναρ ἔπτη.* Harlesio *πόθος* est ipse Adonis, res amata et desiderata.

v. 59. *κενοὶ δ' ἀνὰ δώματ' Ἔρωτες.* *Κενοὶ*, *vacui*, *otiosi*, nihil quod agant jam habentes. Valckenaerius nobis commendat, *κενὸν δ' ἀνὰ δῶμα γ' Ἔρωτες·* quo non vidi miserabilius tentamen. (WAKEFIELD.)

v. 60. *σοὶ δ' ἅμα κεστὸς ὄλωλε.* Nempe *ὁ κεστὸς*, *κατ' ἐξοχήν· Cestus Veneris.*

v. 60. τί γὰρ, τολμηρὲ, κυνάγεις; Eleganter correxit Valckenaerius, τί γὰρ, τολμηρὲ κυναγὲ, καλὸς ἐὼν κ. τ. λ.

v. 61. ἔμεινας. Al. ἔμηνας a μαίνω· quare proponit Valckenaerius

καλὸς ἐὼν τοσσοῦτο μέμηνας θηρσὶ παλαίειν;

τοσσοῦτο μέμηνας, *tantopere cupivisti*. Schaferus probet ἐμήναο.

v. 62. τόσσον χέει. Hoc pro vulgato τόσον ἐκχέει, partim ex Codd. et ex Ed. Flor. partim ex conjectura Dorvillii, cum Valckenaerio recepi. Illud tamen ad emendationem nostram confirmandam citavi ad Theoc. Eid. XXVII. v. 19.

v. 65. τὰ δὲ πάντα. Valckenaerius legendum suspicatur τὰ δὲ πακτὰ ποτὶ χθονὶ, id est πηκτὰ, sive πεπηγμένα. *terræ affixi sanguinis grumi Venerisque lachrymæ mutantur in flores.*

v. 66. αἷμα ῥόδον. Sanguis rosam rubram peperit, lachrymæ roscidam anemonen. Rufinus, Epig. 15.

ἔστι κρίνον, ῥοδέη τε κάλυξ, νοτερή τ' ἀνεμώνη.

v. 68. ἐνὶ δρυμοῖσί τὸν ἀνέρα. Ed. Flor. ἐνὶ δρυμοις τεὸν ἀνερα.

v. 69. ἔστ' ἀγαθὰ στιβάς. Io. Luzacius legendum conjecit ἔσθ' ἁπαλὰ στιβάς. Male Wakefieldius, ἔστ', ἀγανὰ, στιβὰς; ut Epitheton redeat ad Venerem. Forte ἔσθ' ἅ γε στιβάς. *Est saltem torus ille solitus, est Adonidi lectus paratus.* Alludit iterum, credo, poeta ad festi ritum, qualis describitur in Eidyll. XV. Theocriti, nisi quod ibi pro toro de cespite extructo, duo lecti describantur, atque ii quidem e pretiosissima materia compositi, Arsinoæ magnificentia talia dona suppeditante. Pro ἑτοίμα, al. ἐρήμα.

v. 70. λέκτρον ἔχει. Paratus erat Adonidi torus; nondum in illo jacebat. Quare pro ἔχει scribi malit Valckenaerius ἔχοι· quod et mihi necessarium videbatur; præsertim sequente κάτθεο. Quomodo enim in lecto positum poneret? Verum sic versus 71. omnis venustas perit; imo sensu caret. Quare loco

movendum censeo, et forsitan versui 79 postponendum. In Ed. Flor. pro ἔχει legitur ἔχ' ἑν. et in uno Cod. apud Gaisf. *σὺ δὲ νεκρὸς, Ἄδωνι, καὶ νέκυς ὢν καλὸς ἔσσι.* Mira sane varietas.

v. 72. *κάτθεό νιν.* Ita dedit Valck. ex Cod. Reg. Paris. quod et Wassenbergius conjecerat, pro *κάτθεο καί.*

Ibid. *οἷς ἐνίαυεν.* Lego

οἵ' ἐνιαύων,

τὸν μετὰ σεῦ ἀνὰ νύκτα, τὸν ἱερὸν ὕπνον ἐμόχθει,
παγχρύσῳ κλιντῆρι.

Qualiter cubans aureo lecto divinum illum per noctem tecum elaborabat soporem, certaminibus nimirum amatoriis. οἵ' pro οἷς est ex Cod. sed illud forsitan nihilo deterius: *in quibus cubans, aureo lecto laborabat.*

v. 74. *πόθει καὶ στυγνὸν Ἄδωνιν.* Locus sine dubio vitiosus. Unus Cod. apud Gaisf. exhibet *τὸν* pro *καί.* Unde mihi in mentem venit conjectura poetam scripsisse *πόθει τ' οὐ στυγνὸν Ἄδωνιν· et desidera Adonidem non tristem aspectu,* sed adhuc pulchrum. Edidit Teucherus *πόθει καὶ στεινὸν Ἄδωνιν, ama et geme Adonidem.* Possis etiam legere κ' οὐ στυγνόν.

v. 75. *πάντα σὺν αὐτῷ, ὡς τῆνος τέθνακε.* Priorem horum duorum versuum ita corrigo:

βάλλε δ' ἐνὶ στεφάνους τε καὶ ἄνθεα πάντα σὺν αὐτῷ.

De altero autem quid fiat non constat. Quare locum intactum relinquere mihi satius visum est. Supra dictum est flores omnigenos ex sanguine et lachrymis Adonidis ortos esse. Intelligendum forsitan de floribus quibus caput Adonidis redimiri solebat. Sed verba *ὡς τῆνος τέθνακε* mihi vitii suspecta sunt. Vox *τέθνακε* deest in uno Cod. apud Gaisf.

v. 77. *ῥαῖνε δέ μιν μύρτοισιν, ἀλείφασι.* Pro *μύρτοισιν,* pro quo al. legitur *καλοῖσιν,* conjecit Ruhnkenius *Συρίοισιν.* Forte legendum *φυρτοῖσιν ἀλείφασι,* a *φύρω misceo.* Gallim. Lav. Pall.

οὐ γὰρ Ἀθαναία χρίματι μικτὰ φιλεῖ.

v. 78. τὸ σὸν μύρον ὤλετ' Ἄδωνις. Huc, ut videtur, respexit Marcus Argentarius, Epig. 15.

ἡ δὲ πάρος σε καλοῦσα μύρον καὶ τερπνὸν Ἄδωνιν
Μηνοφίλα, νῦν σοῦ τοὔνομα πυνθάνεται.

v. 79. κέκλιται ἁβρὸς Ἄδωνις. Dixi supra huic versui non inepte postponi posse v. 72,

καὶ νέκυς ὢν καλός ἐστι, καλὸς νέκυς, οἷα καθεύδων.

v. 81. κειράμεναι χαίτας ἐπ' Ἀδώνιδι. Hunc veterum morem capitis crines detondendi in memoriam amicorum morte defunctorum multis exemplis illustrare non necessarium duco. Satis sit unum adducere, atque id quidem ex nostra emendatione. Mnasalcas, Epig. 18.

Αἰ, αἰ, Ἀριστοκράτεια, σὺ μὲν βαθὺν εἰς Ἀχέροντα
οἴχεαι, ὡραίου κεκλιμένα πρὸ γάμου.
πατρὶ δὲ δάκρυα σᾷ καταλείπεται, ἅ σ' ἐπὶ τύμβῳ
πολλὰ κεκερσομέναν κωκύει ἐκ κεφαλᾶς.

In ultimo versu vulgo legitur πολλάκι κεκλιμένα. Jacobsius πολλὰ κινυρομένα. In Planud. legitur κεκλιμέναν.

v. 82. ὃς δ' εὔπτερον ἄγε φαρέτρην. In Ed. Flor. ita scriptus legitur hic versus;

ὃς δ' ἐπὶ τόξον ἔκαιν', ὃς δὲ πτερὸν, ὃς δὲ φαρέτρην.

Cæterum imitatus est hunc locum Naso in Tibulli mortem. Amor. III. 9. 7.

Ecce puer Veneris fert eversamque pharetram,
Et fractos arcus, et sine luce facem.

v. 83. ὃς δὲ λέβησι χρυσείοις φορέησιν ὕδωρ. In Ed. Flor. legitur λέβητι χρυσείῳ. In Cod. C. apud Gaisf. φορέοισιν. Forte οἳ δὲ λέβησι χρυσείοις φορέουσιν ὕδωρ.

v. 86. αὐτὰν τὰν Κυθέρειαν. Pro αὐτὰν placet viris doctis repetitum αἰ· Αἰ αἰ τὰν Κυθέρειαν.

v. 87. ἔσβεσε λαμπάδα. Hymenæus, deus nuptiarum,

genialem coronam capite solutam excussit, tædasque extinxit nuptiales, quod faustis tantum auspicatisque nuptiis interesse credebatur. (HARLES.)

v. 88. στέφος ἐξεπέτασσε. *Coronam resolutam projecit.* ἐξεκέδασσε eodem fere sensu placuit Io. Piersono, ἐξεπάταξε Wassenbergio.

v. 90. αἰ Ὑμέναιον. Hunc locum, post Higtium, ita edidit Valckenaerius:

αἰ αἰ καὶ τὸν Ἄδωνιν ἔτι πλέον ἢ Ὑμέναιος
αἰ Χάριτες κλαίοντι. κ. τ. λ.

Sed non video quare Charitum luctus acerbior fuerit quam Hymenæi. Alia res est cum infra dicitur eas acutiore voce quam Venerem clamitasse, quippe quæ et Venerem, et Adonidem, et Hymenæum, et se ipsas simul deplorarent. Imo et frigent verba τὸν υἱέα τῷ Κινύραο cum ipsa Adonidis nomine conjuncta. Lego itaque,

αἰ αἰ καὶ τὸν Ἄδων· ἔτι καὶ πλέον, αἰ Ὑμέναιον·

a nominativo Ἄδων. Vide ad Theocritum, Eid. XV. v. ult.

v. 93. αὐταὶ δ' ὀξὺ λέγοντι. Correxerat Piersonus αἰ αἰ δ' ὀξὺ λέγουσι.

Ibid. ἢ τὺ, Διώνα. Διώνη μήτηρ τῆς Ἀφροδίτης, νῦν δὲ αὐτὴ Ἀφροδίτη, ὡς καὶ παρ' ἄλλοις. Xylander.

v. 94. καὶ Μοῖσαι τὸν Ἄδωνιν. Ita dedit Valckenaerius, ex emendatione Vulcanii, pro Μοῖραι, quæ lectio est omnium Codd. Et placet viro docto inventum Heskini hæc sic legentis:

καὶ Μοῖσαι τὸν Ἄδωνιν ἀνακλαίουσιν· Ἄδωνιν
καλὸν ἐπαείδουσιν.

Jacobsius unice veram putat emendationem Wyngardenii legentis

καὶ Μοῖσαι τὸν Ἄδωνιν ἀνακλαίουσιν· Ἄδωνιν
Αἱ μὲν ἀνακλαίουσιν, ὁ δὲ, κ. τ. λ.

Quod Palmerio venit in mentem, judice Valckenaerio, ne memoratu quidem dignum est. At mihi si non vera, certe verisimilis videtur istius viri conjectura,

καὶ Μοῖραι τὸν Ἄδωνιν ἀνακλαίουσιν ἐν Ἅδῳ,
καί μιν ἐπαείδουσι.

Et sic scripsisse Bionem omnino crederem, nisi obstaret vox ἐπαείδουσι, quæ sic haud faciles explicatus habet. Verum enimvero languet verbum illud hoc loco etiam ad Musas relatum. Quare et in eo vitium esse suspicor. Fortasse legendum,

καὶ Μοῖραι τὸν Ἄδωνιν ἀνακλαίουσιν εν Ἅδῳ,
καί μιν ἐπαείρουσι.

Ita de Daphnide Theocritus, Eid. I. v. 138. τὸν δ' Ἀφροδίτα ἤθελ' ἀνορθῶσαι. Fingit itaque Poeta Parcas apud inferos Adonidis misertas esse, et erigere voluisse. Ἀείρω primam producit apud Oppianum, Cyneg. lib. i. v. 177. Si hæc minus placet auctoritas possis legere ἐπαιωροῦσι. Infra οὐχ ὑπακούει editum est ex conjectura Valckenaerii. Vulgo οὐκ ἐπακούει.

v. 96. οὐ μὰν, οὐκ ἐθέλει. Pro οὐ δύναται dictum putabat Heskinus. Sed δύναμαι pro ἐθέλω nunquam nisi de inanimatis usurpatur, ut ab amico quodam doctissimo olim didici. Higtius corrigebat οὐ μὰν εἴ κ' ἐθέλοι. Koenius οὐ μὰν ὅκκ' ἐθέλει, sive potius ἐθέλοι. Mihi vulgatum unice verum videtur. *Non sane, neque vult.*

Ibid. Κώρα δέ μιν οὐκ ἀπολύει. Sed utcunque solatium oblatum respuat, dum tui desiderio tenetur, Proserpina illum non dimittit.

v. 97. τὸ σήμερον. Vulgo τοσήμερον una voce, ut apud nos " to-day." Divisit Wakefieldius.

Ibid. ἴσχεο κομμῶν. *Desine planctuum.* Vera lectio Ruhnkenio debetur. Vulgo κώμων.

v. 98. πάλιν εἰς ἔτος ἄλλο δακρῦσαι. Theocritus, Eid. XV. v. 143.

ἴλαθι νῦν, φίλ' Ἄδωνι, καὶ ἐς νέωτ' εὐθυμήσαις.
καὶ νῦν ἦνθες, Ἄδωνι, καὶ ὅκκ ἀφίκῃ, φίλος ἦξεις.

II. v. 1. ἔτι κῶρος. Nondum ἀνέρος εἰς μέτρον ἐλθών.

v. 2. τὸν ἀπότροπον εἶδεν Ἔρωτα. Ἀπότροπον explicat Hesychius, ὅ τις ἂν ἀποτράποιτο· *quod aversetur aliquis.* Sic apud Sophoclem, Œd. Tyr. 1328. Ἰὼ σκότου

νέφος ἐμὸν | ἀπότροπον. Aliquando etiam active significat, ut apud Eurip. Herc. F. 821.

ἀπότροπος γένοιό μοι τῶν πημάτων·

Qui tamen versus in altera dipodia laborat. Forte scribendum *γένοι' ἐμοί.* Apud Homerum, Od. ξ. 378. *ἀπότροπος* est *semotus, a reditu interclusus.*

αὐτὰρ ἐγὼ παρ' ὕεσσιν ἀπότροπος.

Jam nulla harum significationum huic loco convenit. Quare legendum conjicio *ὑπόπτερον, alatum.*

v. 4. *φαίνεται.* Ita restitui pro *φαίνετο,* ut versui suffultum irem laboranti. His temporum variationibus nihil acceptius poetis. Valckenaerii tentamen *τώρνεον* ne Græcum quidem est in hoc loco. (WAKEFIELD.) Utinam sic omnia scripsisset Wakefieldius. Equidem ejus conjecturæ in contextu locum dedi ac libens.

v. 5. *τὼς καλάμως.* Ratio avium calamis capiendarum apud veteres ita fuit comparata, ut arundines visco oblitæ in altitudinem invicem ita jungerentur, usque dum alas avis quæ interea ab aucupe fronde atque arbustis tecto cantu alliciebatur, verberarent. (SCHWEBEL.)

v. 6. *τᾷ καὶ τᾷ.* Simile quid apud Moschum legitur, Eid. I. v. 16.

καὶ πτερόεις ὡς ὄρνις ἐφίπταται ἄλλοτ' ἐπ ἄλλους
ἀνέρας ἠδὲ γυναῖκας.

Et apud Theocr. XV. 119.

——— *οἳ δέ τε κῶροι ὑπερποτόωνται Ἔρωτες,*
οἷοι ἀηδονιδῆες ἐφεζόμενοι ἐπλ' δένδρων,
πωτῶνται πτερύγων πειρώμενοι, ὄζον ἀπ' ὄζω.

v. 7. *ἔνεχ' οἵ τέλος οὐδὲν ἀπάντη.* Ἔνεκα pro *οὕνεκα* id est *ὅτι,* nescio an alibi occurrat; quod et hoc loco metrum pessundat. Putat Gaisfordius Porsonum conjecisse *ὅκα* quod dedi. In uno Cod. legitur *οὕνεκα.* Vertas, *ægre ferens ubi successus ei non obveniebat.* *τέλος* est *vectigal.*

v. 14. *εἰσόκα μή μιν ἔλῃς.* Εἰσόκα hoc loco est *quamdiu,* ut apud Homer. Il. H. 604. *εἰσόκ' αὖ τμὴ ἐν στή-*

θεσσι μένῃ. Plerumque significat *usque dum*, " until," ut apud Mosch. IV. 116.

εἰσόκε τις χείρός μιν ἀνειρύσῃ παριόντων.

Ubi vide quæ observavit Wakefieldius. Duplex itidem est vis vocis *donec* apud Latinos.

v. 15. ἀπάλμενος. In Codd. legitur ἐπάλμενος, vitio satis manifesto.

III. v. 1. ἔθ' ὑπνώοντι. Vitiosum esse ὑπνώοντι dudum viderunt viri docti. Et correxit amicus quidam Valckenaerii ἔτι χνοάοντι. Herelius ἔθ' ἡβώοντι, *ipsum limen juventutis attingenti*. Mihi magis placeret ἔθ' ὑμνωδοῦντι, *cum adhuc hymnos canerem*.

v. 2. ἐκ χειρὸς ἄγοισα. i. e. χειρὶ, ut in Eid. sequente, v. 2. ἐκ ποδὸς pro ποδί.

v. 7. ὡς εὗρεν πλαγίαυλον ὁ πᾶν. Πλαγίαυλος, *tibia obliqua*, idem erat, puto, quod σύριγξ, sive *fistula*. Virg. Ecl. II. 32.

Pan primus calamos cera conjungere plures
Instituit.

Ibid. ὡς αὐλὸν Ἀθάνα. Pindarus ait Minervam τὸν αὐλὸν invenisse post debellatam Gorgonem a Perseo ejus ope, Pyth. Od. 12. Αὐλὸς est *tibia recta*, seu *longa*, uti vocat Ovidius, apud quem, Fast. lib. vi. suæ inventionis Historiam narrat Minerva.

Prima, terebrato per rara foramina buxo,
Ut daret effeci tibia longa sonos.

Callim. H. in Dian. v. 244.

οὐ γάρ πω νέβρεια δι' ὀστέα τετρήνοντο,
ἔργον Ἀθηναίης.

v. 8. ὡς χέλυν Ἑρμάων. Pseudo-Homerus, H. in Merc. 25.

Ἑρμῆς τοι πρώτιστα χέλυν τεκτήνατ' ἀοιδόν.

Ibid. κίθαριν δ' ὡς ἀδὺς Ἀπόλλων. Ed. Br. κιθάραν ὡς. δ' om. Cod. Vindob. Differentiam inter χέλυν et

κίθαριν, sive *κιθάραν*, *testudinem* et *lyram*, existentem explicet qui potest. De Musicis veterum instrumentis parum scimus; nec multum sane refert; et de inventoribus mirum in modum discrepant auctores, uti monuit Heskinus. Hæc autem erant Hymnorum argumenta.

v. 11. *θνατῶν τ' ἀθανάτων τε πόθους*. Virgilius, Georg. IV. 345.

Inter quas curam Clymene narrabat inanem
Vulcani, Martisque dolos et dulcia furta,
Eque Chao densos Divom numerabat amores.

IV. v. 1. *οὐ φοβέονται, ἐκ θυμῶ δὲ φιλεῦντι*. Vulgo *ἢ φοβέονται, ἢ 'κ θυμῶ φιλέοντι*, *Musæ Cupidinem aut timent, aut amant, et vestigia ejus sive præ metu sive ex animo semper comitantur*. Sensus satis bonus; sed meliorem, utpote simpliciorem, præbet lectio quam exhibui. Mutatio Brunckio debetur. Dedit Whitfordius *οὐ φοβέονται, ἐκ θυμῶ φιλέοντι*.

v. 2. *ἐκ ποδὸς*. Vide supra Eid. III. v. 2. Theocritus etiam, Eid. VII. v. 6. dixit *ἐκ ποδὸς ἄνυε κράναν*, pro *ποδί*.

v. 3. *ἀείδῃ*. Sunt qui *ὀπηδῇ* præferant lectioni Codicum: minus perite, neque versui *quinto* convenienter satis. Carmen absonum atque inconcinnum Musas pulchrè fingitur terrere et fugare. (WAKEFIELD.) Al. *δ' εἰ δή· δὴ δή· δεῖ δή*.

v. 5. *τις Ἔρωτι δονεύμενος*. Τις pro *τῷ* est ex conjectura Brunckii. Phrasin *ἔρωτι δονεῖσθαι* multis illustravit Wakefieldius.

v. 7. Structura esse potest: μάρτυς ἐγὼ πᾶσιν, ὅτι κ.

v. 8. *βροτὸν ἄλλον*. Mirum est hoc dici cum de Deo Cupidine sermo sit. Sed apposite citavit Wakefieldius Luc. cap. xxiii. v. 32. *ἤγοντο δὲ καὶ ἕτεροι δύο κακοῦργοι σὺν αὐτῷ*. Pro *ἀθανάτων* al. *ἀθάνατον*.

v. 9. *βαμβαίνει μοι γλῶσσα*. Al. *καμβαίνει*, vitiose. Agathias, Epig. 13.

χείλεα βαμβαίνει φθέγματι γηραλέῳ.

v. 11. *καὶ τόκα μοι*. Ruhnkenio præ vulgato placet *αὐτίκα μοι*, sed recepta lectio optime se habet. Homerus, Il. IX. v. 674. citante Schafero,

ἀλλ' ὅτε δὴ δεκάτη μὲν ἐπήλυθε νὺξ ἐρεβεννὴ,
καὶ τότ' ἐγὼ θαλάμοιο θύρας πυκινῶς ἀραρυίας
ῥήξας, ἐξῆλθον.

Item Theocritus, XXIV. 20.

ἀλλ' ὅτε δὴ παίδων λιχμώμενοι ἐγγύθεν ἦλθον,
καὶ τότ' ἄρ' ἐξέγροντο κ. τ. λ.

Ibid. χαίροισα. Lennepio aptius videbatur χαρίεσσα.

Ibid. ῥέει ᾠδα. Al. αὐδά. Atque haud aliter Homerus, Il. A. 249.

τοῦ καὶ ἀπὸ γλώσσης μέλιτος γλυκίων ῥέεν αὐδή.

Item Hesiodus, Theog. 96.

——— ὁ δ' ὄλβιος ὅντινα Μοῦσαι
φιλεῦνται· γλυκερὴ οἱ ἀπὸ στόματος ῥέει αὐδή.

Ubi legendum opinor γλυκεροῖο δ' ἀπὸ στόματος ῥέει αὐδή. In Cod. Reg. Paris. exhibetur ὀδ' pro οἱ.

V. v. 1. Οὐκ οἶδ, οὐδ' ἐπέοικεν. Hic versus in Stobæi Florileg. Gesn. p. 375. cæteris præfigitur. Brunckius tanquam fragmentum a reliquis separavit. Si genuina sint verba οὐκ οἶδ, ad aliquod præcedens sine dubio referenda sunt.

v. 2. εἴ μοι καλὰ πέλει τὰ μελύδρια. In Ed. Stobæi Veneta, et in MS. Leid. Eidyllium ab his verbis incipit, præfixo titulo, Ἐκ τῶν Βίωνος Βουκολικῶν.

Ibid. καὶ τάδε μοῦνα. Potes reddere, *etiam hæc sola;* vel modo solenniore capere, ut sit ellipsis notissima, qualem novimus universi ad Hom. Il. A. 135.

ἀλλ' εἴ μοι δώσουσι γέρας μεγάθυμοι Ἀχαιοὶ,
ἄρσαντες κατὰ θυμὸν, ὅπως ἀντάξιον ἔσται·
εἰ δέ κε μὴ δώωσιν κ. τ. λ. (WAKEFIELD.)

Citat etiam vir doctus Luc. cap. xiii. v. 9. et Sylvam Criticam suam. §. 176.

v. 3. τά μοι πάρος ὥπασε Μοῖσα. Displicet Wakefieldio pronomen μοὶ repetitum, unde mendam sublatere suspicatur. Μοῖσα pro Μοῖρα est ex conjectura virorum doctorum. At vulgatum non inscite defendit Heskinus, citans Horatium, Carm. lib. ii. Od. 16.

——— *mihi parva rura et*
Spiritum Graiæ tenuem Camenæ
Parca non mendax dedit, et malignum
Spernere vulgus.

Jam quid ego sentiam de his versibus dicendum est. Suspicor scilicet versum Οὐκ οἶδ' κ. τ. λ. suo loco, casu quodam omissum fuisse, et deinde viso errore Librarium in margine illum, vel ad initium carminis, ascripsisse. Poeta fortasse ita dederat:

Εἴ μοι καλὰ πέλει τὰ μελύδρια, κ' αἱ τάδε μοῦνα
κῦδος ἐμοὶ θήσοντι τὰ καὶ πάρος ὤπασε Μοῖσα,
οὐκ οἶδ'· οὐδ' ἐπέοικεν ἃ μὴ μάθομεν πονέεσθαι.

An pulchra sint carmina mea, atque an ea sola sufficiant ad gloriam meam quæ vel prius tribuit Musa, non liquet; neque decet laborare circa ea quæ bona sint necne non didicimus.

v. 4. εἰ δ' οὐχ ἁδέα ταῦτα. *Sin minus jucunda componenti sint hæc.*

Ibid. τί μοι. Sub. κέρδος ἐστί. Plene dixit Euripides Med. 125. τί δέ μοι ζῆν ἔτι κέρδος; et alibi. Sunt autem qui διαφέρει subintelligi malint, ut apud Theocritum, Eid. XV. v. 89. τί δὲ τὶν εἰ κωτίλαι εἰμές; Vide Bos Ellips. p. 353.

v. 10. μῆονα πάντων. Non potens omnia complecti. Horatius, Carm. lib. ii. Od. 11. *Quid æternis minorem consiliis animum fatigas?*

v. 15. λάχομεν χρόνον. Versum hunc adjecto ἐμβιοτεύειν implet Is. Vossius.

VI. v. 1. Εἴαρος. Sub ἐπί. Pro Μύρσων legit Brunckius Μόρσων, quod Rustici nomen est apud Theocritum.

v. 3. ἀνίκα πάντα τελείεται. Hinc annus dictus πλείων, sc. ἀπὸ τοῦ πάντας τοὺς καρποὺς τῆς γῆς συμπληροῦσθαι. v. Hesychium.

v. 4. λιμὸς ἐλαφρά. Communis generis est Λιμός.

v. 5. χεῖμα δύσεργον. Id est, ad opera rustica perficienda minus aptum. *Brumam intractabilem* interpretatur Wakefieldius.

v. 6. *θέλγονται.* Τέρπονται dedit Grotius. Wakefieldius pro ὄκνῳ conjecit ὄλβῳ, conferens Virg. Georg. III. 376—381.

v. 8. *ἀ σχολά.* Theoc. Eid. XXI. v. 34. ἄλλως καὶ σχολή ἐστι.

v. 10. *ἱερά.* Lennepio ὥρια scribendum videbatur, quod minus probat Wakefieldius propter vers. 13. Dedit quidem ille ἵμερα, *dulcia.* Sed valde rarus est hujus adjectivi usus. Imo et tautologice efferuntur ἵμερα et ἀδέα.

v. 14. *οὖλον χεῖμα φέρειν.* Si rite intelligo hunc versum, plenior distinctio post φέρειν ponenda erat. Structura: χεῖμα (ἐστιν) ὀλοὸν (εἰς τὸ) φέρειν. *Gravis toleratu est hyems.* Pro κρυμῷς in Ed. Canteri legitur κρυμνὸν· in MS. quodam κρύος· unde emendabat Heerenius νιφετόν τε κρύος τε,

v. 16. *ἄμμε βαρύνει.* Vel vertendum *nos duo,* vel legendum ἄμμι, subaudito accusativo post verbum. Mihi persuasissimum est ἄμμε et ὔμμε de duobus quodammodo semper usurpari. Quæcunque loca huic regulæ contradicunt corrupta judico. Apud Apoll. Rhod. lib. iv. v. 1675. similiter lego ἄμμι χαλέπτει, *inter nos lædere solet.* Nisi fingamus dativum a verbo χαλέπτω regi. Vide infra Eid. IX. v. 2.

v. 17. *πάντ' εἴαρος.* Εἴαρος iterum vertendum *vere,* non *veris.* Similem esse variationem casuum monet Wakefieldius apud Theocritum XI. 58.

ἀλλὰ τὰ μὲν θέρεος, τὰ δὲ γίνεται ἐν χειμῶνι.

Sed non pro certo affirmem eandem esse horum locorum structuram.

VII. v. 1. *Λῆς νυ τι.* Suspicabatur Io. Pierson tres primos versus ad aliud olim pertinuisse carmen, quo Lycidam Bion fecerat amores cantantem Polyphemi; hujusque carminis Bionei partes fecisse Fragm. 5. et 7. Idem de Fragm. 3. suspicari liceret. (VALCKENAER.) In C. inventum est post Theocriti Eid. XXX. (GAISFORD.)

Ibid. *Σικελὸν μέλος. Carmen bucolicum.* Hinc Virgilio Sicelides Musæ, et Moscho Σικελικαὶ Μοῖσαι· scilicet hoc poeseos genus natum in Sicilia. (HESKIN.)

v. 3. γλυκύθυμον. Dedit Brunckius γλυκύμυθον· item ἐπ' ᾠόνι τᾷ Γαλατείᾳ. Conjecit Wakefieldius ἐπ ἀϊόνος, citans Theocritum, XI. 14.

——— ὁ δὲ τὰν Γαλάτειαν ἀείδων
αὐτῶ ἐπ' ἀϊόνος κατετάκετο φυκιοέσσας.

v. 4. κἦν μοι συρίσδεν, Μύρσων, φίλον. Vertunt, *et mihi placebat canere.* Perperam. Ut hic sensus efficiatur, legendum cum Brunckio, κἠμοὶ συρίσδεν, Μύρσων, φίλον. Vulgati sententia esse debet, *Non solum canere verum etiam fistulæ insonare mihi gratum esset.* Pro Μύρσων, iterum Brunckius Μόρσων. Vide initium carminis præcedentis.

v. 5. Σκύριον, ὦ Λυκίδα, ζαλῶ μέλος. Correxit Lennepius pro vulgatis Σκύριον Λυκίδα, ζαλῶν μέλος. Legit Heskinus ζαλεῦ, *imitare, æmulare,* media voce. Wakefieldius Σκύριον ἦν, Λυκίδα, ζαλῶν μέλος. Nos Σκύριον, ὦ Λυκίδα, ζάλων μελος, sub. μέλποις. Ζῆλοι sunt affectus, sive Πόθοι. Meleager, Epig. 67.

Κῦμα τὸ πικρὸν Ἔρωτος, ἀκοίμητοί τε πνέοντες
Ζῆλοι, καὶ Κώμων χειμέριον πέλαγος.

Verteres: *Scyrium carmen, affectuum plenum, "cane."* Sed forte erunt quibus minus placuerit verbum subaudiri. Neque ego magnopere repugnabo iis qui ζαλῶ præferant.

v. 6. λάθριον εὐνάν. Theocr. Eidyll. XXVII. v. 67. ἀνίστατο φώριος εὐνά.

v. 7. ὅπως δ' ἐψεύσατο μορφάν. Sic primus emendavit Canterus pro ὅκως δὲ ἐγεύσατο. Præterea scriptum maluit Lennepius πῶς παῖς ἔσσατο φάρει. Piersono venit in mentem,

πῶς παῖς ἔσσατο, φωτὸς ὅπως δ' ἐψεύσατο μορφάν.
(VALCKENAER.)

Φᾶρος hic est vestis muliebris. Vide supra ad Eid. I. v. 3.

v. 8. ἀπαλέγοισα ἀηδόνη τ' ἀπαστόν. Vitiosa quæ dedit ex Codicibus Ursinus hic intacta reliquit Valckenaerius. Ego antequam meam in hunc locum conjecturam cum lectore communico, aliorum memorabo. Et primum quidem legi posse putabat Scaliger,

χὤπως ἐν κώραις Λυκομηδίσι θάλπ' ἀλέγοισα
ἄκμηνον καὶ ἄπαστον Ἀχιλλέα Δηϊδάμεια.

Ubi quid illud ἄκμηνον καὶ ἄπαστον, *jejunum et impastum*, huc faciat, merito rogat Heskinus. Longopetræus in priore versu secutus est Scaligerum, in posteriore legit ἀκλειῆ καὶ ἄπυστον, *inglorium et inauditum*. Ipse Heskinus, θάλπ' ἀλέγοισα ἀΐδη ἠδε ἄπυστον, ut ἀΐδη sit pro ἀϊδέα, *obscurum*, ab ἄϊδὴς pro ἀειδὴς, anapæsto pro dactylo posito. Toupius in Epist. Crit. proposuit

χὤπως ἐν κώραις Λυκομηδίσιν ἀμφαγαπάζοι
ἀειδῆ καὶ ἄπυστον Ἀχιλλέα Δηϊδάμεια.

Quod in suam editionem recepit Brunckius. Sed ille Iambum pro Spondæo supposuit, ut Anapæstum pro Dactylo Heskinus. Ruhnkenius;

χὤπως ἐν κώραις Λυκομηδίσιν ἀγκὰς ἔχοισα
Πηλείδην ἀγάπαξεν Ἀχιλλέα Δηϊδάμεια.

Atque hanc emendationem præ cæteris probant Valckenaerius et Jacobsius. Cum tamen Πηλείδαο præcesserit, conjecit hic ἀκρηβην pro Πηλείδην. Teucherus ἂγ' ἀλέγοισα ἀΐδη ἤδη ἄπυστον. Wakefieldius,

——ἁβρὰ λέγοισα
κήλησε τὸν ἄπλατον Ἀχιλλέα Δηϊδάμεια.

Dulcibus alloquiis formidabilem Achillem lenivit. En satis ampla conjecturarum seges. Quibus jam tandem nostra accedat, legentis,

χὤπως ἐν κώραις Λυκομηδίσιν ἄππα λέγοισα
ἤδη νυκτασπαστὸν Ἀχιλλέα Δηϊδάμεια.

Et quomodo inter filias Lycomedis, ἄππα, id est, *o pater, dicens Deidamia inter nocturnos complexus Achillem cognovit* virum esse. ἄππα λέγοισα est ἔτι κουρίζουσα et παππάζουσα. Callim. H. in Dian. v. 4.

——ὡς ὅτε πατρὸς ἐφεζομένη γονάτεσσι,
παῖς ἔτι κουρίζουσα τάδε προσέειπε γονῆα·
Δός μοι παρθενίην αἰώνιον, ἄππα, φυλάσσειν.

Vel phrasis ἄππα λέγοισα ἐν κώραις Λυκομηδίσι nihil aliud significat quam *una inter filias Lycomedis.* Haud aliter D. Paulus in Epist. ad Rom. Cap. VIII. v. 15. sq. Οὐ γὰρ ἐλάβετε πνεῦμα δουλείας πάλιν εἰς φόβον, ἀλλ' ἐλάβετε πνεῦμα

υἱοθεσίας, ἐν ᾧ κράζομεν, Ἀββὰ ὁ πατήρ. Αὐτὸ τὸ πνεῦμα συμμαρτυρεῖ τῷ πνεύματι ἡμῶν ὅτι ἐσμεν τέκνα Θεοῦ. Vide et eundem in Galat. iv. 6. Dabit veniam, uti spero, lector novum vocabulum νυκτασπαστὸν fingenti. Mihi hæc conjectura, si non certa, *at* valde probabilis videtur.

v. 10. ἅρπασε τὰν Ἑλέναν. Ita Theocrit. Eidyll. XXVII. 1.

Τὰν πινυτὰν Ἑλέναν Πάρις ἥρπασε, βωκόλος ἄλλος.

v. 14. φέρων δισσὶν ἀνὰν ἄρνα. Hic etiam Ursini vitiosa reliquit Valckenaerius. Emendabat Scaliger, φέρων τισὶν αἰνὸν Ἄρηα, *inferens quibusdam grave bellum*. Accentu retracto τίσιν, *vindictam*, maluit Longopetræus. Lennepius δύστανον. Schwebelius φέρον δυσὶν αἰνὸν Ἄρηα, quod non capio. Casaubonus, a ductu literarum longissime discedens, φέρων χάριν Ἀτρείδησιν. Ruhnkenius φέρων φθισήνορ' Ἄρηα. Jacobsius φυγὼν δυσμικτὸν Ἄρηα. Wakefieldius φέρων δυσόμιλον Ἄρηα. Nos denique φέρον δὲ ξυνὸν Ἄρηα, *sed una bellum* in Troas *ferebant*.

v. 17. παρθενικὸν κόπον εἶχεν. *Virgineum laborem exercebat*. Hoc est ex Scaligeri emendatione pro κόρον, *scopam;* quam lectionem defendit Longopetræus, indignante Heskino. Equidem κόπον longe præferendum duco; neque tamen negaverim apud veteres servile officium domum scopis verrendi aliquando vel reginis impositum fuisse. Verum id captivarum erat. Hecuba apud Euripidem in cognomine Tragedia, v. 362. talem fortunam sibi auguratur:

προθεὶς τ ἀνάγκην σιτοποιὸν ἐν δόμοις,
σαίρειν τε δῶμα, κερκίσιν τ' ἐφιστάναι,
λυπρὰν ἄγουσαν ἡμέραν μ' ἀναγκάσει.

Vide et ejusdem Andromachen, v. 166.

Ibid. ἐφαίνετο δ' ἠΰτε κώρα. Id est, *se ostentabat, veluti puella*. Hunc esse sensum ostendunt sequentia, καὶ γὰρ ἴσον τήναις θηλύνετο, &c. Aliud est φαίνεσθαι κόρα, aliud φαίνεσθαι ἠΰτε κόρα. Conjecerat Heskinus ὑφαίνετο δ ἠΰτε κώρα. Scribi saltem debuerat ὕφαινέ τε, uti monet Valckenaerius.

v. 18. καὶ γὰρ ἴσον τήναις. Heskinus dedit καδδ' ἀρ' ἴσον. Al. ἴσως· et mox, al. παρειῇσιν. Eldikius emendabat, καί τ' ἴσον ἄνθος χιονέαις πόρφυρε παρειῇς. Legendum παρῇϊσι ex emendatione Salmasii.

v. 20. κόμας δ' ἐπύκαζε καλύπτρα. Καλύπτρα explicatur ab Hesychio per κεφαλῆς κάλυμμα. Homer. Il. K. 406.

——— ἡ δέ νυ μητὴρ
τίλλε κόμην, ἀπὸ δὲ λιπαρὴν ἔρριψε καλύπτρην.

v. 21. θυμὸν δ' Ἄρεος εἶχε. Emendabat Lennepius θυμὸν δ' ἀνέρος εἶχε. Infra, pro ποτὲ μὲν κείνας, Brunckius πόκα μὲν τήνας.

v. 24. σῶμ' ἀνὰ καλὸν ἄειρε. Vulgo στόμ' ἀνὰ κάλὸν ἄειρε. Corrigebat Ursinus.

Ibid. τὰ δ' ἀδέα δάκρυ' ἐπήνει. Scaliger de lana intelligens totum locum sic emendabat:

——— πολλάκι δ' αὐτᾶς
στάμονα καλὸν ἄειρε, τὰ δ' ἀδέα καίρε' ἐπήνει.

Et sæpe ejus stamen pulchrum tollebat, et odorata fila laudabat. Priore correctione probata sequentia Lennepius legebat, τὰ δαίδαλα δ' ἄτρια νήει, vel ἐνήει, *glomerabat.* Sed istius conjecturæ virum doctum postea poenituit. Saltem nulla ejus mentio in Ed. Gothana. Wakefieldius conjecit στάμονα καλὸν ἄειδε, vel ἔειπε, *prædicabat, dicebat,* vel *declarabat,* in reliquis Lennepium secutus. Ego legendum opinor,

——— πολλάκι δ' αὐτᾶς
σῶμ' ἀνὰ καλὸν ἄειρε, τὰ δ' εὔχροα δάκτυλ' ἐπήνει.

Et sæpe ejus corpus pulchrum tollebat, et nitidos, sive *bene coloratos, digitos laudabat.* Scilicet voce εὔχροος notatur color naturalis qui ὑγίειαν ζώον δηλοῖ. Vide Damm. Lexic. Homer. Usus est Musæus, v. 132.

παρθενικῆς δ' εὔοδμον, ἐΰχροον, αὐχένα κύσας.

Idem v. 114.

ἠμέρα μὲν θλίβων ῥοδοειδέα δάκτυλα κούρης.

Obiter moneo apud Æschylum in Agamemnone, v. 33. me legere,

γένοιτο δ' οὖν μολόντος εὐφιλῆ χρόα
ἄνακτος οἴκων τῇδε βαστάσαι χερί.

Vulgo εὐφιλῆ χέρα. Locutio non inusitata χέρα βαστάζειν, sed hoc loco minus apta.

v. 28. μούνα μίμνω, σὺ δὲ νύμφα καθεύδεις. Versum corrigebat Lennepius,

αὐτὰρ ἐγὼ μούνα, μούνα δὲ σὺ, νύμφα, καθεύδεις.

Eleganter, judice Valckenaerio. Mihi secus videtur. Neque ultimam vocis νύμφα corripere Doribus licuisse credo. Rescribo,

αὐτὰρ ἐγὼ μούνα μίμνω, σὺ δὲ νόσφι καθεύδεις.

v. 29. αἱ δύο παρθενικαὶ, συνομάλικες. Ita conjecerunt viri docti pro αἱ δ' ὑποπαρθενικαί. Porro suspicatur Valckenaerius Bionem dedisse,

αἱ δύο παρθενικαὶ, δὺ' ὁμάλικες, αἱ δύο καλαί.

v. 30. κατὰ λέκτρα. Ex conjectura Scaligeri, pro καί. Salmasius κάλλεκτρα.

Ibid. ἁ δὲ πονηρὰ νύσσα γὰρ δολία με. Νύσσα in metrum peccat, et sensui officit τὸ γάρ. Unde correxit Luzacius ἁ δὲ πονηρὰ νύσσα καὶ ἀργαλέα. Lennepius νὴξ ἄγ' ἀργαλέα. Wakefieldius ἄδε πονηρὰ νύσσα γὰρ, ἄδ' ὀλοά. *Hæc improba, hæc odiosa intercapedo.* Mihi in mentem venit,

——— ἁ δὲ πονηρὰ
νύσσᾳ γραῦς δολίᾳ με κακῶς ἀπὸ σειο μερίζει.

Improba autem anus dolosa intercapedine malevole me a te separat. Apud Agathiam Ep. 8. corpus suum amatori objicit nutrix ne puellam osculetur :

Ἡ γραῦς ἡ φθονερὴ παρεκέκλιτο γείτονι κούρῃ,
δόχμιον ἐν λέκτρῳ νῶτον ἐρεισαμένη.

Cæterum cum in hanc conjecturam incideram, repperi eandem saltem sententiam Brunckio obversatam fuisse, qui locum sic edidit ;

——— ἁ δὲ πονηρὰ
νύσσα καὶ δολία με τροφὸς ἀπὸ σεῖο μερίζει.

VIII. v. 1. Ἔσπερε. Hoc Eidyllium a nonnullis Moscho tribuitur.

Ibid. φάος Ἀφρογενείας. Virgilius, Æn. VIII. 589.

Qualis ubi Oceani perfusus Lucifer unda,
Quem Venus ante alios astrorum diligit ignes,
Extulit os sacrum cælo, tenebrasque resolvit.

v. 3. τόσσον ἀφαυρότερος. Statius, Sylv. lib. ii. v. 82.

——— quantum præcedit clara minores
Luna faces, quantumque alios premit Hesperus ignes.

v. 4. ποτὶ ποιμένα. Ita Theocritus, Eid. III. v. 1. Κωμάσδω ποτὶ τὰν Ἀμαρυλλίδα. Κῶμον ἄγω, sive κωμάζω, sonat *comessatum eo.*

v. 7. ὀδοιπορέοντ' ἐνοχλήσω. Ὀδοιπορέοντα λοχήσω corrigebat Ruhnkenius, a λοχάω, probante Valckenaerio. Sed ego causam hujus mutationis non video. Verbum ἐνοχλέω usurpavit Theocritus Eid. XXIX. v. 36.

ἐν θυμῷ τε λέγεις, τί με δαιμόνιε 'νοχλεῖς.

Hinc ἐνοχλῆσις. Quam vocem restituendam credo Fragmento a Grotio Reliquiis Philemonis ascripto, p. 352, Ed. Clerici:

Ἀεὶ τὸ πλουτεῖν συμφορὰς πολλὰς ἔχει,
φθόνον, τ' ἐπήρειάν τε, καὶ μῖσος πολύ,
πράγματά τε πολλά, κἀνοχλήσεις μυρίας,
πράξεις τε πολλὰς, συλλογάς τε τοῦ βίου·
κἆτα μετὰ ταῦτ' εὐθύς τις εὑρέθη θανών. κ. τ. λ.

Vulgo legitur καὶ ὀχλήσεις μυρίας. In versu quinto inserni τὶς, metri et sensus gratia. Vulgo

καὶ εἶτα μετὰ ταῦτ' εὐθὺς εὑρέθη θανών.

v. 8. συνερᾶσθαι. Συνέρασθαι Schafer. Hoc est quasi dicat, " decet autem te, Hespere, amantem in amore adjuvare."

IX. v. 1. Ἄμερε Κυπρογένεια. *O placida Venus, in mari Cyprio nata.*

v. 2. χαλέπτεις. Cum accusativo plerumque construitur

hoc verbum. Hom. Od. δ. εἵρεσθαι δὲ θεῶν ὅστις σε χαλέπτει. Apud Nicandrum legitur,

εἰ γ' ἔτυμον Τροίηθεν ἰοῦσ' ἐχαλέψατο φύλλοις·

Ubi Schol. ὠργίσθη· et alibi in media voce Dativum post se asciscit. At talem activæ vocis usum Lexica saltem non ostendunt. Facile esset reponere h. l. χαλέπτῃ, *irasceris*. Sed fortitan nihil mutandum. Vide supra notam ad Eid. VI. v. 16.

v. 3. τί νυ τόσσον ἀπέχθεο, καὶ τί νυ αὐτὰ. τί νυ αὐτὰ pro τίναυτα dedit Scaliger, sed quomodo interpretatus sit nescio. Longopetræus τί νυ τόσσον ἀπέχθεο, καὶ τί νυ σ' ἀτᾷ; *Quid adeo infensa es, et quid te lædit?* Wakefieldius, καὶ τίνος, ἀΰδα. *Dic, ob quam causam, et cujus auctoris gratia, in tantum irasceris?* Mihi in mentem venit,

τυτθὸν ἔφαν· τί νυ τόσσον ἀπέχθεο, κἀκ τίνος, αὐτά;

Parum dixi: quam ob causam, et quo auctore, ipsa habita es odio?

v. 4. τέκηαι. Regula Dawesiana poscit τέκοιο.

v. 6. ἐς τὶ δέ νιν πτανὸν. Eadem fere ἔννοια legitur in Epigrammate quodam Græco:

Φεύγειν δὴ τὸν Ἔρωτα κένος πόνος· οὐ γὰρ ἀλύξω
πεζὸς ὑπὸ πτηνοῦ πυκνὰ διωκόμενος.

Tassus in Amynta:

E che giova fuggir da lui ch' a l' ali? (LONGOP.)

X. v. 1. ἐπὴν ἴσον ἀντεράωνται. Theocr. Eid. XII. v. 15.

ἀλλήλους δ' ἐφίλησαν ἴσῳ ζύγῳ· ἦ ῥα τοτ' ἦσαν
χρύσεοι οἱ πάλαι ἄνδρες, ὅτ' ἀντέφιλησ' ὁ φιληθείς.

v. 4. χαλεποῖσιν ἐν Ἀξείνοισιν. ἀξείνοισι, non Ἀξείνοισι dedit Valckenaerius. Recte; est enim adjectivum. Sed pro χαλεποῖσιν forte legendum Χαλύβεσσιν. Æsch. Prom. 713.

λαιᾶς δὲ χειρὸς· οἱ σιδηροτέκτονες
οἰκοῦσι Χάλυβες, οὓς φυλάξασθαί σε χρή·
ἀνήμεροί γαρ, οὐδὲ πρόσπλαστοι ξένοις.

Chalybes, gens Asiæ minoris, Ponto vicina.

v. 5. ἠρητο κελεύθους. Apud Stobæum legitur ἄρκτο. In Cod. ἀροῖτο. Grotius dedit ἤρητο, *susceperat*. Vulcanius conjecit ἄρητο· Heinsius ᾄρητο· Valckenaerius ἠρεῖτο· Wakefieldius,

οὐνέκα οἱ ξυνᾶς Πυλάδας ἀγῆτο κελεύθου·

pro ἠγεῖτο. *dux erat viæ*. Sed non vere hoc diceretur. Non enim dux erat Pylades, sed Orestem ducem sequebatur, ut ei, si quid mali contingeret, auxilium præstaret. Nescio an legi possit αἰνεῖτο, pro ἤνει. Hoc est, *boni consulebat, in bonam partem accipiebat*. Hesychius certe interpretatur Αἰνεῖται, συγκατατίθεται. Ubi tamen legendum censet Albertus, Αἰνεῖτε, σύγκατατίθεσθε. Succurrit etiam,

οὕνεκα οἱ ξυνᾶς Πυλάδας εἴρητο κελεύθου.

Se felicem existimabat eo quod Pyladis cum eo amicitia in ore omnium esset. Vide Theocritum, Eid. XII. v. 19. sqq.

v. 7. ὄλβιος ἦν θνάσκων. Mala interpretatione laborat hic versus, cujus hæc est sententia: *Se felicem existimabat Achilles propterea quod Patroclus dum illum defenderet, mori non recusabat*. Quare frustra ut puto, conjecit Wakefieldius locum ita legendum esse:

ὄλβιος ἦν θνάσκοντος, ὅ οἱ μόρον αἰνὸν ἄμυνε.

Vel eo mortuo beatus, eo quod ultus ei sit infelicem mortem. Idem contulit Nasonis versiculos, Epist. ex Pont. II. 3. 41.

Cerne quid Æacides post mortem præstet amico,
Instar et hanc vitam mortis habere puta.
Pirithoum Theseus Stygias comitavit ad undas:
A Stygiis quantum sors mea distat aquis?
Adfuit insano juvenis Phocæus Orestæ:
Et mea non minimum culpa furoris habet.

Fragm. I. v. 1. Ἀμφασία. Pro ἀφασία metri gratia. Sic Homerus, Il. P. 695. ἀμφασίη ἐπέων· Ubi Schol. ἀφασία, ἔκπληξις, ἀφωνία.

Ibid. τὸν Φοῖβον ἔλεν. Ita dedit Canterus ex Codd. pro τὸν βίον ἔλεν. In sua editione exhibuit Vulcanius

ἀμφασίη δὲ βίων' ἕλε τόσσονδ' ἄλγος ἔχοντα·

unde conjecit Higtius *ἀμφασία Παιῶν' ἕλε· ipse Deus medicinæ obstupuit.*

v. 2. *ἐπεμαίετο τέχναν.* Pseudo-Homer. H. in Merc. 108.

σὺν δ' ἐφόρει ξύλα πολλὰ, πυρὸς δ' ἐπεμαίετο τέχνην.

ἐπεμαίετο est ex emendatione Vulcanii pro *ἐπεβαίνετο* quod in Cod. Flor. invenit F. Ursinus. Olim legebatur *ἐπεβώετο implorabat. ἐβώσατο* adhibuit Theocritus Eid. XVII. 60. sed præstat hoc loco *ἐπεμαίετο.*

v. 3. *χρῖεν δ' ἀμβροσίῃ.* Nonnus, Dionys. XI. p. 201. *ἀμβροσίην δὲ λαβὼν παρὰ μητέρι Ῥείῃ ὠτειλαῖς ἐπέχευεν.*

v. 4. *Μοίραισι δ' ἀναλθέα φάρμακα πάντα.* Vehementer dubito de sinceritate hujusce lectionis, cum nihil sonare videatur phrasis *Μοίραις ἀναλθέα* nisi *quæ non sunt satis sananda.* Sic Manetho, II. 499.

———*μανίαισι προσάπτει*
σπασμοὺς, ἢ νουσον θ' ἱερὴν καὶ ἀναλθέας ἀτάς.

Adeas etiam Hesychium in voce, et Interpretes ejus. Scribendum puto: *Μοίραις δ' ἐπ' ἀναλθέα· non habent potestatem sanandi contra Parcas.* Ambigua sallem sunt vulgata. (WAKEFIELD.) Hac emendatione, quæ in primis inelegans est, quid sibi lucratus sit Wakefieldius, non video. Possis legere *ἀναλκέα·* sed imperfecta videtur sententia. Hesychii verba sunt: *Ἀναλθὲς. ἀνίαστον. (ἀνίατον). ἀνηγίαστον. ἀναίσθητον. (ἀνάλθητον.)*

II. v. 1. *πάντα λόγον.* Sub. *κατά.* Angl. "on every occasion."

v. 2. *μηδέ τι πάντ' ἄλλου χρέος ἰσχέμεν.* Legit Valckenaerius *μηδ' ἐπὶ πάντ'. Neque ad omnia alterius ope indigere.* In eandem conjecturam incidit Wakefieldius, sed *ἐπὶ πάντα λόγον* intelligit, ut *ἐπὶ* referatur etiam ad priorem versum. Ita supra, Eid. I. 80. *χὠ μὲν οἴστως, ὃς δ' ἐπὶ τόξον ἔβαν'·* et in Eid. V. 11. *καμάτως κεἰς ἔργα πονεῦμες.* Videsis nos ad Theocritum Eid. IX. 3.

Ibid. *ἀλλὰ καὶ αὐτὸς τεχνᾶσθαι σύριγγα. Αὐτὸς*

in αὐτὸν absque causa mutaverat Grotius: sed ad ἰσχέμεν plenius distinxi.

III. v. 1. Μοῖσας Ἔρως καλέοι. Hujus versus obscura est sententia, neque mihi placet ultima του Μοῖσας correpta. Lego

Μοῖσά σ', Ἔρως, καλέει· Μοῖσαι τὸν Ἔρωτα φέροιεν.

Age, o Amor, abi; Musa te vocat. Musæ Amorem secum auferant. Ita Homerus, Il. B. 302. οὓς μὴ κῆρες ἔβαν θανάτοιο φέρουσαι.

v. 2. ποθέοντι. Vertendum *amanti*, quod sensui hujus loci melius convenit quam *cupienti*. (LONGOP.)

v. 3. τᾶς φάρμακον ἄδιον οὐδέν. Theocritum imitatur. Vide Eid. XI. v. 1.

IV. v. 1. Ἐκ θαμινῆς ῥαθάμιγγος. Ovidius:

Quid magis est durum saxo? quid mollius unda?
Dura tamen molli saxa cavantur aqua.

Et alibi,

Gutta cavat lapidem, non vi, sed sæpe cadendo.

Lucretius, lib. iv. ad fin.

Nonne vides etiam guttas in saxa cadentes
Humoris, longo in spatio pertundere saxa?

Ibid. αἰὲς ἰοίσας. Ita Codd. pro vulgato αἰέν. Apud Aristoph. Lys. 1267. citante Schafero, Laconice profertur φιλία τ' αἰὲς εὔπορος εἴη. Ex hac autem phrasi medicina afferenda est loco corrupto apud Sophoclem, Philoct. v. 20.

——τάχ' ἂν
ἴδοις ποτὸν κρηναῖον εἴπερ ἐστὶ ζῶν.

Legendum enim arbitror εἴπερ ἐστ' ἰών.

v. 2. ἐς ῥωγμὸν. *In foramen*, a ῥήσσω. Ῥωχμὸν edidit Brunckius. Utraque forma proba. Hesych. Ῥωγμός, ὄγκος, κοῖλος τόπος. Ubi legendum esse ἄγκος ostendit Toupius.

V. v. 1. βασεῦμαι ἐμὰν ὁδόν. Al. βὰς εὖ καὶ ἐμὰν ὁδόν.

v. 2. ψιθυρίσδων. Al. ψιθυρίσδω. Infra pro ἀπολείψω, al. ἀπολείψει, et ἀπολείψειν. Wakefieldius Fragmentum hoc ita interpungit et scribit:

Αὐτὰρ ἐγὼ βασεῦμαι ἐμὰν ὁδὸν, ἐς τὸ κάταντες
τῆνο, ποτὶ ψάμαθόν τε καὶ ἠϊόνα, ψιθυρίσδων,
λισσόμενος Γαλάτειαν ἀπηνέα· τάσδε γλυκείας
ἐλπίδας ὑστατίῳ μέχρι γήραος οὐκ ἀπολείψων.

VI. v. 2. ποιεῖ δὲ τὰ πράγματα κρείσσοτα τιμά. Vulgo τιμὰ δὲ τὰ πράγματα κρείσσονα ποιεῖ, nolente metro. Correxit Valckenaerius, sed in contextum emendationem suam non admisit. Dederat Brunckius μισθὸν ἔδω· τιμὰ δέ. Supra pro ἐπὴν Schaferus ἐπεί.

VII. Μορφὴ θηλυτέρησι. Citat Heskinus Anacr. Od. 2. Φύσις κέρατα ταύροις, ὁπλὰς δ' ἔδωκεν ἵπποις· τοῖς ἀνδράσι φρονημα· γυναιξὶν οὐκ ἔτ' εἶχεν. τί οὖν δίδωσι; κάλλος, ἀντ' ἀσπίδων ἁπασῶν, ἀντ' ἐγχέων ἁπάντων.

MOSCHUS.

Eidyllium I. v. 1. τὸν Ἔρωτα τὸν υἱέα. Has voces a sequentibus separavit Valckenaerius, ut referantur ad πλανώμενον. Hoc consilium neutiquam mihi placet: hinc enim hiatus fit atque maxime inconcinna vocis Ἔρωτα repetitio. Nos diceremus: "made proclamation after Cupid." Homer. Od. μ. 124.

ἀλλὰ μάλα σφοδρῶς ἐλάαν, βωστρεῖν δὲ Κραταιήν.

(Wakefield) Ita apud Euripidem, Phœn. 1161. monente Schafero, βοᾷ πῦρ καὶ διέλλας, quæ recte vertit Valckenaerius *clamando petit*. Post ἐβώστρει subauditur λέγουσα τάδε.

v. 5. γυμνὸν τὸ φίλαμα. Theocr. Eid. III. 20. et XXVII. 4.

ἔστι καὶ ἐν κενεοῖσι φιλάμασιν ἀδέα τέρψις.

Ibid. τύ δ', ὦ ξενε. Ita ex conjectura dederunt viri docti

pro vitiosis τί δῶ ξένε. τι δ', ὦ ξένε, dederunt Grotius et Brunckius, quod et in duobus Codd. repertum fuit.

v. 6. ἐν εἴκοσι πᾶσι. *Inter viginti omnino.* "amongst as many as twenty." Notissima Græcorum locutio. Vim hujus loci minuunt qui legunt παισί.

Ibid. μάθοις νιν. Solœcum videtur. Al. μάθῃς et μάθεις. Facile esset corrigere μάθοις αν, sed genuinum puto μάθῃς νιν.

v. 10. ἦν δὲ χολᾷ, νόος ἐστὶν ἀνάμερος. Al. ἐν δὲ χολᾷ. Lego

ἐν δὲ χολᾷ νόος ἐστίν· ἀνάμερος, ἠπεροπευτὰς, κ. τ. λ.

Animus autem est instar fellis. immitis, fraudulentus, &c.

Hanc vim præpositionis ἐν supra tetigi. Conjecit Eldikius,

φρὴν δὲ χολά· νόος εστιν ἀνάμερος· ἠπεροπευτὰς,
οὐδὲν ἀλαθεύων, κ. τ. λ.

Plaut. Truc. I. 11. 76.

In melle sunt linguæ vestræ sitæ, atque orationes,
Lacteque: corda felle sunt lita, atque acerba aceto.

Huc et spectat, monente Heskino, Distichon apud Rhythmicum,

Mel in ore, verba lactis,
Fel in corde, fraus in factis.

v. 11. εὐπλόκαμον τὸ κάρανον. Hoc pro nominativo an accusativo capias, parum refert; sed male omnino legebat Wakefieldius,

εὐπλόκαμον τὸ κάρηνον ἔχει, ἰταμὸν τὸ πρόσωπον.

Ibid. ἰταμὸν. Ἰταμὸς, *impudens, inverecundus.* Sic apud Aristophanem, Βατρ. 1292. ἰταμαῖς κυσίν. Infra, pro ὥς ὄρνις, al. ὅσον ὄρνις. Pro ἄλλοτ' ἐπ' ἄλλους, in Cod. suo legit Ursinus ἄλλον ἐπ' ἄλλῳ. In v. 18. pro ὑπὲρ τάξῳ, al. ἐπὶ τόξῳ.

v. 19. τυτθὸν ἐοῖ τὸ βέλεμνον. Pro ἐοῖ, quod sine dubio vitiosum est, legitur apud Stobæum ἑνί. in uno Cod. apud Gaisf. ἐεῖ, in altero ἀεί. Hermannus conjecit τυτθόν οἱ. Ego malim τοί, vel καί.

v. 22. *πάντα μὲν ἄγρια, πάντα.* Piersonus emendabat *πάντα μὲν ἄγρια ταῦτα.* Luzacius hæc et sequentia hac ratione:

ταῦτα μεν ἄγρια πάντα· πολὺ πλεῖον δέ οἱ αὐτῷ
βαιὰ λαμπὰς ἐοῖσα, τᾷ ἅλιον αὐτὸν ἀναίθει.

Sæva quidem ista sunt omnia; sed multo his sævior est ipsi parvula fax, qua solem ipsum accendit. Vulgo *τὸν ἅλιον.* Sed jure miratur Schaferus neminem offendisse ad voces *οἱ αὐτῷ·* alteram utram enim, non utramque, poni oportuisse. Hermannus vulgata recte se habere putat, modo recte scribantur:

——πολὺ πλείον δὲ οἱ αὐτῳ
βαιὰ λαμπὰς ἐοῖσα· τὸν ἅλιον αὐτὸν ἀναίθει.

Pro *ἀναίθει,* al. *ἐναίθει,* et in uno Cod. apud Gaisf. *ἀνέχει.* Pro *δὲ οἱ αὐτῷ,* al. *δ' ἐνὶ αὐτῷ·* unde equidem lego,

πάντα μὲν ἄγρια, πάντα· πολὺ πλείον δ' ἐνιαυτῷ
βαιὰ λαμπὰς ἐοῖσα τόν ἅλιον αὐτὸν ἀναίθει.

Fingitur nimirum Solem annua quadam lampade accendi, at Cupidinis lampade accensum diutius calorem retinere. Ἀναίθει, *accensum tenet;* vel vertas, *accendendo perstat.* Vid. p. [411]

v. 24. *δάσας ἄγε.* Al. *δαμάσας.* Infra, pro *γελάῃ,* al. *γελάα.* In v. 27, pro *φαρμακόεντα,* al. *φάρμακον ἐντὶ,* quod præfert Dorvillius.

v. 29. *μή τι θίγῃς.* Al. *μή τυ θίγῃς.*

Ibid. *βέβαπται.* Citat Wakefieldius Matth. iii. 2. *αὐτὸς ὑμᾶς βαπτίσει ἐν πυρί.*

II. v. 2. *τρίτατον λάχος.* Λάχος secundum Hesychium idem est ac *μέρος.* Veteres noctem in quatuor partes diviserunt, quas Græci *φυλακὰς,* Latini *vigilias* appellarunt. Dicebantur autem hæ partes ad similitudinem militarem *φυλακὴ πρώτη, vigilia prima, &c.* Divus Marcus quatuor has noctis partes ita distinguit in suo Evangelio, Cap. xiii. v. 35. *ὀψὲ, ἢ μεσονυκτίου, ἢ ἀλεκτοροφωνίας, ἢ πρωΐ.* Alias quoque *πρώτη νὺξ* vel *πρῶτος ὕπνος* pro *prima,* et *περίορθρον,* pro *quarta vigilia,* apud auctores occurrunt. Erat igitur hoc *τρίτατον λάχος* apud Moschum illud tempus quod *περίορθρον* statim excipit, quoque, dum

Φωσφόρος alto cœlo nitidissimus Auroram prænuntiat, cadentia sidera somnos suadent. (SCHWEBEL.)

v. 3. γλυκίων μέλιτος. Mihi magis placeret γλύκιον.

v. 5. εὖτε καὶ ἀτρεκέων. Ita Flaccus, Sat. I. 10. 32.

——Vetuit me tali voce Quirinus,
Post mediam noctem visus, cum somnia vera.

Ibid. ποιμαίνεται ἔθνος ὀνείρων. *Somniorum agmina ovium ritu vagantur.* Δῆμον ὀνείρων vocavit Homerus, Od. Ω. 12.

v. 6. ὑπωροφίοισιν. ἐπικνώσσουσα δόμοισι. i. e. ὑπερῴῳ, *cubiculo muliebri*, quod in summa ædium parte erat. Al. ὑποῤῥοφίοισιν.

v. 7. Φοίνικος θυγάτηρ. Ab aliis non Phœnicis sed Agenoris Phœniciæ regis filia dicitur Europa. Vide Apollodorum, lib. II. cap. 1.

v. 8. ὥϊσατ' ἠπείρους δοιὰς. Vide Æschylum, Pers. ver. 186. et ibi Scholiastem.

v. 9. Ἀσίδα τ', ἀντιπέρην τε. Al. Ἀσίαδ' ἀντιπέρην τε. Adverbium est ἀντιπέραν, Ionice ἀντιπέρην. Dicitur etiam ἀντιπέρας, et ἀντιπέρα. Supple, καὶ τὴν ἀντιπέραν οὖσαν ἤπειρον. Vel lege, ἢ ἀντιπέρην τε. Homer. Il. B. 635.

Οἱ δ' ἤπειρον ἔχον, ἠδ' ἀντιπέραι ἐνέμοντο.

Id est, *loca continenti opposita.*

Ibid. φυὴν δ' ἔχον οἷα γυναῖκες. Id est, καθ' οἷα γυναῖκες φυὴν ἔχουσι. *Mulierum indolem præ se ferebant.*

v. 12. ὡς μιν ἔτικτε, καὶ ὡς ἀτίτηλέ μιν. Displicet pronomen μὶν repetitum. Pro priore forsitan scribendum μέν.

v. 14. μόρσιμον εἶναι. Astipulor Jacobsio legenti μόρσιμον αὐτῇ. Melius saltem hoc videtur quam in proximo versu cum Piersono legere ἔμμεν' οἱ.

v. 16. στρωτῶν λεχέων. Ita Euripides Orest. 313. μένε δ' ἐπὶ στρωτοῦ λέχους· et alibi; ne quis cogitet de usitatiore

phrasi Homerea τρητῶν λεχέων. Lecti in quibus *sub instratis* vestimentis jacent; et distinguuntur a *discubitoriis*, ipsis sane stratis, sed non dupliciter. Conferas Soph. Trachin. 916. (WAKEFIELD.)

v. 17. τὸ γὰρ ὡς ὕπαρ εἶδεν ὄνειρον. Opponuntur inter se ὄναρ et ὕπαρ. Ὄναρ est falsum et vanum somnium, ὕπαρ vera visio. At illam differentiam non semper observatam fuisse monet Harlesius. Structura hujus loci videtur esse, εἶδεν γὰρ τὸ, id est τοῦτο, ὄνειρον ὡς ὕπαρ. Vel legendum, τί γὰρ; ὡς ὕπαρ εἶδεν ὄνειρον. Articulum cum ὕπαρ construi intersertis vocibus γὰρ οὐ, mihi non placet. In initio versus, pro παλλομένη, al. βαλλομένη.

v. 20. δειμαλέην. Hæc Lennepii conjectura pro δὴ μάλ' ἔπειτ', quod valde mirum videatur, in Codice quodam fuit reperta. Mihi fortasse ad hunc locum mendæ non suboluisset. Multo minus in veram lectionem incidissem a vulgatis adeo discrepantem.

v. 25. ὥς με καὶ αὐτὴ. Pessundat hunc locum Wakefieldius legendo ἄλλη pro αὐτὴ, ut Asia intelligatur, vel etiam αὐτὴ hoc sensu accipi volens. Sine dubio de Europa loquitur puella. Supra, pro ἔβαλε, al. ἔλαβε. In versu sequente pro ἴδε Ruhnkenius conjecit τίς.

v. 27. κρίνειαν. Ut vividius legi vult Wakefieldius κρινείατ'· sed nescio an secunda pluralis istius temporis sit in usu.

v. 29. ἥλικας, οἰέτεας. Ἥλικες et οἰέτεες ita invicem differunt, ut illud ad staturæ, hoc autem ad annorum æqualitatem referatur. Hinc etiam Hesychius ἡλικίαν per σώματος μεγέθους μέτρον τι exponit. (SCHWEBEL.)

v. 30. ὅτ' ἐς χόρον ἐντύναιτο. Al. ἐντύναιντο, et mox, al. φαιδρύνοιντο· quæ Valckenaerius genuina esse suspicatur. Mihi secus videtur propter κέρσοι, (sive κέρσαι, uti legit Schaferus) quod itidem in pluralem converti non potest. Callim. H. in Apoll. v. 8.

Οἱ δὲ νέοι μολπήν τε καὶ ἐς χορὸν ἐντύνεσθε.

v. 31. προχοαῖσιν Ἀναύρῳ. Anaurus quidam fluvius in Thessalia, et alius in Dardania memoratur. Sed ἄναυρος hoc loco, uti notavit vir doctus, est nomen appellativum, et significat *fluvium*, vel primo sensu, *torrentem*. Anacr. Od. 7. διὰ δ' ὀξέων μ' ἀναύρων, κ. τ. λ. Atque ita Lycophron, apud Wakef. de Xerxis exercitu :

ἅπας δ' ἀναύρων νασμὸς αὐανθήσεται.

Et Dionysius Perigetes, v. 1118. ἐπὶ προβολῆσιν ἀναύρων· ubi προβολῆσιν idem sonat quod προχοῆσιν, *in fluminum alveis*. Etiam hoc loco malim ἀναύρων, quod et præstant multi Codd.

v. 34. ποτὶ δὲ. Al. ποτὶ δ' αὖ. In sequente versiculo pro τ' αἰὲν forsitan legendum ταὶ μέν.

v. 36. ῥοδέῃ τε φυῇ. τῇ τῶν ῥόδων βλαστήσει. *Delectatæ rosis ibi crescentibus*. Pro κύματος ἠχῇ malit Valckenaerius ἀγῇ. Monet Wakefieldius legi posse etiam ἄχνῃ, sed nihil novandum putat.

v. 40. Τηλεφάεσσα. Al. Τηλεφάασσα. Telephassa (Τηλέφασσα) vocatur ab Apollodoro.

v. 41. ἤ τέ οἱ αἵματος ἔσκε. Casaubonus, qui primum ineptas lectiones huc intulerat, ἦγε οἱ ἐννὸς ἔσκε, vel ἦγε ἑοῖ νὸς ἔσκε, tandem in meliorem et forte genuinam incidit ἤ οἱ ἀφ' αἵματος ἔσκε, si vere hæc conjectura ei tribuitur a Bentleio. Vide Thes. Græc. Poes. Ed. Maltby, ad finem. Verum in loco Apollonii ibi citato absque præpositione legitur ἔμπεδον ἀθανάτων ἔσαν αἵματος. Monet quidem Heskinus Telephassam non filiam aut neptim fuisse Libyæ, sed nurum, et propterea non ejusdem sanguinis. Verum de talibus ita variare solent veteres ut nihil pro certo statui possit. Valckenaer. ἦγε οἱ αἵματος ἔσκε, *quæ illi sanguine erat juncta*.

v. 46. φοιταλέη δὲ πόδεσσι. Al. φοιτᾷ δ' ἥδε πόδεσσι, pessime, uti observavit Heskinus. Verum una litera inserta tolerabilem lectionem inde efficias, φοιτάσι δ' ἥδε πόδεσσι.

v. 47. κυανὴ. Vulgo κυαγῇ pro κυανέῃ, metro refragante. Correxit Schaferus. Anacr. 29. 11. κυανωτέρῃ δρακόντων.

v. 48. δοιοὶ δ' ἔστασαν ὑψοῦ. Ego cum Wakefieldio

neque satis causæ video quare duo tantum viri fuerint, neque quomodo hi duo possint stare ἀολλήδην, *confertim*. Dedit fortasse Moschus, non πολλοὶ, quod ille conjecit, verum

οἱ δέ οἱ ἔστασαν ὑψοῦ ἐπ' ὀφρύος αἰγιαλοῖο
φῶτες ἀολλήδην.

Οἱ φῶτες, *incolæ regionis*. "The natives." Dixit Homerus ἐπ' ὀφρύσι Καλλικολώνης.

v. 50. ἐπαφώμενος ἠρέμα χερσί. Vulgo legebatur,

ἐν δ' ἦν Ζεὺς ἐπαφώμενος ἠρέμα χειρὶ θείῃ.

Pro quibus ego conjeceram,

ἐν δ' ἦν Ζεὺς ἐπαφῶν μόνον ἠρέμα χειρὶ θείῃ·

quemadmodum in Prometheo Æschyleo, v. 874,

ἐπαφῶν ἀταρβεῖ χειρὶ, καὶ θιγὼν μόνον.

Veras, ut videtur, lectiones ex Codd. restituit Gaisfordius.

v. 51. πόρτιος Ἰναχίης. Vulgo εἰναλίης, quam lectionem merito improbat Piersonus. Io enim in vaccam, non in vitulam marinam, mutata fuit. Quod dedi est ex istius conjectura, a viris doctis jam recepta. In Codd. hæ lectiones reperiuntur: Πόρτιος· ἐς καλλίστην δ'· πόρτιος εἶναι λῃστὴν δ'.

v. 52. μετάμειβε γυναῖκα. Ita dicunt Græci μεταλλάττειν ἑτέραν χώραν, *in aliam regionem migrare*.

v. 55. δινήεντος. Vertunt, *sub corona "rotunda" culathi*; sed δινήεις plerumque significat *voraginosus, in gyrum actus*. Legendum videtur δινωθέντος, *tornati*. Virgilius:

Lenta quibus torno facili superaddita vitis.

Pro στεφάνην, al. στεφάνοις.

v. 60. ταρσὸν ἀναπλώσας. Ad v. 59. plenius distinguendum erat; et pro ταρσὸν ἀναπλώσας, legendum, ni fallor, οὐρὰν δ' ἁπλώσας· *et cauda expansa, sicut* vela pandit *aliqua velox navis, aurei calathi extremum orbem pennis tegebat*.

v. 64. ἄλλη ἐπ' ἀλλοίοισι. Ita Pindarus Pyth. 3. 89. λύσας ἄλλον ἀλλοίων ἀχέων ἐξήγεν. Oppian. Hal. II. 17.

ἄλλος δ' ἀλλοίοισιν ἐπώνυμος ἔπλετο δαίμων
ἔργοις.

item, III. 194.

ἄλλῳ δ' ἀλλοίην γενεὴν ἐπιτεχνάζοιο.

Q. Calaber. VI. 5. ἄλλοι δ' ἀλλοίοισιν ἐπῴχοντ'. Ἄλλοιος significat *alius speciei*, sic tamen ut ad idem genus referatur. Involvit semper aliquam comparationem, non autem simpliciter *aliud* notat. Vide Damm. Lex. Homericum.

v. 66. ἡ δ' ἴον. Conjeceram ἢ ἴον propter τὸ F, sed in Epigr. αδεσπ. 705. scriptum reperio

ἀλλ' ἴα, καὶ σάμψυχα, καὶ ὑδατίνη νάρκισσος.

v. 67. λειμώνων ἐαροτρεφέων. Wakefieldio merito displicet vox λειμώνων, cum speciatim flores nominentur tam in prioribus quam in sequentibus. Sed parum verisimile est quod ille conjecit, λειρώδων, *suavissimorum florum*, sicut sunt *lilia*. Mihi videtur legendum,

μηκώνων ἐαροτρεφέων πίπτεσκε πέτηλα.

In primis caduca sunt papaverum folia. Verum quidem est papavera apud nos inter segetes plerumque, non in pratis nasci; sed Propertius El. I. 20. 37.

Et circumriguo surgebant lilia prato
Candida purpureis mista papaveribus.

Pro πίπτεσκε al. θαλέθεσκε, quo admisso ἔραζε vertendum erit *per terram*; sed ita perit nostræ emendationis venustas.

v. 69. δρέπτον. Monet Wakefieldius hanc formam verbi rarius usurpari. Pro μέση ἔστη, al. μέσσῃσιν, et μέσσοισιν. Omnino genuinum puto μέσσῃσιν. Διέπρεπεν ἐν μέσσῃσιν, οἷά περ Ἀφρογένεια ἐν Χαρίτεσσι. In hoc enim periodo minus concinne comitatur vox ἔστη participium λέγουσα, actionem referens corpore inclinato perfectam. Sensit hoc Wakefieldius, sed thesauris Dorvillianis nondum in lucem prolatis, locum aliter emendavit.

v. 73. ἔρυσθαι. *Servare*, pro ἐρύεσθαι, ut apud Homerum Od. ε. 484. ὅσον τρεῖς ἄνδρας ἔρυσθαι, *quod sufficeret ad tres viros tutandos*, et tegendos.

v. 74. ἑόλητο. Ex Codd. restitui, ut exquisitius vulgato ἐβέβλητο. Apoll. Rhod. lib. iii. ver. 470.

ἡ μὲν ἄρ' ὣς ἑόλητο νόον μελεδήμασι κούρη.

Hesych. Ἑόληται, τετάρακται, ἐπτόηται, ὠδύνηται. Etym. M. Ἑολητο, ἐκεκίνητο, καὶ ἐτετάρακτο. γράφεται καὶ διὰ τῆς αι διφθόγγου. Monet ibi Kusterus deducendum esse ab ἑολέω, quod idem fuerit ac αἰολέω, i. e. κινῶ, στρέφω, ταράσσω.

v. 79. κρύψε θεὸν. Primum suspicatus Casaubonus legendum κρύψε θ' ἑὸν καὶ τρέψε δέμας, postea vidit nihil hic mutandum. (VALCKENAER.)

v. 83. ὅστις ὑποδμηθεὶς. Tentabam βοῦς τις ὑποδμηθεὶς, sed forsitan sanum est quod vulgatur.

v. 86. ὑπογλαύσεσκε. Vitiosum ὑπογλαύκεσκε Casaubonus mutavit in ὑπογλαύσεσκε, quod Brunckius recepit. Literam duplicatam dedit Valckenaerius. Schaferus ὅσσε δ' ὑπογλαυκ' ἔσκε, numeris singulari duali et plurali confusis. In uno Cod. legitur ὑπογλαύσεσκε.

v. 88. κεραῆς ἅτε κύκλα σελήνης. Versum interpretor: *Sicut rotæ dimidiati currus cornutæ lunæ.* Verum simplicior et propterea venustior structura redderetur legendo κεραῇ ἅτε κύκλα σελήνῃ.

v. 91. τοῦ δ' ἀμβροτος ὁδμὴ. Literam δ', quam ex Cod. Iunt. restituit Valckenaerius, in Cod. fuit reperta. Al. τοῦ γ'. Plenius distinxi post βοός.

v. 92. ἐκαίνυτο λαρὸν ἀϋτμήν. Ita apud Hesiodum, in Scuto:

ἦ ῥα γυναικῶν φῦλον ἐκαίνυτο θηλυτεράων.

Significat etiam verbum hoc *perimo, occido.*

v. 94. κατέθελγε δὲ κούρην. Perperam in κόρρην, *caput*, mutavit Wakefieldius.

v. 97. μειλίχιον μύκασατο. Nonnus, lib. I.

Σιδονίης ποτὲ ταῦρος ἐπ' ἠόνος ὑψίκερως Ζεὺς
ἱμερόεν μύκημα νόθῳ μυκήσατο λαιμῷ.

v. 98. *ἀνηπύοντος*. Cum nusquam compositum illud reperiatur, conjecit Valckenaerius legendum esse *ἂν ἠπύοντος*, ut *ἂν* ad *φαίης* referatur. Sed non animadvertit, credo, vir eruditus *κὲν* præcessisse. Reduplicatio particulæ *ἂν* est Atticorum propria. Mihi succurrit hic reponendum esse *ἄμ' ἠπύοντος*· id est, *ἅμα τῷ ποιεῖν ταῦτα τὴν κόρην*.

v. 104. *οἷά τε νηΐς*. Al. *νῆας* et *νῆα*. Valckenaerius *οἷά τ' ἀπήνα*. Vulgatum defendit Wakefieldius, quasi futurum officium tauri præcipiat Moschus. Forte *οἷα τ' ἐνῆς*, *utpote mansuetus*. Hesychius: *Ἐνηέας, προσηνεῖς, ἀγαθοὺς, συνετοὺς, ἐπιεικεῖς*. *Οἷά τε* est *utpote*, non simpliciter *ut*.

v. 105. *πρηΰς τ' εἰσιδέειν*. Al. *πρηὺς ὅδ' εἰσιδέειν*. Forte *πρηὺς δ'*.

v. 107. *αἴσιμος ἀμφιθέει*. Hæc mihi semper obscura visa fuit sententia. Hesychius *αἴσιμον* explicat, *δεξίον· μεμοιραμένον· ἀγαθὸν· συμφέρον· καὶ τὰ ὅμοια*. Atque hinc vertit Latinus Interpres; *Mens ei tanquam hominis benigna versatur*. Verum de mente ejus non nisi ex conjectura, vel ex morum atque oris specie, judicare potuit Europa. Itaque suspicio mihi obortа est scripsisse Moschum, *νόος δέ οἱ ἠΰτε φωτὸς ὄμμασιν ἀμφιθέει*. *Mens autem ei, ut hominis, in oculis circumfertur*. Egregie hanc conjecturam confirmat Philostrati locus, Icon. II. 9. p. 826. *Τοὺς δὲ ὀφθαλμοὺς, ὦ παῖ, μὴ ἀπὸ τοῦ μεγέθους, μηδ' εἰ μέλανες, ἀλλὰ τόν τε νοῦν θεωροῦμεν, ὅσος ἐν αὐτοῖς ἐστι*.

v. 108. *νώτοισιν ἐφίζανε*. Ita Ovid. Met. lib. II. Fab. ult.

———*ausa est quoque regia virgo,*
Nescia quem premeret, tergo considere tauri.

v. 109. *αἱ δ' ἄλλαι μέλλεσκον*. Henricus Stephanus vertit, *Cæteræ vero ascensuræ erant;* Heskinus, *Cæteræ vero cunctabantur*. Pro *ἀνεπήλατο, sursum saluit*, quod in duobus Codd. repertum fuit, vulgo *ἀνεπίλνατο*. Wakefieldius ex conjectura dedit *ἀπεπήλατο*.

v. 110. *ἣν θέλεν ἁρπάξας*. Schaferus monet legi debere *ἣν ἔθελ' ἁρπάξας*, citato Eustathio ad Hom. Il. p. 800.

v. 113. *ἠΰτε δελφίς.* Post hunc inseruntur quatuor sequentes versus in duobus Codd. a Dorvillio collatis.

χηλαῖς ἀβρέκτοισιν ἐπ' εὐρέα κύματα βαίνων·
ἡ δὲ τότ' ἐρχομένοιο γαληνιάασκε θάλασσα,
κήτεα δ' ἀμφὶς ἄταλλε Διὸς προπάροιθε ποδοῖιν,
γηθόσυνος δ' ὑπὲρ οἶδμα κυβίστεε βυσσόθι δελφίς.

Repetitio vocis δελφὶς facit quo minus hæc pro genuinis habeam; infra pro *ἀνέδυσαν*, al. *ἀνέβησαν*.

v. 115. *ἐστιχόωντο.* Sic Scaliger emendabat ab Aldo vulgatum *ἀντεχόωντο*. Wakefieldius *ἀμφεχέοντο*, citato Homero, Od. χ. 498.

αἱ μὲν ἄρ' ἀμφεχέοντο, καὶ ἠσπάζοντ' Ὀδυσῆα.

Callierg. *ἀντοχέωντο*. Schaferus *ἄντ' ἐχέοντο*. Forte *ἀντοχέοντο, ex adverso vehebantur.*

v. 116. *καὶ δ' αὐτὸς.* Lego *καδδ' αὐτὸς*· id est, *κατιθύνων κῦμα καθηγεῖτο κελεύθου.* Gemella est locutio apud Theocritum, Eid. XVII. 62. *καδδ' ἄρα πάντων νωδυνίαν κατέχευε μελῶν.*

v. 119. *βαρύθροοι αὐλητῆρες.* Ex Codd. reduxit Valckenaerius pro vulgatis *βαθυῤῥόου ἐνναετῆρες.*

v. 123. *ὄφρα κε μή νιν δεύοι ἐφελκόμενον.* Nempe *τὸν κόλπον*, cujus purpureas plicas manu trahebat. Ita fere ex conjectura restitueram pro vulgatis *ὄφρα κεν ὦην*· neque valde dissimilia ex Cod. reposuit Gaisfordius; nempe *ὄφρα κε μή μιν δεύοι ἐφελκομένην.* Prætuli *ἐφελκόμενον*, quod et ipsum in Codd. reperitur, quoniam *κόλπος* plerumque est masculini generis, et *πορφυρέας πτύχας* intelligo, non *πορφυρέας κόλπου* casu genitivo. Aldus, *ὄφρα κε νηῶν ἐν δὲ οἱ ἑλκόμενον.* Ursinus, *ὄφρα κε νηῶν ἐνδεύῃ.* Conjecit Auratus *ὄφρα μὴ ὦην δεύοι ἐφελκομένην.*

v. 125. *κολπώθη δ' ὤμοισι. Sinuabatur circa humeros.* Conjecerunt Salmasius atque alii, *κολπώθη δ' ἀνέμοισι.* Schaferus *οὔροισι.*

v. 126. *ἰστίον οἷά τε νηὸς.* Vide quæ notavi supra ad

vers. 104. Legendum forsitan hoc loco ἰστία οἷα τὰ νηός. ἰστία præbet Cod. R. apud Gaisf.

v. 127. ἡ δ' ὅτε δὴ. Virg. Æn. III. 192.

Postquam altum tenuere rates, nec jam amplius ullæ
Apparent terræ, cælum undique, et undique pontus.

Lucret. IV. 435.

Quippe ubi nil aliud nisi aquam cælumque tuentur.

Omnes ex Homereo fonte hæc sumpserunt. Od. μ. 403.

ἀλλ' ὅτε δὴ τὴν νῆσον ἐλείπομεν, οὐδέ τις ἄλλη
φαίνετο γαιάων, ἀλλ' οὐρανὸς ἠδὲ θάλασσα.

Vide et Horatium lib. III. Od. 27. et Ovid. Trist. 1. 2. 23.

v. 128. ἀλίῤῥοθος. Al. ἀλίῤῥοος, quod mallet Schaferus, sensu passivo, ut passim περίῤῥοος.

v. 130. τόσην ἀνενείκατο φωνήν. Ex Codd. apud Gaisf. reposui pro vulgato τοίην. Ita Coluthus de Rapt. Hel. v. 322,

ὀξύτατον βοάουσα τόσην ἀνενείκατο φωνήν.

Non tamen negaverim primam syllabam vocis τοῖος a Moscho corripi potuisse, sicut τοῦ τοιοῦτος a Theocrito, et τοῦ οἷος ab Homero; sed exemplum non succurrit. Apud Æschylum, Sept. Theb. v. 430. legendum suspicabar,

σκόπει τοιῶδε φωτὶ τίς ξυστήσεται.

Adi Plutarchi locum a Blomfieldio citatum. Sed jam video vulgatum stare posse, modo ita interpungas:

τοιῷδε φωτὶ, πέμπε, τίς ξυστήσεται;

id est, τίς, σοῦ πέμποντος, ξυστήσεται τοιῷδε φωτί; "Against such a man (you may send, but) who will be able to stand."

v. 132. ἀργαλέοισι πόδεσσι. Forte ἀργαλέην σὺ πόδεσσι, transitu *difficilem tu pedibus transis*. In uno Cod. legitur ἀργαλέην γε.

v. 135. ποιόν σοι ποτὸν ἡδύ; Monet Wakefieldius male interpungi post vocem ἡδὺ, verti enim oportere, *unde tibi*

ex pelago potus erit dulcis? Sed forsitan interpretari licet, *Qualis est iste potus qui tibi dulcis videtur?*

v. 136. ἦ ἄρα τις θεός ἐσσι; θεοῖς δ' ἐπ— Ita ex Codd. versum restituit Gaisfordius. Vulgo legebatur,

ἦ ῥά τις ἐσσι θεὸς· τί θεοῖς ἀπεοικότα ῥέζεις;

Num Deus es aliquis? cur quæ Deos non decent facis?

v. 139. ἄτρομος ἆΐσσεις. Vulgo ἄβροχος, quod cum ad χθόνα non bene possit referri, hoc reposui ex Cod. apud Gaisf.

Ibid. χηλαὶ δέ τοι εἰσὶν ἐρετμά. Theocritus in Fragmento de piscatore: τὰ δὲ δίκτυα κείνῳ ἄροτρα. Seneca in Hippolito eandem rem tractans dixit, *Ungula lentos imitante remos.* Et Oppianus de cervis, Cyneg. II. 230,

ποσσὶ μὲν οἷα πλάταισιν ἐράσσουσιν μέλαν ὕδωρ,
ὕψι δ' ἀνίσχονται κεράων πολυήρατον εἶδος,
οἷά τε λαίφεα νηὸς ἐπιτρέψαντες ἀήταις.

Ubi οἷά τε sonat καὶ οἷα, non simpliciter οἷα. Vide quæ supra notavi ad v. 104.

v. 140. γλαυκῆς ὑπὲρ ἠέρος. Tradunt Lexica vocem ἀὴρ genere fœminino *caliginem* significare. Hic autem pro simplici *aere* ponitur.

v. 141. εἴκελος. Et hoc ex Cod. reposui, pro vulgato ἴκελος. Vide Barnes. ad Homerum. Pro ποτήσεαι. Ed. Flor. πετήσεαι. In versu sequente pro ἦ ῥά τε, al. ἦρ' ἅτε.

v. 146. ἐέλπομαι εἰσοράασθαι. In hac lectione duæ res mihi displicent; Asyndeton nimirum, et personæ mutatio. Itaque rescribere volebam ἃ σ' ἔλπομαι εἰσοράασθαι, *Quemadmodum me opinor te videre hujus navigationis ducem.* Jam autem video in uno Cod. legi ὃν ἔλπομαι, quod forsitan genuinum. Voce προκέλευθος usus est Macedonius in Epig. 7.

κιχλίζεις, χρεμέτισμα γάμου προκέλευθον ἰεῖσα.

In priore versus parte pro ἀντιάσειας, al. ἀντησείας.

v. 149. ὧδε. Al. αὖτε, et pro εὐρύκερως al. ἠΰκερως.

v. 151. *καὶ ἐγγύθεν.* Lego,

αὐτός τοι Ζεὺς εἶμ', ὃ καὶ ἐγγύθεν εἴδομαι εἶναι—

"Quem etiam propius intuens credis taurum esse."

v. 152. *ὅ 'ττ' ἐθέλοιμι.* Soloecum videtur. Forsitan legendum *ὅ 'ττι χ' ἕλοιμι*, vel *ὅ ττι χ' ἑλοίμαν*. v. Theocr. XI. 49. vel denique *ὁ 'κκ' ἐθέλοιμι*. In uno Codice exhibetur *ὅττι κε θέλοιμι*.

v. 153. *ἀνέηκε.* Vulgo *ἐνέηκε*. Vide nos ad Theocritum XXV. 183. Infra, pro *ταύρῳ*, al. *ταῦρον*.

v. 156. *κλυτοὺς φιτύσεαι υἷας.* Al. *μάλα φύσεαι υἷας*. In Ed. Rom. legitur *κλεινοὺς* (Voss. *κλεεννοὺς*) *φύσσεαι υἷας*. Minos Sarpedon et Rhadamanthus ut Europæ filii nominantur ab Apollodoro.

v. 157. *ἅπαντες.* Interpretatur Wakefieldius: *Qui reges semper habebuntur omnibus omnium terrarum incolis.* Al. *ἅπασιν*.

v. 158. *τετέλεστο τά περ φάτο.* Id est, dicto citius. Pro *δὴ*, al. *γέ*. In versu sequente *σφετέρην* ex Cod. restitutum fuit a Gaisfordio pro vulgato *ἑτέρην*.

v. 160. *ἔντυον.* Vulgo *ἔντυνον*, metro adversante.

v. 162. *τέκνα τίκτε.* Al. *τέκε τέκνα*. Omnino astipulor Valckenaerio hunc versum pro spurio habenti.

III. v. 1. *καὶ Δώριον ὕδωρ.* Vertit metricus interpres, *et amaræ Doridos undæ*, id est, *mare*. Vide quæ notavi ad Theocritum, Eid. I. 118. Sed forsitan hoc loco mare Siculum unice significatur. Siculi enim Dores. Wakefieldius autem plenius interpungit ad *νάπαι*, verba hæc ad sequentia referens.

v. 2. *καὶ ποταμοὶ κλαίοιτε.* Similis temporum variatio est in Theocr. Dioscur. v. 214.

χαίρετε Λήδας τέκνα, καὶ ἀμετέροις κλέος ὕμνοις
ἐσθλὸν ἀεὶ πέμποιτε.

v. 3. *καὶ ἄλσεα νῦν γοάοισθε.* Al. *γοάοιτε.* Legit Wakefieldius,

νῦν φυτά μοι μύρεσθε κατ' ἄλσεα· νῦν γοάοισθε
ἄνθεα, νῦν στυγνοῖσιν κ. τ. λ.

v. 4. *ἄνθεά τε.* Supposui *τε* pro *νῦν* ex uno Cod. apud Gaisf. offensus repetitione vocis *νῦν*· sed jam subit legi posse

ἄνθεα νῦν στυγνοῖς ἐναποπνείωτε κορύμβοις·

Vos flores nunc animam efflate in tristibus corymbis. Similiter infra, v. 33.

μάλων οὐκ ἔῤῥευσε καλὸν γλάγος, οὐ μέλι σύμβλων,
κάτθανε δ' ἐν καρῷ, λυπεύμενον.

Monet Harlesius corymbos esse *hederæ racemos.*

v. 5. *φοινίσσεσθε τὰ πένθιμα.* i. e. *πενθικῶς.* Observat Heskinus Moschum in hoc Bionis Epitaphio ad ipsius Bionis carmina non raro alludere. Dixerat scilicet Bion, Epitaph. Adon. v. 36. *ἄνθεα δ' ἐξ ὀδύνας ἐρυθαίνεται,* unde hoc suum distichon effinxit Moschus. Dixerat etiam Theocritus, (vel secundum aliquos Moschus) Eid. XX. v. 16.

καὶ χρόα φοινίχθην ὑπὸ τῶλγεος, ὡς ῥόδον ἔρσᾳ.

v. 6. *καὶ πλέον αἲ αἲ λάμβανε σοῖς πετάλοισι.* Veterem lectionem λάμβανε in *βάμβαλε, tremulo motu edite,* mutatum revocare non dubitavi. Verte: *Nunc O Hyacinthe, eloquere literas tuas; atque eas etiam foliis tuis altius insculpendas accipe.* Neque tamen absurde legeris *κάλει* pro λάλει. *Ad te voca literas tuas, et libentius accipe.* Βαμβαλεῖν Hesychio est *τρέμειν, ψοφεῖν τοῖς χείλεσι,* sensu huic loco parum conveniente. Quin et conjecit eo loco Salmasius legendum *βαμβάλλειν,* Toupius *βαμβαίνειν.*

v. 9. *ἀδόνες.* Pro *ἀηδόνες,* ut infra *ἀδονίδες.* Aliud exemplum hujus contractionis mihi non succurrit.

Ibid. *Στρυμόνιοι.* Strymon Thraciæ fluvius. *Στρυμονίοις* conjecerunt Valckenaerius et Wakefieldius.

v. 16. *οἵαν ὑμετέροις ποτὲ χείλεσι γῆρυν.* Hunc versum, qui Heskino spurius videbatur, ut adulterinum prorsus

omisit Brunckius. Valckenaerius autem suspicatur versum Moschi nobis periisse, quo Orphei facta fuerit mentio. Verum χεῖλος absolute pro χεῖλος ποταμοῦ, sive ὠκεανοῦ, nemo poetarum usquam dixit. Lego equidem,

οἷα ἐν ὑμετέροις ποτὲ χἄλεσι γῆρυς ἄειδεν·

Qualis vox et in vestris olim paludibus canere solebat.

χἄλεσι ponitur pro καὶ ἕλεσι· Οἷα ἐν pro οἵαν in uno, et γῆρυς pro γῆρυν in sex Codd. apud Gaisfordium exhibetur.

v. 17. κώραις Οἰαγρίσι. Orpheus Œagri et Calliopes filius. Erat etiam fluvius quidam ita vocatus, teste Xylandro. Et ipsum Orphei patrem fluvium fuisse suspicatur Servius, ad Virgilium, Georg. IV. 524. Musas hoc loco intelligi vult Schwebelius. Vertendum potius *Thressis puellis*, quas et Bistonias vocat, Bistones enim Thraciæ populus erat.

v. 18. Δώριος Ὄρφευς. Eodem modo dixit Propertius, lib. iv. 1. 64. de seipso,

Umbria Romani patria Callimachi. (HESKIN.)

v. 23. αἱ ποτὶ ταύροις πλασδόμεναι. Conjecit Wakefieldius,

ὥρεα δ' ἐστὶν ἄφωνα, καὶ αἱ βόες· αἰ, ποτ' ἀναύροις
πλασδόμεναι, γοάοντι·

(Vide ad v. 31. Eidyllii proxime præcedentis,) vel οἱ δέ τε ταῦροι πλασδόμενοι. Nos legimus καὶ αἱ βόες αἱ ποτὲ ταρσοῖς πλασδόμεναι, *et vaccæ olim pedibus vagantes*. ποτὲ est in tribus Codd. apud Gaisf.

v. 24. οὐκ ἐθέλοντι. Οὐκ ἔτι λῶντι dedit Brunckius ex Theocrito, Eid. IV. v. 12. Non hæc Heskini conjectura erat, prout putat Valckenaerius. Solum ille locum ex Theocrito ut similem citat. Pro νέμεσθαι, al. νέεσθαι.

v. 28. καὶ Πᾶνες στοναχεῦντι τὸ σὸν μέλος. Wakefieldius in Sylva Critica legendum proposuit καὶ Πᾶνες στοναχεῦντο τὸ σὸν τέλος, at in contextu edendo nihil mutavit, nisi quod comma posuerit post vocem Πᾶνες. Locus fortasse ad hunc modum erat reformandus:

καὶ Σάτυροι μύροντο, μελαγχλαινοί τε Πρίηποι,
καὶ Πᾶνες, στονάχευν τε τὸ σὸν μέλος.

v. 29. καὶ ὕδατα δάκρυα γέντο. Reddit Wakefieldius, *Et earum undæ in meras lachrymas vertuntur:* Interpres Etonensis, *Et lachrymæ in rivos abeunt.* Forte legendum καὶ ὕδασι δάκρυα γέντο, *Et undis lachrymæ obortæ sunt.* Dixerat Bion, Eid. I. v. 34,

καὶ παγαὶ τὸν Ἄδωνιν ἐν ὤρεσι δακρύοντι.

Adhuc propius Ovidius in loco ab Heskino citato, *lachrymis quoque flumina dicunt Increvisse suis:* et Spenserus nostras, Shepherd's Calendar, November.

The floods do gasp, for dried is their source,
And floods of tears flow in their stead perforce.

v. 31. κούκέτι μιμεῖται τὰ σὰ χείλεα. Subaudi ὅτι. Pro σιωπῇς, al. σιωπῇ et σιωπᾷ.

v. 33. μάλων οὐκ ἔῤῥευσε καλὸν γλάγος. Acute hic Vulcanius. "In Henrici Stephani Editione versum est, *ex pomis non fluxit pulchrum lac,* quod ne vivo quidem Bione fluxit. Quis enim unquam vel per somnium pomis ubera lacte manantia tribuit, cum magna τῶν μήλων, id est, *ovium,* injuria? Minus insulse Gambara, *lacteus in pomis rubet haud color.* Recte Vulcanii poetica versio, *destituit pecudes lac dulce.* (HESKIN.)

v. 34. κάτθανε δ' ἐν καρῷ λυπεύμενον. Corrupta putat Wakefieldius, rogans, an et mel præ dolore moritur? Verum pari jure idem rogare potuit de melle poetico Bionis.

v. 35. αὐτὸ τρυγᾶσθαι. Al. ἄλλο. Eustathius de amor. Ismen. citante Wakefieldio; lib. iv. sub fin. Ὡς ἐκ σίμβλου, τοῦ χείλους τῆς κόρης μέλι γλύκαζον ἐτρύγων τοῖς χείλεσιν. Et similiter idem paullo inferius: τὸν τοῦ μέλιτος τρυγητήν.

v. 37. μύρατο δελφίν. Delphines vocem edunt humanis gemitibus similem, musicis harmoniis mirifice demulcentur: ut Arionis fabula testatur. Ingenti amore pueros prosequi solent, et dorso acceptos ultro citroque mare incolumes vectare, et reducere: qui si quo casu intereant, et ipsi delphines mœrore confecti moriuntur. Refert aliqua exempla Plinius, lib. ix. cap. 8. De

tali delphinum luctu Moschus hic loqui videtur. Ad fabulam Hesiodi Moschum respicere conjicit Longopetræus. Poeta enim illo trucidato (ut refert Plutarchus) corpus in pelagus projectum: quod certo die, quo festum Neptuni celebratum prope mare, delphis in littus rettulit: quod prodigium mortui vindicatio, et percussorum supplicium consequuta sunt. (HESKIN.)

v. 38. ἄεισεν. Al. ἄϋσεν, quod tantum non reposui. Hesych. Ἄϋσαι, κλαῦσαι. Ubi tamen vide Interpretes.

v. 42. Κηρύλος ἆδεν. Mas Halcedonis ita vocabatur: sed et avis marina quædam erat diversa ab Halcedone ita nuncupata, quæ hoc loco intelligi videtur. Alii ὀξυτόνως, alii προπαροξυτόνως scribunt hanc vocem. Forsitan usus ejus accentu designabatur.

v. 43. ἀᾠοισιν ἐν ἄγκεσι. Vertunt *in vallibus orientis;* sed viris doctis merito suspectum est ἀᾠοισιν. Cod. Paris. dat οἰώνοισιν ἐν ἄλγεσι. Est illud οἰώνοισι etiam in Ed. Ald. Brunckius legendum suspicatur Ἰδαίοισιν ἐν ἄγκεσι. Sed palmaria est conjectura viri docti in Ed. Etonensi ἀονίοισι, *littoralibus.* In uno Cod. apud Gaisf. exhibetur ἠωνοῖσι. Ἡόνιον σῆμα, *sepulchrum in littore positum,* ex Epigrammate quodam citavit H. Stephanus in Lexico. Et Diodorus Zonas, Ep. 7. Ed. Jacobs.

——γυμνὰ δὲ θεῖναι
ἴχνια δειμαίνει ψάμμον ἐπ' ἠονίην.

Pro ἄγκεσι conjiciebat Wakefieldius ἄλσεσι, quod et lectione Codicis ἄλγεσι quodammodo confirmatur; sed sic Epitheton ἀονίοισι, quod unice verum puto, minus convenit.

v. 44. Μέμνονος ὄρνις. Μέμνονος τοῦ Ἠῶς περὶ τὸ Ἴλιον ὑπ' Ἀχιλλέως ἀναιρεθέντος, οἱ ἑταῖροι εἰς ὄρνιθας Μεμνονίους μεταστῆναι λέγονται, καὶ περὶ τὸν αὐτοῦ τύμβον μυρίζειν. Xylander. De his Ovidius, Met. lib. xiii. Fab. 111.

Terque rogum lustrant, et consonus exit in auras
Plangor.

v. 49. αἱ δ' ὑπεφώνευν ὄρνιθες. Schaferus interpretatur *Gallinæ,* conferens Theocr. XXII. 72, 73. quod forsitan verum. Mihi jam minus placet quod olim conjeceram.

——ἀλλὰ καὶ ὑμεῖς
ὄρνισιν λυπεῖσθε πελειάδες, αἱ δ' ὑπεφώνευν.

Sed et vos, o Columbæ, cæteris avibus lamenta edebatis, illæ autem succlamabant. Sed valde suspicor hos omnes versus jam inde ex v. 37, vel saltem maximam partem eorum, adulterinos esse.

v. 52. τίς ποτὶ σᾷ σύριγγι μελίξεται. Wakefieldius dedit πόκα, citato Theocr. Eid. XX. 28. Epigr. II. 1.

v. 55. τεὰς ἐπιβόσκετ' ἀοιδάς. Legebat Higtius τεᾶς ἔτι βόσκετ' ἀοιδᾶς· *se nourrit encore de tes chants.* Valckenaerius monet etiam scribi posse τεαῖς ἔτι βόσκετ' ἀοιδαῖς. Possis etiam legere τεὰς ἔτι βόσκεται ᾠδάς, vel τεᾶς ἔτι βόσκεται αὐδᾶς. Ἐπιβόσκεται est in uno Cod. apud Gaisf.

v. 56. Πανὶ φέρω τὸ μέλιγμα. Μέλιγμα pro *fistula*, i. e. effectus pro causa, ponitur. Monet Wakefieldius in Meleagro μέλισμα stare pro ipso Anacreonte τοῦ μελίσματος auctore.

v. 60. ἐσδομέναν περὶ σεῖο. Vitiosum est περὶ σεῖο quod vulgo vertunt *prope te.* Neque meliorem sensum præbet παρὰ σεῖο quod in multis exhibetur Codd. Ald. ἠμέναν παρὰ σεῖο. Io. Luzacius legendum putabat

ἐσδομέναν παρὰ σοῖ ἐπὶ ἀϊόνεσσι θαλάσσας.

Fuit cui in περὶ σεῖο maris Epitheton latere videretur. Audacter repono κηδομέναν περὶ σεῖο, *tui curam gerentem.*

v. 62. σὲ δ' ἄδιον ἔβλεπεν ἄλμας. Hæc sunt e vett. edd. et Codd. MSS. pro vulgatis mendosissimis, σὲ δ' ἀδὺ ἀπέβλεπεν ἄλμας. Nostram lectionem pulchre illustrabit Theocritus, XI. 43. quem sequitur Virgilius, Ecl. IX. 39. (WAKEFIELD.) Conjeceram σὲ δ' ἄλιον ἔβλεπεν ἄλμας, *te verò ut solem maria illustrantem aspicere solebat.*

v. 64. ἔσδετ' ἐρημαίαισι. Al. ἵζετ'. Supra monui mihi non placere hanc elisionem in Poesi bucolicâ. Lego h. l. ζάτει, subaudito σὲ, vel τὸ σὸν μέλος.

v. 66. ξυγκάτθανε. Omittitur in uno Cod. Mallem συγκάτθανε. Vide ad Theocr. Eid. XXVIII. v. 25.

v. 67. χείλεα παίδων. Legendum videtur κάδεα παίδων, *juvenum curæ*. In uno Cod. reperitur καὶ χείλεα.

v. 70. τὸ πρώαν. Codicum lectionem revocavi, pro qua Valckenaerius, præeunte Brodæo, dedit τῷ πρώαν, hoc sensu: *Venus te amat multo magis, quam osculum, quo nuper Adonin morientem osculata est.* Wakefieldio τὸ φίλαμα poeticæ elegantiæ variatio est pro ipsa Venere osculante. Mihi videtur esse accusativus, "The object of her former love." Vide Stephani Lexicon. Versus intercalaris post hunc a Wakefieldio ex conjectura interpositus in uno Cod. fuit repertus.

v. 72. τοῦτο, Μέλη, νέον ἄλγος. Meles fluvius Ioniæ qui Smyrnæ mœnia allavat, a nonnullis Homeri pater dicitur: unde vates Melesigenes appellatus antequam oculis captus fuisset: postea ab illo malo nomen Homeri consecutus. (LONGOP.)

Ibid. ἀπώλετο. Forte ἅτ' ὤλετο, *quemadmodum interiit.*

v. 73. τῆνο τὸ Καλλιόπας γλυκερὸν στόμα. Haud aliter Theocritus, Eid. VII. 37. καὶ γὰρ ἐγὼ Μοισᾶν καπυρὸν στόμα.

v. 74. μύρεσθαι. Vel vertendum *deplorare*, vel legendum μύρασθαι. Πολυκλαύστοισι scribatur an πολυκλαύτοισι, nihil interesse monet Valckenaerius. Verum utravis vox debet significare *multum defletus.* Conjecturam ejusdem πολυκλύστοισι in contextum recepit Brunckius.

v. 75. πᾶσαν δ' ἔπλησας φωνᾶς ἄλα. Conjecit Schaferus, πᾶσαν δὲ πλῆσαι φωνᾶς ἅλα. Unus Codex exhibet ἔπλησε.

v. 78. Παγασίδος κράνας. Pro genitivo singulari, hoc est κρανᾶς, capit Wakefieldius, qui tamen, mirum est quam acriter in accentus invehi soleat. Παγασίδας reperitur in nonnullis Codd.

Ibid. ὁ δὲ πῶμ' ἔχε. De suo dedit Gaisfordius pro ὁ δ' ἔχε, vel ἔχεν πόμα. Refert Valckenaerius nonnemini hic placuisse ὁ δ' ἔλεν πόμα.

v. 86. *καὶ ἤρεθε τὰν Ἀφροδίταν. Et Venerem sibi propitiam fecit.* Vide quæ notavimus ad Theocr. Eid. XXI. 21.

v. 88. *Ἄσκρη.* Ascra urbs fuit Bœotiæ, secundum Stephanum, vel uti ipse Hesiodus descripsit in *Εργ.* v. 638. exiguus vicus in Thespiensi regione, ad Heliconis radices situs. (SCHWEBEL.)

v. 89. *Βοιωτίδες Ὕλαι.* Ὕλαι urbs Bœotiæ. Ita scribendum pro ὕλαι, *sylvæ*, primum monuit Palmerius. Cum sequatur *ποθεῖ*, Wakefieldius pro *ποθέοντι* conjecit legendum esse *πενθεῦντι*. Aliam mutationis causam adjicere potuisset vir doctus, nempe illud minus Doricum esse.

v. 90. *περὶ μύρατο.* Mallem una voce *περίμυρατο*. Ita apud Apoll. Rhod. IV. 58.

οὐδ' οἵη καλῷ περιδαίομαι Ἐνδυμίωνι.

Ibid. *Λέσβος ἐραννά.* Ex conjectura Adriani Heringæ pro vulgato *ἐρυμνά*. In Codd. exhibentur *ἐρεννὰ*, *ἐρεμνὰ*, *ερενεα*.

v. 91. *τὸν ἀοιδὸν ἐμύρατο.* Legit Wakefieldius,

οὐδὲ τόσον ὃν ἀοιδὸν ὀδύρατο Τήϊον ἄστυ.

Et nos in *ὤδύρατο* incideramus.

Ibid. *Τήϊον ἄστυ.* Teos urbs Ioniæ, ubi natus est Anacreon. Alias legitur *Κῆϊον*, ut intelligatur Simonides, a Cea insula.

v. 94. *Πάντες ὅσοις καπυρὸν.* Ordo est, *Πάντες βωκολιασταὶ ὅσοις στόμα τελέθει καπυρὸν ἐκ Μοισᾶν.* Schaferus conjicit *βωκολιασταῖς*. Opportune citat Wakefieldius Lucian. Deor. Dial. XXII. 3. *Μουσικός τε γάρ εἰμι, καὶ συρίζω πάνυ καπυρόν.* Hic autem versus et quinque sequentes absunt a multis Codd. Et Longopetræus eos vel Musuri vel cujusvis Moscho posterioris esse suspicatur propter locutiones plerasque a Theocrito desumptas. In uno Codice, teste Scaligero, hos sex versus antecedit alius non eadem moneta cusus :

Πάντοσε κλαύσει σ' ἡ νῆσος, Σικελή τ' Ἀρέθουσα.

v. 96. Σικελίδας. Asclepiades, Sicelidæ filius, de quo vide Theocritum, Eid. VII. v. 40.

Ibid. ἐν δὲ Κύδωσι. Cydones australem Cretæ regionem incolunt. Strabo, lib. ii. Hinc natus fuit Lycidas, Bucolicus, de quo multa Theocritus in Thalysiis. (HESKIN.)

v. 99. Τριοπίδαις. Triops in insula Co regnabat, ut jam dictum est ad Theocriti Eid. XVII. v. 68. Hinc Τριόπιδαι, prima longa propter metrum, quo modo Πριαμίδης a Πρίαμος.

Ibid. κλαίει παρ' Ἄλεντι Φιλήτας. Fluvius Halens, sive Alens, in Co insula, item Philetas Poeta Cous, memorantur a Theocrito in Thalysiis.

v. 101. Αὐσονίκας ὀδύνας. Ausonius Pontus dictum fuit mare Siculum, ab Ausone filio Ulyssis et Calypsus, qui totam illam oram tenuit. Ergo quum Moschus fuit Syracusanus, hoc suum carmen Ausonium vocat. (HESKIN.)

v. 103. ἄμμε γεραίρων. Vide ad Bion. VI. 16. Lego hoc loco ᾇ με γεραίρων. Sic apud Theocritum, VII. 94. ὥ τυ γεραίρεν ἀρξεῦμ'. Infra pro ἀπέλειπες, al. ἀπέλειψας· item ἀπέλιπες.

v. 107. ἢ τὰ χλωρὰ σέλινα. Al. ἠδὲ. Forte ᾗ, *perinde ac.*

v. 109. ἄμμες δ' οἱ μεγάλοι. Μεγάλοι sunt opibus præstantes, καρτεροὶ bello fortes, σοφοὶ artibus clari, et cum maxime poetæ, qui κατ' ἐξοχὴν docti appellantur. Theocr. XVII. 6. σοφῶν ἐκύρησαν ἀοιδῶν, *præclaros, doctos cantores*, h. e. poetas, *nacti sunt.* (HARLES.)

Ibid. καὶ καρτεροὶ ἢ σοφοὶ ἄνδρες. In plerisque, ut opinor, MSS. legitur καρτερικοὶ σοφοὶ, unde scribendum succurrit,

ἄμμες, δ', οἱ μεγάλοι καὶ καρτεροὶ, οἱ σοφοὶ ἄνδρες—

v. 111. εὔδομες εὖ· μάλα μακρὸν. Catullus, citante Heskino:

Soles occidere et redire possunt;
Nobis, cum semel occidit brevis lux,
Nox est perpetua una dormienda.

Item Spenserus noster:

Whence is it that flower of the field doth fade,
And lyeth buried long in winter's bale?
Yet soon as spring his mantle doth display,
It floweth (bloweth) *fresh, as it should never fail.*
But thing of earth that is of most avail,
As virtues branch and beauties bud,
Reliven not for any good.

Vide etiam Jobum, cap. xiv. v. 8. sqq. Cæterum dubito de phrasi εὖ μάλα hoc loco. Forte αὖ.

v. 112. καὶ σὺ μὲν ἐν σιγᾷ. Hic versus et duo sequentes Valckenaerio videntur hujus carminis conditore prorsus indigni, atque adulterini. Et profecto valde insulsi sunt ut nunc leguntur. Sed videndum an emendatione nostra integritas iis restitui possit. Et duos quidem priores ita scribendos existimo:

καὶ σὺ μὲν ἐν σιγᾷ κείσεαι, πεπυκασμένος ἐν γᾷ,
ταῖς Νύμφαισι δ' ἔδοξεν ἀεὶ τὸν βάτραχον ᾄδειν.

Opponuntur inter se σὺ μὲν et τὸν βάτραχον, quo quidem vocabulo designatur sine dubio coætaneus aliquis poeta, Bionis laudum invidus. De seipso Theocritus, sub nomine Simichidæ, Eid. VII. 41. βάτραχος δὲ ποτ' ἀκρίδας ὥς τις ἐρίσδω.

v. 114. τῷ δ' ἐγὼ οὐ φθονέοιμι. Solœcum videtur. Forsitan legendum, τῷ δ' ἐγὼ οὐ φθονέοιμι χ'· ὁ γὰρ—vel, τῷ κ' ἐγὼ οὐ φθονέοιμι· τὸ γὰρ—vel denique,

τῷ κ' ἐγὼ οὐ φθονέοιμι· τί γὰρ; μέλος οὐ καλὸν ᾄδει.

Pro τῷ δ' ἐγὼ, al. legitur τοῖς δ' ἐγὼ, et οὐδ' ἐγώ.

v. 116. φάρμακον εἶδες. Pro εἶδες conjecit Is. Vossius εἶλες· Wakefieldius εἶλκες, *hausisti*. In versu sequente diversas lectiones exhibent MSS. In uno legitur,

τοιούτοις χείλεσσι πόκ' ἕδραμε, οὐκ ἐγλυκάνθη.

Atque inde, ni fallor utrique versui medicina erat conficienda. Rescribo,

φάρμακον ἦλθε, Βίων, ποτὶ σὸν στόμα, φάρμακον εἰ δὴ τοιούτοις χείλεσσι ποτέδραμε, κούκ ἐγλυκάνθη.

Venenum venit, O Bion, ad tuum os, siquidem venenum ad talia labra accessit, neque statim dulce atque innocuum evasit.

v. 118. *ἢ κεράσαι τοι.* Locus sine dubio vitiosus. Varietas lectionis est *κεράων τοι—κεράοντι—κερασαιτο—ὃς κεράον—ὃς κεράοντι—κεράσαι τὸ.* in versu sequente *καλέοντι—καλέων τὸ*—et in fine *ἔκφυγεν ᾠδαν*· scil. *caruit omni sensu elegantiæ Musicæ.* Hac lectione admissa, explicat Wakefieldius, *Quis mortalium tam immitis ut vel misceret venenum tibi, vel loquenti ministraret, illecebras effugit canoræ vocis tuæ?*

v. 121. *ἀλλα δίκα κίχε πάντας.* Vertendum *deprehendere solet.* *πάντας* omittunt duo MSS.

Ibid. *ἐγὼ δ' ἐπὶ πένθεϊ τῷδε.* Legebat nescio quis *ὑπὸ δένδρεϊ τῷδε.* In versu sequente Ed. Ald. corruptissime, *δάκρυα καὶ τεὸν ὕδωρ οἷτον ὀδύρομαι.*

v. 125. *ὥς κεν ἴδοιμι.* Malit Schaferus *ὥς κέ σ' ἴδοιμι. Ut te viderem, atque, si apud Plutonem caneres, ut audirem quid caneres.* Hermannus vulgata explicat, *ut viderem an etiam Plutoni caneres.* Pro *μελίσδεις*, al. *μελίσδῃς.*

v. 126. *τὶ μελίσδεαι;* Ald. *τὶ μελίσδεο καὶ παρὰ κώραν.*

v. 129. *Σικελίκα κἀκείνα.* Hic versus ita vulgo legebatur: *κἀκείνη Σικελαῖς καὶ* A. *ε. α.* Emendatio debetur Piersono atque Heskino. Ingeniose, sed forsitan non vere, correxit Ruhnkenius, *ἐν Ἐνναίοισιν ἔπαιξεν ἄγκεσι.* Alias hujus loci lectiones, si tanti est, pete ex Gaisfordio. Ego autem lego,

κἀκείνα Σικελὰ, καὶ ἐν Αἰτναίαισιν ἔπαιξεν—

Nam *et ipsa Sicula* est, *et in Ætnæis lusit littoribus.* In vers. ult. pro *συρίσδων*, al. *συρίσδεν.*

IV. v. 1. *Μᾶτερ ἐμὰ.* Alcmenam socrum suam alloquitur Megara Herculis uxor, Creontis Thebanorum regis filia. Hoc autem Eidyllium cum præcedentibus minime æquiparandum

putat Valckenaerius, neque ejusdem poetæ esse, sed illius potius cujus inter Theocritea legitur (XXV.) Ἡρακλῆς Λεοντοφόνος. Cui quidem sententiæ eo usque accedo ut stilum hujus carminis ab eo præcedentium fatear discrepare. Verum ne minima quidem similitudo huic atque Herculi Theocriteo videtur mihi interesse; *Leonticidæ* scilicet; nam de Ἡρακλίσκῳ non idem dixerim. Pro Μᾶτερ ἐμὰ dedit Brunckius Μῆτερ ἐμὴ, et in v. 2. ἀχέουσα. Alios etiam Dorismos idem hinc sustulit; recte, meo quidem judicio.

v. 1. φίλον κατὰ θυμὸν ἰάπτεις. Haud aliter Homerus, Od. δ. 749.

ὡς ἂν μὴ κλαίουσα κατὰ χρόα καλὸν ἰάπτῃς.

v. 5. ἀνδρὸς ὑπ' οὐτιδανοῖο. Eurystheum intelligit.

v. 6. ἠτίμασαν. Lege omnino ἠτίμησαν, quod etiam Dores scripsissent, credo, ad vitandam confusionem inter hoc verbum et ἀτίμαζω.

v. 9. τὸν μὲν ἐγὼ. Pro τοῦτον. Opponuntur ἐγὼ μὲν et τοῦ δὲ in v. 11.

Ibid. ἴσον φάεσσιν. Vulgo φαέεσσιν. Corrigendum monuit Blomfieldius ad Callim. Dian. v. 211. ex Ernestii proposito. Vide supra, Eid. II. v. 4. Dissentit Seidlerus in censura Jenensi, citans Nicandrum, Alex. 24. et 84. et præcipue Ther. 720,

μίμνει ὅμως, τὰ δ' ἔνερθε φάῃ ὑποφοινίσσονται.

Monet ille ex Spitznero de versu Her. p. 23. primam syllabam in φάεα et φάεσι propter metrum produci. "Non nostrum est tantas componere lites." Pro ἴσον, al. ἴσα.

v. 13. τόξοισιν. Hoc nomine intelligitur πάσα ἡ τοξικὴ σκευὴ, id est, pharetra cum jaculis et arcu. Narrat Apollodorus Herculem ensem a Mercurio, sagittas ab Apolline, thoracem a Vulcano, et peplum a Minerva accepisse; clavam autem ipsum sibi in Nemeæa sylva cæsam comparavisse.

v. 15. παῖδας ἑοὺς κατέπεφνε. In Euripidis Dramate una cum liberis Megara sagittis confixa jacuit: is Stesichorum in

his videtur et Panyasin secutus: in hoc carmine narratis fere concinunt Plutarchus et Pausanias. (VALCKENAER.)

v. 16. ὁ δ' ἔμπλεος ἔσκε φόνοιο. Non ipsum Herculem, sed domum hic intelligi puto, cum Wakefieldio. Euripides, Herc. fur. v. 1172.

ἔα; τί νεκρῶν τῶνδε πληθύει πέδον;

v. 18. βαλλομένους ὑπὸ πατρὶ. Apud Apollodorum Hercules filios suos una cum Iphicli liberis conjicit in ignem. (HARLES.) In fine versus ἄλλως pro ἄλλῳ conjecit Gaisfordius.

v. 19. ἀδινὸν καλέουσιν. Verti potest *multum* aut *lugubriter invocantibus*. Homer. Il. T. 314. ἀδινῶς ἀνενείκατο, quod Scholiastes explicat: ἀθρόως καὶ ἐλεεινῶς καὶ οἰκτρῶς ἀνέκραξεν, ἢ οἱονεὶ ἀνεστέναξε, καὶ πολὺ ἤγαγε πνεῦμα. (HARLES.)

v. 21. ὡς δέ τ' ὀδύρεται ὄρνις. Heskinus inter alia citat Hom. Il. B. 308.

——δράκων ἐπὶ νῶτα δαφοινὸς
βωμοῦ ὑπαίξας προς ῥα πλατάνιστον ὄρουσεν·
ἔνθα δ' ἔσαν στρουθοῖο νεοσσοὶ, νήπια τέκνα·
ἔνθ' ὄγε τοὺς ἐλεεινὰ κατήσθιε τετριγῶτας·
μήτηρ δ' ἀμφεποτᾶτο ὀδυρομένη φίλα τέκνα.

Ubi forte scribendum,

μήτηρ δ' ἀμφεποτᾶτ' ὀλοφυρομένη φίλα τέκνα.

ut in Od. τ. 522. παῖδ' ὀλοφυρομένη Ἴτυλον φίλον.

v. 25. ἦ γάρ οἱ αὐτῇ. Utrum necne hanc licentiam sibi indulserit auctor hujus carminis nescio. Similiter certe videtur scripsisse infra, vers. 42. Possis autem hoc loco legere ἦ ῥα γάρ αὐτῇ, vel ἑαυτῇ. Piget tamen οἱ omitti. Ita enim Homerus, Il. I. 323.

ὡς δ' ὄρνις ἁπτῆσι νεοσσοῖσι προφέρῃσι
μάστακ', ἐπεί κε λάβῃσι, κακῶς δ' ἄρα οἱ πέλει αὐτῇ.

v. 27. φίλον τόκον. Sic ex Codd. edidi pro vulgato

τέκος, præeunte Wakefieldio, qui rogat utrum aliquis τέκος pro *liberis* usurpatum usquam invenerit. Al. γόνον.

v. 28. δόμον κάτα πολλὸν ἐφοίτων. Domum *amplam* intelligit Valckenaerius, at melius πολλὸν adverbialiter capies. Legit Wakefieldius δόμων κάτα.

v. 31. Ἄρτεμι θηλυτέρῃσι. Ruhnkenio versus alienus ab hoc loco videtur, et aliunde temere huc immissus. Wakefieldius librarii oscitantia versum elapsum fuisse credit, et tale quid poetam scripsisse :

ἢ πρὶν σοῖς ἀγανοῖσιν ὑπὸ βελέεσσι δαμῆναι,
Ἄρτεμι θηλυτέρῃσι μέγα κρείουσα γυναιξί.

Nos leniore remedio corrigimus,

ὥς γ' ὄφελον μετὰ παισὶν ἅμα θνήσκουσα καὶ αὐτὴ
κεῖσθαι, φαρμακόεντα δι' ἤπατος ἰὸν ἔχουσα,
Ἄρτεμι, θηλυτέραις δὲ μέγα κρείουσα γυναιξί·

ut κρείουσα ad ipsam Megaram referatur, non ad Dianam.

v. 32. τῷ χ' ἡμᾶς κλαύσαντε. Vix recte dicitur τόκῆες κλαύσαντε ἐπέβησαν. Solennior, credo, foret loquendi modus τοκῆε κλαύσαντες ἐπέβησαν. Pro ἐπὶ χερσὶ legit Wakefieldius ἐνὶ χερσὶ *in manibus:* i. e. amplexi, et manibus propriis gestantes; et tale quid videtur in Codd. exhiberi, sed prorsus corruptum hunc locum judico, quem aliorum sagacitati corrigendum relinquo.

v. 34. καί κεν ἕνα. Vertendum fortasse : *et unâ urnâ ad ossa omnium continenda delectâ sepelivissent.*

v. 35. ὅθι πρῶτον γενόμεσθα. Thebas intelligit. Infra, pro ἱπποτρόφον, al. κουροτρόφον.

v. 37. Ἀονίου πεδίοιο. Bœotia ab antiquis incolis Aonibus Aonia dicta fuit. (HARLES.)

Ibid. ἀροῦντες. In ἄραντες mutavit Wakefieldius, adversante metro. Idem, quod oblitus sum monere, supra, v. 19. metro pariter repugnante, legebat οὐδέ τί σφιν δυνάμην.

v. 38. Τίρυνθα. Tiryns oppidum Achaiæ non procul ab Argis patria Herculis, unde Tirynthius dictus. (HARLES.)

v. 40. *οὐδ' ἴ' ἐρωή.* Legebat Piersonus *οὐκὶ ἐρωή*, probante Valckenaerio. Mihi in mentem venerat *οὔτις ἐρωή*, sed jam dubito an locus ulla emendatione indigeat. Pro *αἰεὶ* Brunckius edidit *αἰέν.*

v. 41. *παῦρον χρόνον.* I. e. *ὀλίγον.* Hesiodus, Εργ. 132. *παυρίδιον ζώεσκον ἐπὶ χρόνον*· et 324. *παῦρον δέ τ' ἐπὶ χρόνον ὄλβος ὀπηδεῖ.*

v. 42. *πολέων γάρ οἱ.* Suspicor legendum *πολέων γέ οἱ.* Vide supra ad vers. 25.

v. 45. *σὺ δ' ἠΰτε λείβεαι ὕδωρ.* Notavit Heskinus hanc locutionem Hebrææ linguæ genium redolere. Joshua, cap. vii. vers. 5. *Liquefactum est cor populi, adeo ut in aquam abiret.* Psalm. xxii. vers. 15. *Sicut aqua effundor, et disparant se omnia ossa mea.* Homerus etiam, citante Wakefieldio, Il. I. 14.

———ἀν δ' Ἀγαμέμνων
ἵστατο δακρυχέων ὥστε κρήνη μελάνυδρος,
ἥτε κατ' αἰγίλιπος πέτρας δνοφερὸν χέει ὕδωρ.

Infra, pro *ἤμαθ' ὁπόσσα*, al. *ἤματα πάντα.*

v. 48. *δόμων κατὰ τοῖχος ἐέργει.* I. e. *τοῖχος δόμων κατεέργει.*

v. 49. *πέρην πιτυώδεος Ἰσθμοῦ.* Pinus frequens fuit in regione illa maritima, et in ludis Isthmicis in honorem Neptuni institutis victores corona pinea donabantur, quoniam hæc arbor Neptuno sacra fuit. (HARLES.) Isthmus Corinthiacus *κατ' ἐξοχήν* hic dicitur Ἰσθμός.

v. 50. *πρὸς ὄντινά κε βλέψασα.* Hoc est, cujus præsentia, congressu, colloquio, frui et recreari possim. *Πρός τινα βλέψαι* idem est ac *προσιδεῖν τινα, προσβλέψαι*, &c. quod non solum simpliciter denotat *aliquem aspicere*, sed etiam cum emphasi quadam, *alicujus usu et sermonibus frui et delectari, amore alicujus captum esse.* (HARLES.)

v. 51. *ἀναπτύξαιμι.* Al. *ἀναψύξαιμι, recreem*, sive *reficiam*, quod malit Wakefieldius; quoniam scilicet loquitur poeta de voluptate *visus*, non de *sermonis* communione. Vid. vv. 41. 47. 50. Infra, pro *ἄχθεται*, Cod. Philelph. *ἄχνυται.*

v. 55. *θεῷ τε καὶ ἀνέρι.* Jovi et Amphitryoni.

v. 56. *θάλερωτερα δάκρυα μήλων.* Verto, *et humidæ lachrymæ illi per malas* (genas) *in pulchrum sinum e palpebris fundebantur:* atque hunc naturalem verborum sensum autumo. Nonnulli, quibus in notis favere videtur Longopetræus, aliter interpretati sunt; hoc nempe modo; *teneriores,* (vel *dulciores,* vel *crebriores*) *malis* (pomis) *in sinum* &c. "Hanc lectionem hujusce sæculi gustui (inquit Longopetræus) non satis convenire fateor: antiquis autem non adeo displicuit. Sic Theocritus, Eid. XIV. v. 38. lachrymis poma conjungit. *τήνῳ τὰ σὰ δάκρυα μᾶλα ῥέοντι.*" Virum non indoctum tam fœde erravisse demiror. Quis, quid velint *lachrymæ pomis teneriores, dulciores,* vel *crebriores,* intelligit? Nec exemplum a Theocrito allatum sufficit. Nam locus iste obscurus est, nec unius tantum expositionis capax, nec Moschi verbis exacte respondet. Præterea cum istius Eidyllii argumentum comicum est, si bene quadraret exemplum, (quod tamen nullatenus facit,) nihil evinceret, modo alia interpretandi ratio restaret. Quis enim nil comici et serii operis dictioni interesse affirmet." (HESKIN.) Wakefieldius *μᾶλλον* reposuit pro *μάλων,* quo servato frustra, uti ille ait, operam dabimus constructioni expediendæ. De hac autem formula *τοῦ μᾶλλον* cum gradu comparationis Lectores remittit ad Vigerum, Idiot. 7. 8. 3. et ad Interpretes Plauti, Menæchm. Prol. 55. Nobis ne hæc quidem lectio satisfacit. Et emendatio verisimilis sese offert, *τὰ δέ οἱ θαλερώτερα δάκρυα δήλως κόλπον ἐς κ. τ. λ.* Ita apud Xenophontem, Cyrop. lib. v. de Panthea: *Δῆλα δ' ἦν αὐτῇ καὶ τὰ δάκρυα καταστάζοντα, τὰ μὲν κατὰ τῶν πέπλων, τὰ δὲ καὶ ἐπὶ τοὺς πόδας.*

v. 59. *παρῄϊα λεύκ' ἐδίαινεν.* Ob Epitheton λευκὰ pœne crediderim poetam posuisse *ἐμίαινεν* pro *ἐδίαινεν*· certe pereleganter sic fecisset. Virgilius, Æn. XII. 67.

Indum sanguineo veluti violaverit ostro
Si quis ebur.

Statius, Theb. IX. 713.

——subit alta Dianæ
Corda dolor: fletuque genus violata——

Claudianus, Rapt. Pros. I. 90.

Heu! quoties præsaga mali violavit oborto
Rore genas.

Quos æmulari pulchre voluit *Young* nostras:

And lights on lids unsullied with a tear. (WAKEFIELD.)

v. 62. Δαιμονίη παίδων. Vocabulum δαιμόνιος varias apud veteres obtinuit significationes, estque inter eas voces quæ a Grammaticis μέσαι appellantur. Hesychius δαιμόνιε explicat per μακάριε, κακόδαιμον· est autem hic idem quod *infelix*. Derivatur a primigenia voce δαίμων, quæ τὴν ἑκαστου τύχην significat, ut Suidas testatur. Δαιμονίη παίδων igitur hic est κακόδαιμον παίδων ἕνεκα. (SCHWEBEL.) Interpretatur Wakefieldius *filiarum præstantissima*. Infra, pro ἢ οὐχ, al. οὐχ, et pro οἷς, al. οἵ.

v. 67. ὅστις ἀριθμήσειεν. Vulgo vertitur, *Qui mala nostra numerare velit*. Schaferus interpretatur, *Qui calculator assideat nostris lamentis*. Wakefieldio melior codex videtur expectandus, vel ἀριθμήσειεν vertendum *numero addat, numerando augeat*. Subauditur, credo, ἄχεα post ἀριθμήσειεν· *Qui numeret dolores ultra nostros;* vel construendum simpliciter, ὅστις ἐπαριθμήσειεν ἡμετέροις ἀχέεσσι· Anglice, "*who would wish to add to.*" Teucherus κήδεα intelligi monet, eodem fere sensu.

v. 68. θάρσει· οὐ τοιῆσδ'. Correxit Valckenaerius,

θάρσει γοῦν· τοιῆσδ' ἐκυρήσαμεν ἐκ θεοῦ αἴσης·

Obdura itaque; tam triste fatum divinitus fuimus sortitæ.

Monet Wakefieldius Homerum quidem dixisse, Od. τ. 546,

θάρσει, Ἰκαρίου κούρη τηλεκλειτοῖο,

sed in proprio nomine, ubi se licentius gerunt poetæ. Ergo reponit ille vel θάρσει νῦν· τοιῆσδ', ut Il. O. 254.

θάρσει νῦν· τοῖόν τοι ἀοσσητῆρα Κρονίων κ. τ. λ.

vel, ut Od. χ. 372. θάρσει ἐπεὶ τοιῆσδ'. Mihi legendum videtur

θάρσει· ὁμοῦ τοιῆσδ' ἐκυρήσαμεν ἐκ θεοῦ αἴσης.

Bono animo sis: simul tam triste fatum a Deo sortitæ sumus.

v. 69. καὶ δ' αὐτὴν ὁρόω σε. Non placet δὲ post

καί. Lego itaque *καδδ' αὐτὴν ὀρόω σε*, i. e. *καθορῶ*. Similem emendationem periclitatus sum in Eidyllio præcedente, v. 116.

v. 71. *ὅτε δή γε*. Si vero gaudium delassare valeat, quanto magis dolor? ut facile danda sit venia, si tandem perrumpat viam, et in questus effundatur. In oculis habuit Homerum, pro more poetarum. H. N. 636.

πάντων γὰρ κόρος ἐστὶ· καὶ ὕπνου, καὶ φιλότητος,
μολπῆς τε γλυκερῆς, καὶ ἀμύμονος ὀρχηθμοῖο.

Unde Pindarus rivulum suum derivavit, Nem. VII. 78. *ἀλλὰ γὰρ ἀνάπαυσις | ἐν παντὶ γλυκεῖα ἔργῳ· κόρον δ' ἔχει | καὶ μέλι, καὶ τὰ τέρπν' ἄνθε' Ἀφροδίσια*. In his suaviter ludit Comicus, Plut. 189.

τῶν μὲν γὰρ ἄλλων ἐστὶ πάντων πλησμονή·
ἔρωτος· ἄρτων· μουσικῆς· τραγημάτων.

Neque gravabimur apponere politiores Nonni venustissimi versus, in Dionys. XLII.

πάντων γὰρ κόρος ἐστὶ παρ' ἀνδράσιν· ἡδέος ὕπνου,
μολπῆς τ' εὐκελάδοιο, καὶ ὁππότε κάμπτεται ἀνὴρ
εἰς NOMON *ὀρχιστῆρα· γυναιμανέοντι δὲ μούνῳ*
οὐ κόρος ἐστὶ πόθων· ἐψεύσατο βίβλος Ὁμήρου.

in leges saltationis se flectenti. (WAKEFIELD.) Pro *ὅτε*, al. *ὅτε*, et pro *ὀλοφύρομαι*, al. *ἐποδύρομαι*.

v. 73. *οὕνεκεν ἠμετέροιο λυγροῦ*. Prima vocis *λυγροῦ* syllaba præter consuetudinem poeticam, ut ille ait, corrupta Wakefieldio pravitatis suspicionem hoc loco movet. Sed corripuit Sophocles, Aj. 317.

ὁ δ' εὐθὺς ἐξῴμωξεν οἰμωγὰς λυγράς.

Quintus Smyrnæus XII. 565.

δαῖτα λυγρὴν· περὶ γάρ σφιν ἐπῆλυθεν ὑστατίη νύξ.

Idem, lib. ult. ver. ult.

ὅσσοι ὑπὲρ πόντοιο λυγρὰς ὑπάλυξαν ἀέλλας.

Item Epig. *adesp.* 728.

ἦ μάλα δὴ περὶ σεῖο λυγρὸν πότμον ἔκλυε πάτρα.

Itaque versus hic, quod ad metrum attinet, non erat culpandus.

Verum quis non sentit supervacuum esse ἡμετέροιο cum sequatur ὅς θ' ἡμῖν κ. τ. λ? Legendum puto,

οὕνεκα νημερτῶς λυγροῦ μετὰ δαίμονος ἔσχες.

v. 76. ὁμόσσαι. Pro ὁμόσσῃ reponere non dubitavi, prout legendum recte monuit Brunckius (VALCK.) Recte ὁμόσσῃ. Vim hæc voti habent, non autem formam. (SCHAFER.) Male olim pro ἑκὼν legebam ἐμῶν. Ita enim Hesiod. Theogon. 231.

ὅρκον θ' ὃς δὴ πλεῖστον ἐπιχθονίους ἀνθρώπους
πημαίνει, ὅτε κέν τις ἑκὼν ἐπίορκον ὀμόσσῃ.

Vide etiam Ap. Rhod. IV. 1086. Neque scio an melius conjecerim δυσμενέας pro δυσμενέων.

v. 77. χρειότερον φρεσὶν ἦσιν. i. e. ἧττον, minus. Pronomen ἑός vel ὅς et σφέτερος de singulis personis usurpatæ apud Poetis reperiuntur. Apoll. Rhod. II. 226. αὐτὸς ἐὸν λελάθοιμι νόον· i. e. ἐμόν. Idem, III. 1040.

οὐδ' αὐτὸς κατὰ κόσμον ἑοῖς ἑτάροισι πελάσσῃς·

i. e. σοῖς. Apud Theocritum, Eid. XVII. ver. 50. ἑᾶς pro σῆς in ἴας mutatum volui. De necessitate ejus mutationis judicet lector.

v. 78. ὑπ' ἐκ νηδυιόφιν. Vulgo νηδυόφιν. Metri causa formam Homericam reposuit Valckenaerius. Il. P. 523.

——ἐν δέ οἱ ἔγχος
νηδυίοισι μάλ' ὀξὺ κραδαινόμενον λύε γυῖα.

Ubi diæreseos nota forsitan erat delenda.

v. 80. γέ νυ πάμπαν ἔολπά γε. Vim voculæ γὲ in priore loco non assequor. Forte τί νυ πάμπαν, *omnino in aliqua parte.*

v. 81. τῷ μή μ' ἐξείπῃς πότ'. Vulgo τῷ μήδ' ἐξείπῃς τόγ'. Quod dedi est ex Cod. Philelphi apud Gaisf.

Ibid. ἐμὸν θάλος. Meleager. Epig. 109. αἰ, αἰ, ποῦ τὸ ποθεινὸν ἐμοὶ θάλος; Pro ὡς σεῦ ἀκηδέω, in uno Cod. legitur ὥς σ' οὐ κηδέω.

v. 82. οὐθέν. Al. οὐδὲν· οὐθὴν· οὐθ' ὡς. Pro μητέρι

possis legere μητέρα. *Neque vituperabile est matrem propter filium infelicem lugere.*

v. 85. πρὶν καὶ πέρ τ' ἰδέειν μιν. In gravissimum errorem olim incidi legens καὶ πέρα, πρὶν ἰδέειν μιν, cum vox πέρα ultimam producat. Recordabar videlicet loci apud Euripidem ubi correpta legitur. Iphig. Aul. 396.

——καὶ τὸ σὸν μὲν εὖ
πέρα δίκης ἔσται, κακίστης εὐνίδος τιμωρία.

At locum istum corruptum esse viri docti jam pridem senserunt, et legi oportere παρὰ δίκης. Apud Moschum hodie reponendum censeo πρὶν καὶ πρᾶτ' ἰδέειν μιν. Neque in hoc carmine scrupulus aliquis male me habet propter literam F verbo ἰδέω olim præfixam. Vide ad Theocritum, Eid. III. 37.

v. 86. πυλάρταο. Ita Homerus, Il. Θ. 365.

εὖτέ μιν εἰς ἀΐδαο πυλάρταο προύπεμψεν.

Et N. 415.

εἰς Ἀΐδος περ ἰόντα πυλάρταο, κρατεροῖο.

Αἰδωνῆος legitur in Cod. Philelphi. Vulgo Ἀϊδονῆος.

v. 87. δυστοκέσουσα. Ex Cod. Philelphi apud Gaisf. hanc lectionem restitui pro vulgato δυστοκέσασα, quod tamen forsitan explices ex iis doloribus quos vocant mulieres nostrates "*after pains.*"

v. 88. υἱὸς. Ex conjectura dedit Valckenaerius pro οἷος. Ἐκτελέων Ionice ponitur pro ἑκτελέσων. Pro αὖτις, al. αὐτόν.

v. 93. ἔρδῃ. Ita legendum, præeuntibus Brunckio, ut puto, Schafero, et Gaisfordio. Vide Dawes. Misc. Crit. p. 82. Vulgo ἔρδοι, quod malit Valckenaerius.

v. 96. δεδεγμένος ὡς ἐπὶ μισθῷ. *Tanquam succepisset hoc opus pacta mercede.* Perperam Nos, Teucherum secuti: *tanquam conductus mercede.*

v. 101. οἰνοφόροιο. Ita legitur in Cod. Philelphi pro οἰνοπέδοιο. Οἰνοπέδου ἀλωὴ est *area vineæ.* Sed omnino præstat quod dedi. Fossa circa vineam absoluta, λίστρον humo defixurus erat.

v. 101. λίστρον. Instrumentum quo utebantur ad complanandum solum. Hinc λιστραίνω et λιστρεύω, *complano*. Exponitur et ξυστρὸν, *radula*, apud Homerum, Od. χ. 455.

λίστροισιν δάπεδον πύκα ποιητοῖο δόμοιο
ξῦον.

Voce ἄνδηρον usus est Theocritus, V. 93.

v. 104. πῦρ ἄμοτον. Hesych. Ἄμοτον, ἀπλήρωτον, πολύ. Vertas hoc loco *ignis inexstinctus*, an *ignis vehemens*, nihil interest. Infra pro βέλος, al. μένος.

v. 107. ἠΰτε γέρρον. Γέρρον, *scutum*, proprie Persicum, e vimine textum. Hinc apud Suidam γερροφόροι dicuntur οἱ τὰ γέρρα, ἤτοι ξυλίνας καὶ ποδήρεις ἀσπίδας, φοροῦντες.

v. 109. ἐπιφλέξῃ. Syntaxis videtur postulare ἐπιφλέξαι. Vide supra, ad v. 93.

v. 111. Ἰφικλέης. Iphiclus sive Iphicles, Herculis frater uterinus. Infra, pro πρίν γ' ἐλθεῖν, al. πρὶν ἐλθεῖν.

v. 113. ἀστεμφές. *Immobiliter*. Dixit Theocritus in Eid. XIII. ver. 37. ἀστεμφεῖ Τελαμῶνι, *Telamoni invicto*.

v. 115. κεῖται δ' ὅγ' ἐπὶ χθονὸς. Senex scilicet iste imbecillus. Pro αὐτοῦ, Cod. Philelph. αὖτως, quod forsitan genuinum.

v. 116. ἀνειρύσῃ παριόντων. Brunckii conjectura, Valckenaerio probata, legentis ἀνείρυσε τῶν παριόντων, peccat, ni fallor, in Grammaticas linguæ rationes. Εἰσόκε si solvas fit εἰς ὅ κε· *in illud tempus, donec*: sic ut etiam scribendum volui; nam hæ scripturæ compendiariæ famulantur erroribus, et caliginem legentibus obducunt. Εἰσόκεν, ἕως ἂν. Hesychius: ab Homeri Il. B. 332. εἰς ὅ κε ἄστυ μέγα Πριάμοιο ἕλωμεν. Sic legendum, abjecta ν. Sed σ (in ἀνειρύσῃ) geminandum putavi ad Homeri normam. (WAKEFIELD.) Vide Bion. Eid. II. v. 14. Non opus erat geminato σ. Homerus, Il. A. 216.

Χρὴ μὲν σφωΐτερόν γε, θεά, ἔπος εἰρύσασθαι.

Et Theocritus, XIV. 35. ἀνειρύσασα δὲ πέπλως. Ἐρύω penultimam futuri et Aoristi primi corripit, εἰρύω producit.

v. 117. ὄπιδα προτέρην πολιοῖο γενείου. Nihil hic variant MSS. Pro vitioso προτέρην, quod *senilem* vertit Latinus Interpres, conjecit Valckenaerius στυγερὴν· Jacobsius κρατερὴν, sive κρυερὴν, ut apud Apoll. Rhod. III. 390.

καὶ κρυερὴ βασιλῆος ἀτασθάλου ὦρσεν ἐφετμή.

Edidit Wakefieldius τρομερήν. Mihi in mentem venit προπετῆ, *præcipitem*. Ælius Gallus, Epig. 3.

Οἱ γλώσσῃ προπετεῖς ταῦτα κολαζόμεθα.

v. 118. λελίαστο. *Terræ advolutus jacebat*, ut apud Hom. Il. Υ. 430. λιαζόμενον προτὶ γαίῃ.

v. 119. ἀμηχανέοντας. Cod. Philelph. ἀμηχανόωντας· et infra, pro φαίδιμος ἦλθε, φαίνετο δῖα.

v. 123. πρὸς Εὐρυσθῆα τράποιτο. Formula avertendi ominis. Ita Virg. Georg. III. 513. citante Heskino:

Dii meliora piis, erroremque hostibus illum.

Æn. II. 190. *Quod dii prius omen in ipsum convertant.*

v. 124. γένοιτο δὲ μάντις. Animus meus, sive votum hoc meum, illi pro omine sit.

V. v. 2. τὰν φρένα τὰν δειλὰν. *Animo timido* ad navigandum *sollicitor*. Pro μοι γᾶ, perperam olim legebatur μοῖσα.

v. 3. ποτάγει δὲ πολὺ πλέον ἄμμε γαλάνα. Hæc sic emendata dedit H. Stephanus, qui in suis Stobæi exemplaribus invenerat ποθέει δὲ πολὺ πλέονα μεγάλαν ἅλα. Qui in reliquis consentiunt Codd. in una voce ποθέει nonnihil discrepant. Quum voc. προσάγειν eo sensu quo hic esset capiendum Græce non adhibeatur, Valckenaerius hæc ita scribenda existimat:

τὰν φρένα τὰν δειλὰν ἐρεθίζομαι· (οὐδ' ἔτι μοι γᾶ
ἐντὶ φιλα,) ποθέει δὲ πολὺ πλέον ἅδε γαλάναν·

desiderat vero illa (nempe ἀ φρὴν ἀ δειλὰ) *multo magis mitem undarum tranquillitatem*. Hæc mihi tamen, quanquam vulgatis præferenda, nondum satis rotunda videntur. Fortasse ex corruptæ lectionis vestigiis hæc erui debent:

——οὐδ' ἔτι μοι γᾶ
ἐντὶ φίλα, πείθει δὲ πλεεῖν πλέον ὄμμα γαλάνας·

quæ probabilia saltem videbuntur comparato Epigr. Meleagri 69.

Ἁ φίλερως χαροποῖς Ἀσκληπιὰς οἷα γαλήνης
ὄμμασι συμπείθει πάντας ἐρωτοπλοεῖν.

Lucret. V. 1002.

Nec poterat quenquam placidi pellucia ponti
Subdola pellicere in fraudem ridentibus undis.

(JACOBS.) Equidem conjeceram πείθει δὲ πολὺ πλέον ἅδε γαλάνα, nescius partem hujus emendationis ab alio mihi præreptam fuisse. Non dissimiliter correxeram Archilochum, Fragm. XVI. Ed. Gaisf. legens τοῖσι δ' ἡδὺ τῆν' ὄρος, pro vulgato τοῖσι δ' ἡδὺ ἦν ὄρος. Vide etiam ad Theocr. Eid. IV. v. 22.

v. 4. ἀχήσῃ. Formam usitatam ἠχήσῃ edidit Grotius: ἦχος certe in hoc ipso carminis fragmento recte legitur; quamvis enim Dorienses ἀχήσαι scriberent, *sonus* tamen ab ipsis ἦχος dicebatur.

v. 5. κυρτὸν ἐπαφρίζῃ. Id est, κατὰ τὸ κυρτόν. Dubito autem de hac lectione.

Ibid. τὰ δὲ κύματα μακρὰ μεμήνῃ. Hiatus est in MSS. Vocem μακρὰ ex conjectura supplevit Vulcanius. Tempestatis descriptionem ex Homero, Il. Δ. 422. huc citavit Heskinus;

Ὡς δ' ὅτ' ἐν αἰγιαλῷ πολυηχεῖ κῦμα θαλάσσης
ὄρνυτ' ἐπασσύτερον, Ζεφύρου ὑποκινήσαντος,
πόντῳ μὲν τὰ πρῶτα κορύσσεται, αὐτὰρ ἔπειτα
χέρσῳ ῥηγνύμενον μέγαλα βρέμει, ἀμφὶ δέ τ' ἄκρας
κυρτὸν ἐὸν κορυφοῦται, ἀποπτύει δ' ἁλὸς ἄχνην.

Et e Virgilio, Georg. III. 237.

Fluctus ut in medio cœpit cum albescere ponto,
Longius ex altoque sinum trahit; utque, volutus
Ad terras, immane sonat per saxa, nec ipso
Monte minor procumbit; at ima exæstuat unda
Vorticibus, nigramque alte subjectat arenam.

v. 6. ἐς χθόνα παπταίνω. Al. παπταίνων. unde versum ita scriptum fingit Valckenaerius:

ἐς χθόνα παπταίνων καὶ δένδρεα τὰν ἄλα φεύγω.

v. 7. γᾶ δὲ μοῖ ἀσπαστά. Pro vulgatis ἀ πιστὰ, ex Cod. Paris. recepit Grotius. Elegantem lectionem χ' ἀ δάσκιος εὔαδεν ὕλα pro τάχα δάσκιος in contextu primus exhibuit Teucherus. In eadem incidit Reizius, teste Schafero. Conjecerat Wakefieldius τόκα pro τάχα.

v. 8. ἀ πίτυς ἄδει. Ita Theocritus, Eid. I. in initio:

Ἀδύ τι τὸ ψιθύρισμα καὶ ἀ πίτυς, αἰπόλε, τήνα,
ἀ ποτὶ ταῖς παγαῖσι μελίσδεται.

Et Virg. Ecl. VIII. 22.

Mœnalus argutumque nemus pinosque loquentes
Semper habet.

v. 10. καὶ πόνος ἐντὶ θάλασσα. Aliquanto melius mihi videtur πόρος. *Cui e mari proveniunt reditus.* Similem emendationem proposuerunt viri docti ad Theocritum, XXI. 14. et nos in contextu exhibuimus.

Ibid. καὶ ἰχθύες ἀ πλάνος ἄγρα. Ita edidi ex emendatione Teucheri. Vulgo ἰχθὺς. Ita nimirum legendo versum bucolicum lucramur, et extra dubium ponimus cui substantivo adjectivum ἀ πλάνος conjungatur. Wakefieldius saltem interpungit, καὶ ἰχθὺς ἀ πλάνος, ἄγρα· quasi ἰχθὺς fœminini sit generis. Verte, *et pisces, vaga captura,* sive *fallax venatio.*

v. 12. φιλέοιμι τὸν ἐγγύθεν ἦχον ἀκούειν. Malim ἀκούων.

v. 13. ἀ τέρπει ψοφέοισα τὸν ἄγριον. Hæc partim Stephani, partim Grotii curis sic emendata sunt. Vulgo ἀτερπῆ ψοφέοισα τὸν ἀγροῖκ (MS. ἀγροῖκον.) Verum ἄγριος non idem sonat quod ἄγροικος. Unde correxit quidem Brunckius,

ἃ τέρπει ψοφέοισα, τὸ δ' ἄγριον οὐχὶ ταράσσει.

Quæ delectat strepens, neque sæva aliqua res conturbat. Mihi scribendum videtur,

ἃ τέρπει ψοφέοισα τὸν ἄγρυπνον, οὐχὶ ταράσσει.

quæ vigilantem strepitu suo delectat, non turbat.

VI. v. 1. Ἥρα Πὰν. Heskinus loco argumenti hunc Theocriti versum attulit, (Eid. VI. ver. 17.)

καὶ φεύγει φιλέοντα, καὶ οὐ φιλέοντα διώκει.

Cujus tamen loci alius est sensus: Illic enim de Galatea sermo est eundem Polyphemum amantem fugiente, fugientem autem sequente. Aliquanto magis similia dedit Horatius, Carm. lib. ii. Od. 33. *Insignem tenui fronte Lycorida Cyri torret amor: Cyrus in asperam declinat Pholoen*, &c.

Ibid. ἤρατο δ' Ἀχὼ. Verbi formam similiter variavit Theocritus, Eid. VII. ver. 96.

——ἦ γὰρ ὁ δειλὸς
τόσσον ἐρᾷ Μυρτοῦς, ὅσον εἴαρος αἶγες ἔραντα.

Et Bion, VI. 8.

ἀλλ' ἐράω· καλὸν τ' ἐρασσαμένῳ συνερᾶσθαι.

v. 2. σκιρτητᾶ Σατύρω. Idem Epitheton hisce Semideis donat Virgilius, Ecl. 5.

Saltantes Satyros imitabitur Alphesibœus. (LONGOP.)

v. 4. ἔρως δ' ἐσμύχετ' ἀμοιβᾷ. Qui hæc de reciproco sive mutuo amore interpretantur mihi falli videntur. Intellige omnes ingrati animi suí Cupidini pœnas dedisse. "They all fell in love in their turn."

v. 6. πάσχε δ' ἃ ποίει. In Cod. Leid. legitur πάσχε δ' ἅ ποίει. quod et in suo F invenit Ursinus, probavitque; cui alii astipulantur. Dat quidem illud sensum commodum, sed eundem præbet elegantior lectio vulgata; πάσχε δ' ἄποινα, *justam pœnam patiebatur.* Ἄποινον, æque ac ἀμοιβή, vox est μέση. (VALCKENAER.) Ad confirmandam lectionem πάσχε δ' ἃ ποίει citant viri docti Herodianum, lib. i. cap. 12. οἱ δ' ἔπασχον ἅπερ δεδράκεσαν. Achill. Tat. VII. init. καὶ ἃ πεποίηκεν ἔπαθεν ἡ χείρ. Et Crinagoram, Epig. 1.

πέπονθας οἷ' ἔρεξας· ἐσθλὸν ἡ δίκη.

Wakefieldius vulgata πάσχε δ' ἄποινα stabilissima appellat. Ego jam in alteram partem propendeo.

v. 8. στέργετε τοὺς φιλέοντας. Eadem fere ἔννοια apud Theocritum, Eid. XXIII. ver. ult.

στέργετε δ' ὔμμες ἄϊται· ὁ γὰρ θεὸς οἶδε δικάζειν.

Idem, Eid. XII. 15.

——ἦ ῥα τότ' ἦσαν
χρύσειοι πάλαι ἄνδρες, ὅτ' ἀντεφίλησ' ὁ φιληθείς.

Bion in fragmentis,

Ὄλβιοι οἱ φιλέοντες, ἐπὴν ἴσον ἀντεράωνται.

(HESKIN.)

VII. v. 1. Ἄλφειὸς. Ἀλφεὸν propter metrum dixit Theocritus, Eid. IV. 6. μετὰ Πῖσαν, *Pisam præterlapsus.*

Ibid. ἐπὰν κατὰ πόντον ὁδεύῃ. Interp. *ubi mare ingressus est.* Accuratius vertas *ubi per mare viam cepit.*

v. 2. κοτινηφόρον ὕδωρ. Dupliciter hic locus sumi potest: vel *undas, quarum ripæ oleastris florebant;* vel *undas secum oleastri frondes volventes.* Posteriorem explicationem versus sequens confirmat: eodem autem sensu dicitur oleastros vectare, quo frondes, et flores, et pulverem sacrum. Cæterum Alphæo fluvio oleastra, folia, flores, et pulverem sacrum tribuit, quod apud Alphæum in pulvere Olympico victores oleastro coronarentur, frondibus et floribus spargerentur. Pulverem sacrum appellat, quia ludi Olympici in honorem Jovis celebrati fuerunt, et partem non minimam antiquæ religionis constituebant. (HESKIN. ex Longop. et Vulcan.) Egregie huc facit Achilles Tatius I. 16. a Wakefieldio citatus: quem tamen locum, utpote longiorem, hic omittere mihi visum est. Pro κοτινηφόρον, idem vir doctus, propter sequens φέρων, legendum putat κοτινηρόφον, *oleastris inumbratum,* vel κοτινητρόφον, ut de Alpheo Philostratus, Icon. II. 6. κότινοι τε αὐτῷ περιτεθήλασιν. at suas suspiciones infirmari fatetur Nonni loco, qui, Dionys. XXXVIII. meminit

Ἀλφειοῦ δυσέρωτος, ὃς εἰς Ἀρέθουσαν ἱκάνει
ἄβροχον ἔδνον ἔρωτος ἄγων στεφανηφόρον ὕδωρ.

Citare etiam potuisset Silium Ital. Lib. xiv. ab Heskino allegatum:

Hic Arethusa suum piscoso fonte receptat
Alphæum sacræ portantem signa coronæ.

v. 5. *νέρθεν ὑποτροχάει.* Currit lubricus et levis ut rota. *Νέρθεν ὑποτροχάει,* et *βαθὺς ἐμβαίνει* ex diametro opponuntur locutioni Homereæ in loco notissimo, Il. B. 754. *καθύπερθεν ἐπιῤῥέει, ἠΰτ' ἔλαιον.* (WAKEFIELD.)

v. 6. *ἀ δ' οὐκ οἶδε.* *Fluvio præterlabente, mare id non sentit.* Citat Wakefieldius Lucianum, Mar. Dial. 3.

v. 7. *κῶρος δεινοθέτας.* Pro voce *δεινοθέτας* non alibi repertâ conjecit nescio quis *ἀγωνοθέτας, Puer certamina proponens.* Wakefieldius *κῶρος ὁ δειναρέτας,* quemadmodum apud Homerum, Il. Π. 31, Achilles dicitur *αἰναρέτας, in malum fortis.* Mihi placeret

κῶρος, ὁ δ' ἀθάνατος, κακομάχανος, αἰνὰ διδάσκων,
καὶ ποταμὸν κ. τ. λ.

Puer quidem Cupido, sed immortalis ille, &c. διὰ φίλτρον, propter amorem.

EPIGRAMMA. v. 1. *εἵλετο ῥάβδον.* Homerus, Il. Ω. 343.

εἵλετο δὲ ῥαβδον τῇ τ' ἀνδρῶν ὄμματα θέλγει.

v. 2. *οὖλος Ἔρως.* Οὖλος hic sonat *perniciosus, improbus,* ab ὄλλυμι. Proposuit Wakefieldius *δοῦλος Ἔρως,* etiam *θοῦρος.*

v. 3. *αὐχένα ταύρων.* Sic Theocritus, Eid. XXIV. 6.

ἁπτομένα δὲ γυνὰ κεφαλᾶς μυθήσατο παίδων.

Nisi scribendum sit eo loco ex conjectura nostra *κεφαλὰς.*

v. 5. *πλῆσον ἀρούρας.* Al. *πρῆσον ἀρούρας, combure arva,* sensu aut nullo, aut inepto. Conjecit Valckenaerius *βρέξον ἀρούρας* mutatione satis violenta, neque, ut mihi videtur, necessaria. Macedonius Consul, Epig. 28.

——πλῆσον ἀρούρας,
δράγματος ὀλβίστην ἀντιδιδοῦσα χάριν.

ubi vulgo interpungitur post *δράγματος.* Sequuntur ex editione

Wakefieldii sex versus bucolici, quorum tres priores solum exhibuit Valckenaerius. Neque de sensu liquet. Credat aliquis, uti monet Wakefieldius, Virgilii Gallum ex his profecisse:

Atque utinam ex vobis unus, vestrique fuissem
Aut custos gregis, aut maturæ vinitor uvæ.

Apium magister vel de hominum injuria, vel fortunæ, queri videtur; nisi forte figurata sit prorsus oratio.

ADDENDA.

THEOCRITUS. I. v. 13. Contendit Hermannus ὡς nostro loco significare *ubi*, uti τοῖς in Theocr. Epigr. 14.

v. 18. Vide Philostratum, Icon. II. cap. xxi. citante Kiesslingio: et in sequente capitulo Panem saltantem habemus, et φαιδρὸν, in quo τῆς ῥινὸς οὐδὲν χολῶδες.

v. 19. Locus Virg. Ecl. V. 10. potius suadet οἶδας. (KIESSL.)

v. 36. Al. γελῶσα, γελοῖσα, et γελᾶσα. Vide infra ad v. 90.

v. 39. Monet Schaferus verti debere *præter hos*, comparans Eid. XVII. 84. XXV. 129.

v. 46. Scribi etiam posset πυκναῖσι. Vide ad Epig. IV. 8.

v. 51. Melius loco consuli videtur si legeris πρὶν ἢ ἀνιαρὸν, quo verbo utitur Noster II. 55. sicque Tibull. 3. 73. *Nullus erat custos, nulla exclusura dolentes Janua:* aut, quod propius abeat a similitudine literarum vulgatæ lectionis, ἀχάριστον, *pro quo ille gratiam mihi referat nullam.* (KIESSL.)

v. 62. An φθονέοις? (HEMST.)

v. 78. Ἔρασσαι (ab ἔραμαι) recte Stephanus. Ἐράομαι semper passive dicitur: hinc suspecta est lectio loci Eid. II. 149. (KIESSL.)

v. 86. Retinuimus μὲν non ob sequens δὲ, nam non semper sequente δὲ præcedit μὲν, sed ob codicum consensum. Ad sensum perinde est, sive μὲν, sive μὰν legitur. (KIESSL.)

v. 93. Nescio an non recte ἀνύειν ἔρωτα explicetur *tolerare amorem.* Potius sic capiendum videtur: *conficiebat*, i. e. superare studebat *amorem*, in quo proposito sic permansit ut adeo moreretur. (KIESSL.)

v. 95. Græfio V. Cl. in Epistola Critica in Bucolicos Græcos, Petropoli, 1815. 4. edita, placuit ἤνθέ γε μὰν ἀχρεῖα καὶ ἁ Κύπρις γελάοισα· quod locis Homeri, Il. 2. 269. et Theocr. XXV. 72. in auxilium vocatis intelligi vult de non integro et parum ad naturam composito maligno risu. (KIESSL.)

v. 109. Idem quod nos conjecit Græfius, improbante Kiesslingio.

v. 128. Vocem εὐπάκτοιο sensu

activo intelligit Kiesslingius; *ceram singulos calamos copulantem.*

v. 134. Al. γένοιντο, quod genuinum putat Kiesslingius.

v. 136. Pro vulgato stat Kiesslingius, monens γηρύειν proprie de incondito avium sono dici. Pind. Ol. II. 156. κόρακες ὡς ἄκραντα γαρύετον Διὸς πρὸς ὄρνιχα θεῖον. Adeo γηρύειν τινὶ recte dici putat pro ἐρίζειν τινὶ, aut πρὸς τινά.

II. v. 1. Verius quam nos Kiesslingius. Φίλτρον proprie dicitur quicquid ad amorem illicit, amoris illecebra; deinde *poculum amatorium, potus amatorius.*

v. 4. Pro τάλας, Græfio legendum videtur πέλας.

v. 11. Forsitan ἄσυχε δαῖμον, quod convenit Lunæ. (KIESSL.)

v. 17. Jam potius verterem, *carmen meum*, scil. Iyngis instar. Hinc Virgilius: *Ducite ab urbe domum mea carmina, ducite Daphnin.* Angl. "My charms."

v. 24. Græfius legit ἔλακεν.

v. 50. Vulgatum περᾶσαι ita explicat Kiesslingius; "Ita *etiam* Delphin, *et quidem* in hasce ædes venire videam;" monens veteres in usu particulæ καὶ luxuriari.

v. 54. Loca quæ ex Homero huc attulit Kiesslingius ad vulgatam lectionem defendendam, sc. Il. 206. XII. 206. nihil probant. Alia enim est verborum collocatio.

v. 62. Recepi certissimam Ahlwardti conjecturam, μάσσω pro πάσσω. Est enim, monente item Græfio, hujus loci eadem plane œconomia ac superioris v. 18. 21. (KIESSL.)

v. 82. Græfius, πυρὶ θυμὸς ἰάφθη.

v. 88. Plutarch. Phoc. p. 754. citante Hemsterhusio: θάψινον χρῶμα καὶ νεκρώδες.

v. 90. Callim. Ep. XXXI. 3. ὀστέα σοι καὶ μοῦνον ἔτι τρίχες.

v. 91. Eur. Andr. 299. τίν' οὐκ ἐπῆλθε; ποῖον οὐκ ἐλίσσετο Δαμογερόντων;

v. 94. Bion, IV. 7. μάρτυς ἐγὼν ὅτι μῦθος ὅδ' ἔπλετο πᾶσιν ἀληθής.

v. 124. Notandus hic locus propter particulam κε. Versu proximo cur καλεῦμαι significet *sum*, non video. Imo appellatur agilis et formosus, quia est. (KIESSL.)

v. 137. Jam subit legi debere ἔτι δέμνια θερμὰ πνέοισαν ἀνέρος.

v. 143. An κόρον; (HEMST.)

v. 147. Legebat Reiskius ἀνίκα περ τὰ ποτ' ὤρανον, sub. κέλευθα.

v. 151. Noe scripsimus οὔνεκ', ἀκράτῳ, et Ἔρωτος pro ἔρωτος. — Recte dicitur et ἄκρατον ἐπιχεῖσθαι, et ἀκράτου ἐπιχεῖσθαι, scil. τι. Locutio autem ἐπιχεῖσθαι ἀκράτου Ἔρωτος significat *sibi merum infundi jubere in honorem Amoris.*—Genitivus Ἔρωτος eadem est ratione positus, ut in locutione

σπένδειν Διός, vel quod legitur apud Aristoph. Eq. 106. σπονδὴν λαβὲ δὴ καὶ σπεῖσον ἀγαθοῦ Δαίμονος (KIESSL.)

v. 164. Jacobsius corrigit ἀνύσω.

III. v. 9. Προγένειος non sonat *barbatus*, sed *is qui mento* est prominente.

v. 23. Al. ἀμπλέξας, quod præfert Græfius.

v. 27. Idem quod nos conjecit Græfius.

v. 37. Eustathius de Am. Hysm. IX. p. 322. citante Hemsterhusio: Ἐπὶ δὲ τούτοις πᾶσιν ὀφθαλμὸς ἤλλετό μοι ὁ δεξιὸς· καὶ ἦν μοι τὸ σημεῖον ἀγαθὸν, καὶ προμάντευμα δεξιώτατον. v. Gaulmin.

v. 48. Schol. interl. apud Warton. p. 231. pro ἄτερ μάσδοιο non legit ἄτερ μάλοιο, sed ἄτερ θαλάμοιο. Explicat enim ἄτερ τοῦ συγκαθεύδειν. (RUHNK.)

v. 53. Hemst. conj. κ' αἶκα.

IV. v. 11. Conjecit Eickstadtius πείσει τοι Μίλων καττῶ λύκω ἀμνίδα λυσσῶν. Scilicet lectionem ἀμνίδα pro αὐτίκα margini cujusdam exemplaris Theocriti allitam fuisse ferunt a Scaligero. Ahlwardtus, πείσαι τοι Μίλων καὶ τὼς λύκον ἀμνίδα λυσσῶν,—ut τὼς sit pro ὡς. Jacobsius λαγὼς pro λύκος, Græfius λίθος.

v. 29. Post alterum ου comma posuit Kiesslingius, quemadmodum apud Virg. Æn. IX. 208. *Equidem de te nil tale verebar; nec fas; non.*

v. 32. Anacoluthon hic esse monet Kiesslingius, cum proprie dicendum fuerit αἰνέω τάν τε Κρότωνα τάν τε Ζάκυνθον. Ego putabam colon ponendum esse post πόλις, ut verba καλὰ πόλις ad Crotonem referantur, non ad Zacynthum. *Laudo Crotona; pulchra est urbs*, ut *et Zacynthos.* Non totum versum, sed postremas voces ejus, cantilenæ partem fuisse opinor.

v. 39. Nostram emendationem damnat Kiesslingius. Monet ille τόσον τόσον pro τόσον ὅσον legi etiam apud Pindarum, Nem. IV. 6. 8.

v. 51. Jam nihil mutandum puto.

v. 58. F. l. εἰπέ μοι, ὦ Κορύδων.

V. v. 10. τῷ δεσπότᾳ τοι dicitur, ut IV. 62. τό τοι γένος, i. e. τὸ γένος ὅ σοί ἐστιν. (KIESSL.)

v. 22. Dubitat Wunderlichius præpositionem διὰ cum verbis conjunctam certandi significationem iis tribuere, sed potius temporis significationem habere putat, vertendumque *continenter, multum temporis.*

v. 25. Monet Kiesslingius a κίναδος fieri κιναδεδεύς, non κιναδεύς, quare legit ille ὦ κυνιδεῦ.

v. 30. Al. τυῖδ' ὁ τράγος. i. e. ἐνταῦθα. Vide Blomf. ad Sapph. I. 5.

v. 78. Simili structura dixit Æschylus, Agam. 1067. πείθοι' ἄν εἰ πείθοι', ἀπειθοίης δ' ἴσως. v. 1405. χαίροιτ' ἄν εἰ χαίροιτ'. (KIESSL.)

v. 79. Philemon ap. Athenæum, Lib. XIII. p. 569. hæc habet: Εὖ δ' εἰς ἅπαντας εὗρες ἀνθρώπους Σόλων. σὲ γὰρ λέγουσι τοῦτ' ἰδεῖν πρῶτον βρότων δημοτικὸν, ὦ Ζεῦ, πράγμα, καὶ σωτήριον. Hic locus me dubitare facit de explicatione quam dedi.

v. 84. ἀμέλγες quinque Codd. apud Gaisf. in his duo optimi. hinc restituimus formam Doricam quam toleratam Eid. I. 5. mirum quod aliis locis fere expulerunt editores. Αὐτὸς ἀμέλγες significare potest, aut, *tune ipse mulges, adeo pauper, ut puerum, qui faciat, non habeas?* aut, *tune ipse eas mulges, cum tamen lacte fœtus nutrire debeant?* aut, *tune solus mulges?* sic puella se sociam offert. Hæc ratio præplacet, neque opus est ut cum Græfio scribas αὔας ἀμέλγεις; (KIESSL.)

v. 90. Lectionem ὁ Κρατίδα improbat Kiesslingius; adversari enim mutationi isti versum 99. Putat ille duos amatores a Lacone nominari. Monet Scholiastes ad Eid. VII. 21. Cratidam pro Cratidæ filium poni hoc loco, i. e. Eumede.

v. 95. Interpretatur Kiesslingius, *Habent tenuem corticulam ab ilice ortam.*

v. 103. Putat Kiesslingius ὡς non significare *quemadmodum*, sed *ubi*.

v. 105. Explicat K. *opus tam egregium ut Praxitelis* haberi possit.

v. 109. Conjecturam nostram, ut videtur, præoccupavit Passovius in libro quodam Germanice scripto, quem citavit Kiesslingius.

v. 117. Kiessling. εὖ ποκ' ἐκκλίσδευ.

v. 124. Ρέω sensu transitivo pro χέω nonnunquam adhiberi monet Matthiæus, Gr. Gr. §. 417. Eur. Hec. 531. πλῆρες δ' ἐν χεροῖν λαβὼν δέπας πάγχρυσον, ἔβρει χειρὶ παῖς Ἀχιλλέως, χοὰς θανόντι πατρί. Itaque Ἰμέρα hoc loco erit nominativus.

v. 144. Jam malim τὰν ἀμνὸν hic et infra v. 149. cum Gaisfordio et Kiesslingio. Vide supra v. 139. Nec prohibet v. 24. quo minus hanc lectionem amplectamur: Ibi enim in genere ponitur τὸν ἀμνόν.

VI. v. 4. Θέρεος non pendet ab ἄματι, sed est per se solum capiendum. Sensus: *æstivo tempore, et quidem medio die.* (KIESSL.)

v. 9. Nostra emendatio ex Reiskiano fonte, ut videtur, hausta est.

v. 15. Verte, *deliciari pergit.*

v. 29. At dicunt nostrates sensu transitivo "to whistle the dogs."

v. 31. Kiesslingius πολλάκι ad πέμψει refert.

v. 38. Græfius: αὐγὰ λευκοτέρα Παρίας ὑπέλαμπε λίθοιο.

VII. v. 12. Al. Κυδώνιον, quod prætulit Kiesslingius.

v. 21. Citat Kiesslingius Ep. αδέσπ. 260. χῶ ποιμὴν ἐν ὄρεσσι μεσαμβρινὸν ἀγχόθι παγᾶς συρίσδων· et Pind. Isthm. VII. 6. ἢ χρυσῷ μεσονύκτιον, etc. ubi interpretantur Scholia τὸ μεσονύκτιον.

v. 28. Al. συρίκταν ἔμεναι. Formam συρίγκτης prætulit Dorvillius, quam alibi apud Theocritum optimus præbet Codex.

v. 35. Locutio *communis via, communis dies*, est proverbialis. Symmachus, Epist. IX. 1. *Omnibus in hac vita positis ac locatis communis est cœli spiritus et lux diei.* (Kiessl.) Valeat quantum valere potest hic locus. Ego autem adhuc hæreo.

v. 43. Contraria sententia est Eid. XV. 49. ἐξ ἀπάτας κεκροταμένοι ἄνδρες. (Kiessl.)

v. 73. Rogat Kiesslingius ubi dixerint Græci ξένεος pro ξένος.

v. 100. Græfius nihil vidit languidius quam hæc sic conjuncta: ἐσθλὸς ἀνὴρ μέγ' ἄριστος. Mihi hæc hoc quidem loco, ubi poeta aperte ludit vocabulis Ἄριστις et ἄριστος, minime videntur languida. Ceterum hic Aristis, quod nomen viri proprium Reiskio sine causa suspectum est, cogitandus est ut citharœdus longe præstantissimus qui ab ipso Apolline edoctus novit Arati amores, quos ad citharam canit. (Kiessl.)

v. 102. Ἐκ παιδὸς dictum ut ἐξ Ἀφροδίτας, v. 55, et ἐκ Μοισᾶν, v. 129. (Kiessling.)

v. 111. Scite monuit Græfius Edonas hic, ut in poeta, Thraces in universum significare, sicque Hebrum Thraciæ fluvium optime convenire. Vossius post τετραμμένος orationem interpungit, quod probare non possum; nam et languide dicitur *versus ad Hebrum*, et Græci dicunt τετραμμένος πρὸς, non παρὰ, et τετραμμένος ἐγγύθεν ἄρκτω commode sic explicatur, *conversus ad arctos, et sic quidem, ei ut sis propinquus.* Idem igitur est quod κεκλιμένος vel κλιθεὶς ἄρκτῳ, *vicinus*, v. Musgrav. ad Sophocl. Trach. 101. (Kiessl.)

v. 117. Plato in Epigrammate quodam *Amorem* dicit πορφυρέοις μήλοισιν ἐοικότα παῖδα Κυθήρης.

v. 125. Græfius offensus nomine Molonis, hoc uno loco memorati, versum sic corrigit: τίς δ' ἐπὶ τᾶσδε, φέριστε, μολὼν ἄγχοιτο παλαίστρας; Hoc μολὼν habent Schol. et Flor. (Kiessl.)

VIII. v. 5. Riemerum citat Kiesslingius Lex. Gr. s. h. v. 2.

v. 33. θεῖον γένος unice ad ποταμοὺς referendum, ut v. 37, γλυκερὸν φυτὸν ad βοτάνας, quod scite monuit Græfius. (Kiessl.)

v. 35. Græfius intelligit ψυχὴν fluviorum, ut Deorum, Θείου γένους. (Kiessl.)

v. 43. Græfius: αἱ παῖς αἱ καλὰ ἔνθ' ἐπινίσσεται· αἱ δ' ἂν ἀφέρπυι,—

v. 51. Pro *ubi*, debueram vertere *accede, huc veni.*

v. 53. Pelops hoc loco est nomen poeticum, quod significat regem latissime imperantem: neque verba γᾶν Πέλοπος Peloponnesum sic significant, ut loci sensus sit: *non opto ut mihi contingat Peloponnesus:* nam si verba sic intelliguntur, articulus abesse non potest; immo hoc sibi volunt: *non opto ut mihi contingat regnum quale fuit Pelopis,* i. e. *latissimum.* (KIESSL.)

v. 57. In Cod. Aug. legitur κακὸν ὕδασι δ' ἀχμός· suprascripta voce σπάνις. Saltem pro ἀνχμὸς legerem ἀνχμοὶ, ut est in uno Cod. apud Gaisf. Sub. θέρεος.

IX. v. 6. Possis etiam legere ἔκποθεν, *alicunde,* quod absque casu reperitur apud Quint. Cal. Lib. IX. 241. λέων δ' ἑτέρωθι φανείη ἔκποθεν ἐσσύμενος. Plerumque cum genitivo construitur.

X. v. 37. Vocem suavem et jucundam comparat *trychno,* i. e. *solano* vel *morellæ:* Ita Salmas. de Hom. H. I. c. 55. ubi plura de strychnis (HEMST.) Sine dubio pro substantivo capienda est hæc vox, ut supra ἀστράγαλοι.

v. 48. Forte nihil mutandum est in voce ὕπνος, sc. pro ὕπνους, ut infra φακὸς pro φακούς.

XI. v. 72. Legit Hemsterhusius πᾶ τοι φρένες ἐκπεπόταντα. Quint. Cal. VII. 261. ποῖ δὴ νῦν τοι ἐὺς νόος ἐκπεπότηται.

v. 76. Non oportebat accentum vocis Γαλατείαν mutare.

XIII. v. 59. ὑπάκουσεν. verte *respondit:* quemadmodum in foro citati ὑπακούειν dicuntur: patet ex ἀραιὰ φωνά. (HEMST.)

v. 74. τριακοντάζυγον. i. e. ἑξηκόντορον, utrimque tricenis remigibus impulsam. (HEMST.)

XIV. v. 3. Crediderim potius κατὰ in omnibus his locis subaudiri, præter XV. 9. ubi ταῦτα ab ἕλαβε regi puto.

v. 15. Hesiodi locum ipse ita emendaveram, et postea in censura quadam literaria emendatum vidi.

v. 22. ἔπαιξέ τις ὡς σοφὸς, εἶπον. (HEMST.)

v. 23. Possis etiam legere κηφᾶτ', ab ἀφάομαι, *manu contrectabat,* scil. per jocum, irritandi gratia.

v. 62. Legere etiam possis ἔτι μέλλων, sub. εἰδέναι. Imitari Hesiodum, Εργ. 353. monet Hemsterhusius.

XV. v. 7. Schol. explicuit ὁδὸς πολλή. Legit, credo, ὁδὸς ἀτρύγετος. Nam sic ἀτρύγετος exponunt Grammatici veteres ad Il. A. 316. nollem ἄπρηκτος sub nomine meo commemoratum esset. (RUHNKEN.) Etiam Hemsterhusius ex conjectura correxerat ἄπρηκτος.

v. 44. *Transire poterimus,* sive *transibimus.* Duker. ad Thuc. II. p. 230. (HEMST.)

v. 50. Ἐρεῖος itidem in Eubuli versu apud Athenæum, p. 108. sed corrupte. (Hemst.) Eo loco f. l. πᾶσα δ' εὔμορφος γυνὴ ἔργοις ὀπηδεῖ. Vulgo ἐρεῖος ἀπήδει. Apud eundem, p. 228. ubi legitur ἐρῶσα φοιτᾷ, non hunc, sed alium quendam, Eubuli versum citari puto.

v. 105. Callimachum citat Hemst. H. in Cer. 136. φέρε δ' ἀγρόθι νόστιμα πάντα. φέρβε βόας, φέρε μᾶλα, κ. τ. λ. At, quod ad alterum versiculum attinet, mihi videtur ibi legendum esse φέρβε βόας, μάλα φέρβε. φέρβε μᾶλα est in Cod.

XVI. v. 35. V. Hesych. in v. Σιτομνημονεῖν. (Ruhnken.)

v. 44. Joannes Siciliota Comment. MS. in Hermogenem p. 452. (ἐπεὶ κἂν δεινὸν εἴπῃ τις ποιητήν) οὗτος ὁ Θεόκριτος Δωρικός ἐστι ποιητής. Σικελιώτης τὸ ἔθνος, Συρ. ρακούσιος τὴν πόλιν. γράφων δὲ τὸ ᾆσμα τοῦτο ταλανίζει μὲν τοὺς πλουσίους καὶ τρυφηλούς, μακαρίζει δὲ τοὺς σοφούς· ἐνδὲ τῷ ταλανισμῷ εἰσάγει τινας μηδὲν ὠφεληθέντας πρὸς δόξαν τοῦ πλούτου, Κρεώνδας ὀνομασθέντας αὐτῷ τυχὸν ἀπὸ τῆς ἐνεργείας τῆς ἐν σπαταλῃ. διὸ ταχ' ἂν οὐδὲ ἐγνώσθησαν, εἰ μὴ ἐκεῖνος, ἢ οὐκ ἐκεῖνος, τὸ ὅλον δε, ἢ μὴ κεῖνος ἀοιδὸς ὁ Κῆϊος αἴολα φωνέων, καὶ τὰ ἑξῆς. τὸ δεινὸς, οὐ προσκεῖται αὐτῷ ἐν τῷ ᾄσματι. ἴσως δὲ ἦν, εἰ μὴ Κεῖος ἀοιδός.

XVII. v. 17. Δόμος hoc loco non est *domus*, sed *cubiculum*. (Harles.)

v. 18. Lucan. X. 272. *Summus Alexander regum quos Memphis adorat.*

v. 24. Aliam lectionem μεδέων memorat Hemst.

v. 26. ad vers. *Hyllus*. Immo *Caranus*, judicio Scaligeri, Animadv. Euseb. p. 64.

XVIII. v. 3. Hesych. in Θαλάμοιο νέοιο.

v. 34. συμπλήξασα—hoc poscere videtur πυκινώτερον. (Hemst.) Unus Codex præbet συμπλίξασα.

v. 51. Interpungi oportebat, Κύπρις δὲ θεὰ, Κύπρις ἴσον ἐρασθαι κ. τ. λ.

XIX. v. 5. ὀδύναν. *Vulnus*. Sic δίπτυχοι ὀδύναι Ἀχιλληΐου δόρατος Soph. apud Schol. Pindar. ad Nem. 5. 90. (Hemst.)

XXII. v. 11. Vide infra v. 91.

v. 39. Forte τῇ δ' ἀργύρῳ, sc. ex hac parte chrystallo, ex alia argento similes erant. *Facies non omnibus una, nec diversa tamen.*

v. 61. Philostr. Icon. c. 5. p. 869, citante Hemst. ἡ μὲν γὰρ χεὶρ ἔτ' ἦν ἐν τῷ ἑτοίμῳ.

v. 119. Vertit Ruhnkenius, *oblique a statu vel gradu suo declinans.* Monet Kiesslingius, προβολὴ hoc loco usitata in re gladiatoria significatione adhiberi, qua exprimit *statum pugilis in procinctu stantis.*

v. 135. Vide nos ad Theocr. Eid. VIII. ver. 92, ubi de Virgilii

loco agitur. Neque aliter apud Theocr. XII. 11. ἐπεσσομένοις δὲ γενοίμεθα·πᾶσιν ἀοιδή.

XXIII. v. 44. Vide Eurip. Bacch. 982. qui locus emendationi nostræ, quod ad quantitatem attinet, fidem facit.

v. 60. An ὑπενάχετο vel ἀνενάχετο? ἀνανήχεσθαι est apud Ælian. de Animal. VIII. c. 4. (HEMST.)

XXIV. v. 45. Comma posuimus post μέγα. Vid. Schaef. ad Soph. Ajac. p. 233. (KIESSL.)

v. 56. Hanc formam (δεικανάασκεν) cum Brunckio dedi. Moschus Eid. II. v. 96, ἀμφαφάασκεν. ubi Valckenaerius, "αμφαφάασκε omnino probandum est: vitiosum ἀμφαφάεσκε." Sic in Apoll. Rhod. II. v. 997. Brunckius pro ναιετάεσκον priorum editionum recte dedit ναιετάασκον. Supra Eid. XVI. v. 38. ἐνδιάασκον XXII. 44. ἐνδιάασκε. (SCHAEF.) Etiam duo Codd. et Junt. legunt διεκανάασκεν sicque dedit Gaisford. et nos dare oportebat.

XXV. v. 203. F. l. οἱ, ἔθεν ἀγχίμολοι, ναῖον γ' ἄτλητα παθόντες.

v. 275. F. l. πειρωμένου, sc. gen. abs. Vide ad Theocr. Eid. IX. v. 20.

XXVII. v. 19. At nos in loco citato non ἐκχέει, sed χέει edidimus.

XXIX. 26. Vox πέρυσι sonat *anno superiore*, non *heri*, quod incogitanter interpretatus sum.

FRAGM. v. 4. In mentem venit γεραρώτατος.

EPIG. IV. v. 4. Præferrem ἐπινεύσῃ quod in hoc v. legitur in Scholiis ad Antholog. (VALCK.) Equidem nondum video, cur ἀνανεύσῃ repudietur. Nam hoc ipso, quod Priapus precantis pectus exsolvere nolit amore, ingenium Priapeum se prodit. (KIESSL.)

XI. v. 6. Ἄκικυς pro voce nihili ἄκικις in quinque Codd. fuit repertum.

XIII. v. 1. f. l. σχῆθι. v. Etym. M. in σχήσεσθαι.

XVIII. v. 3. Vide in Corrigendis.

BION. I. v. 74. Possis etiam legere κ' οὐ στυγνόν.

IV. v. 7. Structura esse potest; μάρτυς ἐγὼ πᾶσιν, ὅτι κ. τ. λ.

VII. v. 7. Mallem ὡς παῖς ἔσσατο φᾶρος.

FRAGM. III. v. 1. Vid. Maltby ad Morell. Thes. p. xxxviii.

MOSCHUS I. v. 22. Accuratius locum exposuissem; "Fingit Moschus Solem annua quadam lampade terras accendere; ipsum autem Cupidinis lampade accensum diutius calorem retinere." Emendationem ipsam certissimam puto.

CORRIGENDA.

V.

In Contextu. Theocr. IV. 29. l. Νύμφας. 34. l. Νύμφαις. VII. 71. l. Ἀχαρνεύς. X. 44. l. παριών τις. XIII. 29. l. ἅμαρ. XIV. 15. l. Βίβλινον. XVII. Arg. 4. l. τὸν. v. 135. l. ὦ ναξ. XIX. 3. l. ὁ δ'. XXI. 26. l. οὐ γὰρ. XXII. 70. l. ἦ. Epig. XI. 6. l. ἄκικυς.

In Interpretatione. Theocr. II. 59. l. ea. 166. l. comitari. III. 9. l. barbatus. VIII. 90. l. vero doluit. XI. 19. l. defit. XII. 29. l. Dioclem. XIII. 1. l. Amorem. XIV. 13. l. Cleonicus. 19. l. in cujuscunque. XV. 85. l. primam. 138. l. accidit. XVII. 115. l. interpretes. XXII. 32. l. non ventosam. XXV. 162. l. utique. 223. l. vesperem.

Mosch. II. 128. l. appareret. IV. 10. l. ἠδ'.

In Notis. p. 294. 9. l. κἀπροσήγορον. p. 341. 1. l. trimestris. p. 342. 2. l. ἀ γυνὰ τὶ τήνων. p. 352. 15. l. ipso. p. 363. 34. l. ὑρέμα. p. 378. 22. l. Litera. p. 394. 6. l. *Leonticidæ*.